Ha. 49
4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-814145-p0002-2

EPICTETEÆ PHILOSOPHIÆ MONVMENTA.

TOM. V.

SIMPLICII COMMENTARIVS

IN

EPICTETI ENCHIRIDION.

ACCEDIT

ENCHIRIDII PARAPHRASIS CHRISTIANA,

ET

NILI ENCHIRIDION.

Omnia ad veterum Codicum fidem recensuit
et varietate Lectionis Notisque illustravit

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER,
Argentoratensis,
Instituti Literarii Reip. Gallofrancorum Socius.

TOMVS POSTERIOR.

ENCHIRIDII PARAPHRASIS, NILI ENCHIRIDION, ET NOTÆ AD SIMPLICII COMMENT.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCC.

ENCHIRIDII
PARAPHRASIS CHRISTIANA,

cum Mer. Casauboni Latina Versione.

GRÆCA

e quatuor Codd. Mss. Parisiensibus unoque Medicea emendata, et Notis illustrata.

PRIMI EDITORIS MERICI CASAVBONI PRÆFATIO AD LECTOREM.

De hac Enchiridii Paraphrasi *quæ dicamus hic in genere, pauca supersunt, præter ea quæ jam dicta sunt.*) Antiquam eam esse, & ævi melioris, superioribus in* Notis *observata non pauca quæ fidem faciant. Quibus addas certas voces & loquendi genera,* πολιτεία· ἐναίρεσθος πολιτεία· ἀναπείμενοι τῷ θεῷ, *&c. proprio quodam veterum Patrum usu, ad res Christianorum, monachorum præcipue, traducta: ut non uni pridem observatum, & nulli in eorum scriptis cum cura versato, non satis notum. Dictio ubique, pro argumento, simplex et pura; tali ævo conveniens. Verbum unum aut alterum fortasse, quod sequioris, aut certe inclinantis ævi videri possit:* ἡσυχαστής. κονδός. *Sed quæ tamen Justiniani ævo, id est, ante mille annos, jam nota, & in usu communi: fortasse etiam non uno ante illum sæculo. De utroque aliquid, in accuratissimo, doctissimus Meursius, Glossario. Plura olim*

*) Scilicet in Notis ad Enchiridion sparsim lectiones nonnullas ex hoc libello laudaverat Casaubonus; de eodemque libello in præfatione ad ipsum Enchiridion nonnihil, puto, disseruerat. Hæc quidem Casauboni Præfatio, quam hic exhibemus, in ejusdem editione proxime ante Paraphrasin posita erat: eademque a Berkelio, Blancardo, Schrœderoque repetita, quorum ex editionibus recudendam eam curavimus.

SCHWEIGH.

nobis notata melioris ævi in hac Paraphrasi *ex collatione cum aliis scriptis vestigia, quæ jam (chartis amissis) non occurrunt. Diligens Lector, cui librorum copia, & pro copia voluntas, hoc specimine incitatus, cætera facile supplebit. Cæterum, quod ad me primo missum est exemplar, ex* Sionensis *Collegii Londinensis melioris notæ Manuscripto libro, qui istius argumenti scripta plurima continebat, transcriptum fuisse literæ simul tum missæ perhibebant. Istud apographum quam emendatum fuerit, non possum nunc, quia dudum mihi periit, dicere. Secundum hoc, quod exhibemus, multis certe mendis scatebat: quas omnes, aut certe plurimas, ex accuratiore cum Manuscripto collatione tolli posse, confidebam. Quam ad rem, cum amicorum quorundam opera, quia mihi minus erat commodum, usus essem; illi post diuturnam explorationem, Manuscriptum in isto Collegio nullum tale jam reperiri, renuntiant. Absit, ut ommino perierit. Insignis hæc certe, (si ita res haberet) custodum incuria, vel perfidia fuerit. Nobis tamen interim hæc expectationis nostræ frustratio permolesta accidit. Hac igitur spe & ope destituti, correctis quæ satis obvia cuivis & manifesta; in cæteris, correctiones nostras & conjecturas in oppositis oris apposuimus: & vix puto locum ullum repertum iri, ex quo non fœliciter, aut probabiliter nos expediverimus. Sciat autem Lector, cum priora aliquot capita* Paraphraseos, *parum aut nihil ab* Enchiridio *differant; ne, quod ajunt, in mustaceo laureolam; libenter feciſſe nos, ut Wolfii, viri doctissimi et harum rerum intelligentissimi versionem, retineremus. Ubi res aliter suasit, reddita in plerisque facti ratione; aliter observasse.*

LECTORI.

LECTORI
IOHANNES SCHWEIGHÆVSER
S. P. D.

En libellum, B. L. de quo haud ita pridem, in Præfatione ad Enchiridion cum Cebetis Tabula editum, nonnihil a me disputatum est, cum de præsidiis verba facerem, quibus ad emendandum Enchiridion usus essem. Continetur illo idem fere ipsum Enchiridion sive Manuale, quod ex Epicteti Sermonibus ab Arriano concinnatum fuisse Simplicius narrat; sed illud ad hominum Christianorum usum, ac præsertim juvenum qui vitæ monasticæ sese destinassent, jam olim (incertum quo seculo, quove auctore) adcommodatum: quo consilio mutata sunt passim nonnulla; alia subinde prætermissa; sæpe vero etiam verba quædam & integræ sententiæ, quæ ab Epicteti Enchiridio, quale Arrianus ediderat, aberant, adjectæ. Quare haud incommode a Merico Casaubono PARAPHRASIS ENCHIRIDII *adpellata est; quamquam ejusmodi inscriptionem codices manuscripti non agnoscunt. Censue-*

rat quidem Jac. Gronovius, non tam Paraphrasin Enchiridii, *quam* Enchiridion Christianorum *nominandum esse libellum: nos vero, cum non satis causſæ videremus, cur* Paraphraseos *nomen, inde a Casauboni ætate receptum, rejiceretur, commodissime* Enchiridii Paraphrasin Christianam *inscribi posse putavimus.*

Adjunxerat hunc Libellum Mer. Casaubonus *editioni suæ Enchiridii et Tabulæ Cebetis, quæ Londini* MDCLIX *prodiit; quam ad hunc quidem diem mihi non contigit oculis meis usurpare, cujus vero desiderium eo facilius tuli, quod adessent ad manus quatuor editiones, eumdem libellum ex Casauboniana, cum ejusdem Casauboni Notis, expressum exhibentes, duæ Berkelianæ, Blancardiana, Schrœderiana. De exemplo multis mendis scatente expressum a Casaubono fuisse libellum facile adparebat, ipseque editor ultro erat professus.* *) *Neque vero in eo emendarunt quidquam posteriores editores.*

Nacta

*) Nuperrime, his pridem scriptis, et totâ editione nostrâ ad prelum paratâ, incidit in manus meas ipsa Merici Casauboni editio. Ibi, in Præfatione Enchiridio præmissa, multa quidem etiam de hac Paraphrasi disserentem Casaubonum cognovi, nihil tamen quod alicujus momenti esset, quod in altera præfatione, quam supra exhibuimus, quæ ipsi Paraphrasi proxime præfixa est, non sit ab eodem editore repetitum. Illud unum e priori illa Præfatione adnotare par est, quod exemplum istud, quo usus est Casaubonus in hoc libello edendo, non e veteri Codice manuscripto, quem olim in Bibliotheca Collegii Sionensis fuisse ait, sed ex apographo, quod ex illo codice confectum erat, ab alia manu fuerit descriptum.

Nacta erat tamen altera Berkeliana Editio acceſſionem, ad tollenda quam plurima ejusdem libelli menda mirifice adcommodatam; quam adpendicem deinde Schrœderus quoque, nihil nec ipſe in libello mutans, ſatis habuit ſuæ pariter adjicere editioni. Adpendicis illius hæc eſt inſcriptio: Jacobi J. F. F. Gronovii Notæ ad Græcam Enchiridii Paraphraſin. *Exhibent autem iſtæ Notæ Varias Lectiones e Codice Msto Mediceo a Jacobo Gronovio excerptas, adjecta ad earum plerasque epicriſi, quæ ad emendandam ſcripturam a Caſaubono vulgatam ſpectabat. Erat autem is Codex, qui a Gronovio collatus eſt, membranaceus, decimo ſeculo ſcriptus, judice quidem Bandinio in Catal. Bibl. Laurent. T. II. col. 233. Nam qui ibi a Bandinio commemoratur, eumdem eſſe codicem quo Gronovius uſus erat, quamquam id ipſum adnotare Bandinius neglexit, tamen cum aliunde, tum ex ipſo libelli titulo, de quo Gronovius monuit, intelligitur.* Codicem *illum* Mediceum *in Adnotationibus noſtris ad hunc libellum plerumque, brevitatis cauſſâ, unâ litera* m. *deſignavimus.*

At nobis, præter illud præſidium, quod ex Mediceo codice Gronovius offerebat, quatuor Codicibus Pariſienſibus *licuit uti; quos* Godofredus *noſter* Schweighæuser, *idem cujus in conferendis Enchiridii & Simplicii codicibus induſtriam alibi laudavi, diligenter excuſſerat, lectionesque ab exemplo Caſauboniano discre-*

pantes ad oram editionis Blancardianæ noſtrum in uſum adnotaverat. Illos Codices Pariſienſes *in Varietate Lectionis Notulisque noſtris, quas contextui ſubjecimus, literis* n. o. p. q. *diſtinximus. Et denotat quidem litera* n. *codicem membranaceum, qui in impreſſo Catalogo Codicum Græcorum Bibliothecæ olim Regiæ num. DCCCLVIII. recenſetur, cujus ætas ad Sec. XII. refertur, qui præter Cebetis Tabulam dimidia parte truncatam, complura ſcripta Chriſtianorum Doctorum aſcetica complectitur, et in his hunc ipſum libellum, cui in prædicto Catalogo hic titulus tribuitur,* Manuale Epicteti a Nilo Monacho interpolatum; *temere adjecto* Nili *nomine, quod in ipſo quidem codice nusquam comparet. Litera* o. *deſignat Codicem CCCLXII, chartaceum, in quo cum pluribus aliis ſcriptis aſceticis idem libellus continetur. Codex* p. *rurſus eſt membranaceus, ſeculo XII ſcriptus, num. MLIII. in Catalogo commemoratus; qui præter plura Nili opuſcula, et nonnulla aliorum, idem hoc Enchiridion Chriſtianum exhibet. Codex* q. *bombycinus eſt, num. MCCCII. ſeculo XIV neglectis admodum ſtyli ductibus exaratus, et humiditate ſituque in ſuperiori præſertim foliorum parte corruptus, ut ſubinde, quid ibi ſcriptum olim fuerit, vix ac ne vix quidem poſſis hariolari: quare, ubi in Notulis noſtris non ſit diſerta hujus codicis mentio, ex illo ſilentio non tuto colliges, ſcripturam illius cum Caſauboniano exemplo ibi conſenſiſſe.*

Cæte-

Cæterum ex eorumdem Codicum collatione quantum lucratus sit noster libellus, ipsa inspectio facile te docebit.

Merici Casauboni Latinam Versionem Græcis ex adverso oppositam absque ulla mutatione tenui: qua in Versione quæ passim insunt verba uncis inclusa, ea ab ipso Casaubono perspicuitatis caussa, quam ille pro suo judicio secutus est, non a nobis, inserta esse scito. Vale.

ΤΠΟΘΗΚΑΙ,

ἃς εἰς ὑπόμνησιν ἑαυτῶν γεγράφασι σπουδαῖοι, καὶ ὠνόμασαν Ἐγχειρίδιον.

ά.

2 Τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν· τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις· καὶ ἐνὶ λόγῳ,

VARIETAS LECTIONIS, ET NOTÆ.

Ad Titulum. Casaubonus hanc Libello Inscriptionem præfixerat: [ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ,] Τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική. ὑποθῆκαι ἃς &c. Quam eamdem (excepto quidem nomine Ἐπικτήτου) in Græco exemplo fuisse ab eo repertam, cum cæteroquin non est cur dubitemus, tum ex ipsius editoris adnotatione satis intelligitur. Nam ad priora verba, [Ἐπικτήτου] τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική. hæc monuit: „Hic *Enchiridii* quo„que titulus in quibusdam, ut vi„detur, libris repertus. Ita enim „in ed. Plant. 1585. omnium accura„tissima exhibetur: *Epicteti Enchi„ridium, hoc est, Pugio; sive Ars hu„manæ vitæ correctrix.* Nisi quis „visam Plantino hanc *Paraphrasin*, „et inde sumtum titulum verisimi„lius credat: quod non adeo mihi „probabile. — — Sed potest etiam, „ut a Simplicio sint ista verba, „Τέχνη ἀνθρ. διορθ. Ita enim in „illo, ubi de titulo agit, reperi„mus: εἰς μίαν πάντα τείνει τέχνην, „τὴν διορθωτικὴν τῆς ἀνθρωπίνης „ζωῆς." — Nos vero priora illa verba ab hujus libelli titulo, cum Gronovio, resecanda putavimus, auctoritate codicum *m. n.* et *o.* qui illa prorsus ignorant. De *q.* non liquet, quum exesus hac parte sit liber. Exstant equidem illa verba, Τέχνη ἀνθρώπων διορθωτική, in cod. nostro *p.* sed ita seorsim scripta, ut aliunde adscita videantur. Quod de Plantiniana editione Enchiridii Casaubonus adnotavit; titulus, quem ibi libellus ille præfert, e Wolfiana editione repetitus est; quem haud dubie Wolfius e Simplicio adsciverat, verba ista *Ars humanæ vitæ correctrix* (ex Simpl. Comment. p. 3. *c.* desumta) ad breviorem propriumque libelli titulum (*Epicteti Enchiridion*) adjiciens,

[EPICTETI,]

Ars humanæ vitæ emendatrix: Præcepta scilicet, quæ ad propriam commonitionem viri graves, et virtute præditi conscripsere.

I.

Res quædam in potestate nostrâ sunt: quædam non sunt. In nostrâ potestate est opinio, appetitio, desideri-

jiciens, quo signatius faceret libelli argumentum; quemadmodum ab eodem Wolfio ad *Cebetis Tabulæ* titulum hæc verba adjecta sunt, *qua Vitæ humanæ prudenter instituendæ ratio continetur.*

Nec vero in reliquis Tituli verbis consentiunt Libri. Casaubonus edidit: ὑποθῆκαι ἃς εἰς ὑπόθεσιν ἑαυτῶν γεγράφασι &c. Codices *n.* et *p.* sic habent: ὑποθ. ἃς εἰς ὑπόθεσιν ἑαυτοῖς γεγρ. Eodem modo cod. *o.* nisi quod εἰς præpositionem omittit. Quarum rationum nulla non ferri poterat, ὑπόθεσιν intelligendo *argumentum in quo quis se exerceat, argumentum ad meditandum propositum:* quo de usu ejusdem vocabuli consuli poterit Lexicon nostrum Polybianum, et Index in Epictetum. Et illud quidem vocabulum si teneas, peropportunus præsertim erit etiam dativus casus ἑαυτοῖς, pro ἑαυτῶν. At, ut taceam, rariorem tamen esse illum vocabuli ὑπόθεσις usum, habebat utique molestum aliquid illa dictio, ὑποθῆκαι εἰς ὑπόθεσιν. Neque potui mihi temperare, quin præferrem planissimam illam inscriptionem, quæ (Gronovio teste, Bandinioque) præfigitur huic libello in vetustissimis Mediceis membranis, Ὑποθῆκαι ἃς εἰς ὑπόμνησιν ἑαυτῶν γεγρ. &c. Quæ scriptura, quemadmodum idem Gronovius observavit, mirifice etiam convenit cum illa formula toties in hoc libello repetita, Μέμνησο.

Post σπουδαῖοι adjiciunt τινὲς codd. *n.* et *o.* Porro in *n.* post titulum, hæc verba leguntur: Κεφ. ἑβδομήκοντα καὶ δύο.

CAP. I. Respondet hoc caput *tribus prioribus sectionibus Capitis primi* nostræ editionis Enchiridii.

1. τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν. τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν codd. *n.* *o.*

3. δόξαι,

3 λόγω, ὅσα ἡμέτερα ἔργα. οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ, τὸ σῶμα,
ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαὶ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέ-
4 τερα ἔργα. Καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν εἰσὶ φύσει ἐλεύθερα,
ἀκώλυτα, ἀπαραπόδιστα. τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀσθενῆ,
5 δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια. Μέμνησο οὖν, ὅτι, ἐὰν τὰ
φύσει δοῦλα, ἐλεύθερα οἰηθῇς· καὶ τὰ ἀλλότρια,
ἴδια· ἐμποδισθήσῃ, λυπηθήσῃ, ταραχθήσῃ, μέμψῃ
6 καὶ Θεὸν καὶ ἀνθρώπους. Ἐὰν δὲ τὰ ἐπί σοι
μόνα οἰηθῇς σὰ εἶναι, τὰ δὲ ἀλλότρια, ἀλλότρια· οὐδέν
σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐδένα
μέμψῃ, οὐκ ἐγκαλέσῃ τινὶ, ἀκὼν πράξεις οὐδέν, ἐχ-
7 θρὸν οὐχ ἕξεις. βλάψαι γάρ σε οὐδεὶς δύναται.

β'.

Τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος, μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ μετρίως
2 κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀφιέναι
παντελῶς· τὰ δὲ ὑπερθέσθαι πρὸς τὸ παρὸν, καὶ προη-
3 γουμένως ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα θέ-
λῃς, καὶ ἄρχειν, καὶ πλουτεῖν· εἰκὸς μὲν, μηδὲ τού-
4 των σε τυγχάνειν· πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ,
δι' ὧν μόνων ἐλευθερία καὶ εἰλικρινὴς εὐλάβεια περι-
γίνεται.

γ'.

3. δόξαι. δόξα in sing. dant quatuor noſtri codd. Pariſ. quod ſpeciem utique habet. Sed in pluralem, quem in ipſo Enchiridio longe plerique codices ingenti conſenſu agnoſcunt, in hoc libello cum Caſauboni exemplo conſentiunt vetuſtæ Mediceæ membranæ; quæ ſi aliud dediſſent, non fuerat ſane diſcrepantiam eam prætermiſſurus Gronovius. Quare in hoc obtemperare Pariſienſibus libris non ſum auſus.

4. ἀπαραπόδιστα. ἀπαρεμπόδιστα unus cod. *q.* (ἀκωλ. et ἀπαραποδ.) prætermiſit *o.*

5. ἐμποδισθήσῃ, λυπηθήσῃ. Inverſo ordine, λυπηθήσῃ, ἐμποδ. *n. o.*

μέμψῃ καὶ Θεὸν. Sic ſcripſi ex communi conſenſu quinque codicum *m. n. o. p. q.* pro μέμψῃ Θεούς, quod ediderat Caſaub.

6. οὐδέν σε ἀναγκάσει. οὐδείς σε ἀναγκ. habet *m.* ut eſt in Enchir. ſed Pariſini vulgatum tenent.

ἐγκαλέσῃ. Sic *m.* et *p.* cum edd. non male. Sed ἐγκαλέσεις *n. o.* et *q.* ſicut Enchir. quæ ſcriptura

derium, aversatio; & ut uno complectar verbo, quæ libet nostræ actiones. Nostri arbitrii non sunt, corpus, pecunia, gloria, imperia: ad summam, ea quæ ipsi non agimus omnia. Ac ea quidem, quæ nobis parent, libera sunt naturâ suâ; nec prohiberi ab ullo, nec impediri possunt. In quæ autem ipsi jus nullum habemus, ea sunt infirma, obnoxia servituti, obnoxia impedimentis, aliena. Proinde memento, si ea quæ naturâ serviunt, libera putaris, & aliena pro tuis habueris; fore ut impediaris, doleas, perturberis, Deum hominesque accuses. Sin ea sola tua existimaris, quæ tua sunt; aliena vero quæ sunt, aliena; te nemo coget unquam, nemo te impediet, neminem accusabis, neminem criminaberis, ages nihil invitus, inimicum non habebis: cum nemo sit qui nocere tibi possit.

II.

Cum igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus, atque alia penitus relinquenda, alia in præsentia omittenda censeas, & tui ipsius curam tibi primo loco suscipiendam. Quod si & illa desideraris, & magistratus etiam atque opes appetieris, potest fieri, ut nec illa consequaris: iis certe omnino excides, per quæ sola libertas, & vera pietas comparatur.

III.

ptura fortasse et hîc verissima fuerit. Conf. cap. 36, 3.

ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις. Addit οὐδένα solus *q*.

CAP. II. Pertinet ad sect. 4. cap. I. nostræ ed. Enchir.

2. ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖσθαι. Sic recte quinque nostri codices mssti. Perperam vulgo ἑαυτῷ ἐπιμελ.

3. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτα. Particulam καὶ, quæ aberat vulgo, cum desiderari utique videretur, adjeci præeuntibus codd. *n. o. q.*

θέλῃς. Perperam θέλεις *p*.

4. Post πάντως γε μὴν inserit καὶ cod. *o*.

μόνων. μόνον codd. *o.* et *p*.

περιγίνεται. Pluribus verbis hoc effert cod. *o*. περιγίνεσθαι πέφυκεν ἢ περιγίνεται. Quod non ita accipio, ut junctam utramque dictionem voluerit librarius, sed ut optionem daret utrum malles, sive περιγίνεσθαι πέφυκεν, sive περιγίνεται.

CAP. III.

γ'.

Εὐθὺς οὖν παντὶ λογισμῷ φαντασίαν δεικνῦντι
πραχείαν, μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, καὶ
2 οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. ἔπειτα δοκίμαζε τοῖς κανόσι
τούτοις, πότερον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὁ λογισμὸς,
3 ἢ περὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. καὶ ἐὰν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ᾖ,
4 πρόχειρον εὐθὺς λέγειν, ὅτι οὐδέν πρὸς ἐμέ. Μέμνησο,
ὅτι ὀρέξεως μὲν ἐπαγγελία, τυχεῖν οὗ ὀρέγῃ· ἐκκλίσεως δὲ,

CAP. III. Complectitur sectionem 5. capitis I. nostræ ed. cum sect. 1. capitis II.

1. Εὐθὺς οὖν παντὶ λογισμῷ. „Enchirid. Εὐθὺς οὖν παντὶ φαν„τασίᾳ. In sequentibus quoque non „semel eadem mutatio, ubi in En„chiridio, vel φαντασία, ut hic, „vel διαλογισμοί. Atque ita ve„teres Christiani passim locuti: „unde in eorum scriptis κατὰ τῶν „λογισμῶν varii tractatus, et fre„quentes excursiones." Mer. Casaub. — Vide infra, cap. 30, 1. et cap. 31, 1 et sqq.

δεικνῦντι. δεικνύντι scribitur in *n.* *ἐπιδεικνῦντι* in *m.*

Φαντασία εἶ. Sic bene *m.* et *p.* cum edd. Sed *εἶ* in *ἤ* corrupit q. in *ἐστὶ* mutarunt *n.* et *o.*

2. *ἔπειτα δοκίμαζε.* Nil mutant Parisienses libri; sed Mediceus habet *ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὴν δοκίμαζε*, quod placuit Gronovio, qui ait, plenius et planius haud dubie sic scribi, ne sit necesse cum Merico vertere *rem ad has regulas exige.* At equidem non satis video, quo pacto congruat ista scriptura cum eis, quæ continuo sequuntur, *πότερον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ὁ λογισμός.*

4. *Μέμνησο, ὅτι ὀρέξεως μὲν* &c. Incommode hæc a sequenti Capite avulsa sunt, et superiori partis hujus Capitis juncta: quam junctionem etiam, interserta post *Μέμνησο* particula *οὖν*, infeliciorem fecerunt codices nostri *m. o. q.* Sed, quoniam eam quidem particulam non modo verustissimæ membranæ Mediceæ, sed et optimæ Parisienses membranæ *p.* cum Casauboni exemplo ignorant; quoniamque eædem membranæ Mediceæ mox initio capitis 4. non, ut vulgo, *Ἐὰν δὲ μόνα*, sed, sicut ipsum Enchiridion, *Ἐὰν μὲν οὖν μόνα* habent; par est ut credamus, imperitam istam rationem non ab ipso Paraphraste esse, sed a librariis, qui orationis connexionem minus perspexissent. Ad eamdem imperitam rationem pertinet, quod vulgo, post *ἐκκλίνεις* fortiori puncto interposito, ab illis verbis *καὶ ὀρέξεως μὲν* novam separatamque sententiam incipiunt; cum tamen, verum si quæris, eadem verba *καὶ ὀρέξεως μὲν*, et quæ sequuntur, cum præcedenti oratione ita cohæreant, ut perinde a superiori *Μέμνησο* pendeant, atque ita intelligenda sint ac si dixisset *καὶ μέμνησο, ὅτι ὀρέξεως μὲν ἀποτυγχάνων* &c. *Memento, adpetitionis esse professionem, ut consequi velit quod adpetat; declinationis, ut effugere quod declinet; teque, si frustratus fueris adpetitione tua, dolore adfectum ivi; si in id quod declinasti incideris, ivi derisum.* Cujus connexionis respectu equidem, pro *majori puncto*, quod post *ἐκκλίνεις* vulgo ponebant, *minus punctum* substitui.

Sed et in ipsam illam scripturam *ᾧ ἐκκλίνεις*, quam secutus sum, minime consentiunt libri.

Præ-

III.

Ad omnem igitur asperiorem speciem, quam cogitatio tua sibi fingit, assuefacito te, ut in promptu tibi sit ita continuo subjicere: visum es animi: sed minime, quod videris, es. Postea rem ad has regulas exige: Utrum in iis rebus versetur ea cogitatio (seu species cogitationi tuæ oblata:) nostræ potestati subjectis; an vero alienis. Quod si in alienis eam versari percipias, in promptu sit, illam nihil ad te attinere. Memento (præterea) appetitionis id esse propositum (sive eam postulationem:) ut consequaris quod appetis: aversationis autem propositum,

Præeunte Casaubono ὃ ἐκκλίνεις vulgo edebatur, quod per se quidem commodissimum videri debebat. At Gronovius e cod. Med. ᾧ ἐκκλίνεις protulit, idque ob præcedens ἐκείνῳ „verius et ad cu„stodiam græciſini suavius" judicavit. „Sic enim solent. (inquit.) Etiam noster cap. 36. περιπίπλης οἷς ἐκκλίνεις." — Ego vero, si vulgatæ scripturæ reliqui nostri codices adstipularentur, fateor dubitaturum me fuisse, servandine græcisimi caussâ adoptanda esset scriptura a Gronovio commendata. At ὃ quidem quatuor Parisini libri non agnoscunt, sed ejus loco οὗ ponunt omnes, verbum ἐκκλίνειν cum genitivo construentes. Quod ipsum speciem aliquam veri habebat, non equidem quod ita usus ferat græcorum melioris ævi scriptorum, ac philosophorum præsertim, a quibus cum accusativo utique construi solitum id verbum novimus; sed quod ita loqui solitus videri poterat Paraphrastes noster. Nam rursus initio cap. seq. iidem quatuor Parisini libri non μόνα ἐκκλίνῃς, sed μόνων, scribunt: tum imox ibidem tres certe *n. o. q.* non τὰ παρὰ φύσιν, sed τῶν παρὰ φύσιν, nec νόσον, θάνατον, πενίαν, sed νόσου, θανάτου, πενίας: rursusque iidem *n. o. q.* cap. 36, 5. non οἷς ἐκκλίνεις, sed ὧν ἐκκλίνεις habent. At hoc quidem posteriori loco non modo codex Med. verum etiam Parisiensium probatissimus *p.* cum editis in οἷς consentit: idemque codex *p.* licet initio cap 4. cum *n. o. p.* μόνων teneat, tamen mox ibidem cum Ms. Med. et edd. in τὰ παρὰ φύσιν, tum in νόσον, in θάνατον, et πενίαν consentit. Vnde probabile fit, constructionem istam cum genitivo nonnisi ex sequiorum librariorum soloeco usu in libros, quos dixi, invasisse. Et hoc quidem loco, in quo versamur, si ᾧ statuatur antiqua fuisse et genuina Paraphrastæ nostri scriptura, eo facilius fieri potuerat, ut suo more genitivum substituerent librarii, quod et parum familiaris hominibus illis erat atticisimus iste ἐκείνῳ ᾧ ἐκκλίνεις, et quod aliâs quoque haud raro confusas ab illo hominum genere vocales ω et ου ob figurarum similitudinem novimus. (Pari errore infra c. 30, 2. pro τῷ εἶναι habet τοῦ εἶναι codex *p.* Et ἑαυτοῦ pro ἑαυτῷ habet cod. *n.* cap. 15. 3.) Itaque eam scripturam ᾧ ἐκκλίνεις

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-814145-p0021-8

δὲ, τὸ μὴ περιπεσεῖν ἐκείνῳ, ᾧ ἐκκλίνεις· καὶ ὀρέξεως μὲν ἀποτυγχάνων, ὀδυνηθήσῃ· ἐκκλίσεις δὲ περιπίπτων, γελασθήσῃ.

δ'.

Ἐὰν μὲν οὖν μόνα ἐκκλίνῃς τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοὶ, οὐδενὶ ὧν ἐκκλίνεις περιπέσεις. νόσον δ' ἂν ἐκκλίναι 2 θέλῃς, ἢ θάνατον, ἢ πενίαν, ὀδυνηρῶς διάξεις. Ἆρον οὖν τὴν ἔκκλισιν ἀπὸ πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μετάθες ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐφ' ἡμῖν. τὴν ὄρεξιν 3 δὲ παντελῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἄνελε. ἂν τε γὰρ ὀρέγῃ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν τινὸς, ἀποτυγχάνειν ἀνάγκη· τῶν τε ἐφ' ἡμῖν, ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν, οὐδὲν οὔπω σοι

κλίνεις veram hoc loco judicavi, quam eamdem in Enchiridio etiam exhibere codicem noſtrum *Pg.* monuimus ad Ench. II. 1. ſive quod ea in Enchiridio pariter genuina fuerit ſcriptura, ſive potius quod in illum codicem ex ipſa hac Paraphraſi (quemadmodum paſſim aliæ nonnullæ ejusdem codicis lectiones) fuerit adſcita.

καὶ ὀρέξεως μὲν. Nil mutant alii: ſed in *m.* eſt καὶ ὁ μὲν ὀρέξεως, quod ob verba ὀδυνηθήσῃ & γελασθήσῃ in ſecundâ perſonâ poſita ferri utique non poteſt. Sed vide, ne ὁ ex ὅτι ſit decurtatum; quæ particula percommode ſane hîc e ſuperioribus verbis repetita legeretur, quamquam eâ adjecta non tam καὶ ὅτι μὲν ὀρεξ. quam καὶ ἐπὶ ὀρέξεως μὲν fuerit dicendum.

CAP. IV. Reſpondet poſteriori parti ſectionis primæ capitis II. noſtræ editionis Enchiridii, tum integræ ſectioni 2. ejusdem capitis. De ratione parum commoda, qua poſteriorem partem capitis ſuperioris ab hoc capite diremerunt librarii, paulo ante monui.

1. Ἐὰν μὲν οὖν. Sic ſcripſi præeunte cod. Med. pro Ἐὰν δὲ, quod conſentientibus Pariſinis noſtris editum erat: qua de varietate pariter paulo ante dictum eſt. Ibidemque jam notavi, non μόνα, ſed μόνων ἐκκλίνῃς ſcribere noſtros *n. o. p. q.*, tum rurſus τῶν (non τὰ) παρὰ φύσιν *n. o.* et *q.*; codicem *p.* vero τὰ παρὰ φύσιν tenere, denique codicem *m.* et in τὰ et in μόνα cum vulgatâ ſcripturâ conſentire. Dictionem iſtam, τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπὶ σοὶ, Caſaubonus cum plerisque interpretibus ſic accepit, *quæ eorum naturæ, quæ in te ſunt, repugnant.* At ea mihi quidem hanc vim habere viſa erat, ut intelligeretur primum omnium, *nihil eſſe declinandum niſi τὰ ἐπὶ σοὶ*, at non utique omnia τὰ ἐπὶ σοὶ, ſed nimirum *ex numero τῶν ἐπὶ σοὶ ea ſola quæ ſint contra naturam.* Potuerat haud abſimili ſententia ſic dicere, τῶν παρὰ φύσιν τὰ ἐπὶ σοί: cujus dictionis hæc vis futura erat, primum, ut ſignificaretur, *nihil declinandum eſſe niſi τὰ παρὰ φύσιν, quæ ſint contra naturam*; deinde, (quoniam τῶν παρὰ φύσιν alia ſunt ἐπὶ σοὶ, alia vero οὐκ ἐπὶ σοὶ, et quoniam homo prudens illa ſola deſtinato et quavis ratione declinat, quæ in ipſius poteſtate ſunt) ut præciperetur,

te

situm, ne in id incidas, quod adversaris. Porro, frustratus appetitione tua, lugebis: in id incidens, quod aversatus es, rideberis.

IV.

Itaque si ea solum aversare, quæ eorum naturæ, quæ in te sunt, repugnant; in eorum quæ aversaris, nihil incides. At si morbum aversari velis, aut mortem, aut paupertatem, ærumnosus vives. Aversationem igitur ab iis rebus amovebis omnibus, quæ in nobis sitæ non sunt: atque in eas transferes, quæ naturæ eorum, quæ nostri arbitrii sunt, repugnant. Appetitionem autem hoc tempore prorsus auferto; nam si ea, quæ arbitrii nostri non sunt, desideraris; frustrari necesse erit. Ea vero quæ nobis parent, quatenus recte possint expeti, nondum es assecutus. Sed eo tantum utitor ani-

te ex numero τῶν παρὰ φύσιν sola ea declinare debere, quæ sint ἐπὶ σοὶ, id vero est, pravas actiones, pravum facultatum tuarum usum.

ὧν ἐκκλίνεις. Sic correxi, præeuntibus *o.* & *p.* Vulgo ὧν ἐκκλίνῃς, quod & *m.* & *n.* habent, in subjunctivo, cui non erat hîc locus, nisi ἄν post ὧν interseras, quam tamen particulam nullus liber agnoscit: sed nihil in hoc præsertim libello frequentius, quam vocalium η & ει confusio, in optimis etiam quibusque codicibus. (Sic mox *p.* perperam θέλεις pro θέλῃς habet.) Quid h. l. fuerit in *q.*, non liquet.

περιπέσεις. Sic recte *m.* & *o.*, quod in περιπέσῃς corrupit *n.* (conf. ad cap. 31, 24.) περιπέσῃ habet *p.* cum edd. quod ferri potuisset ultimâ circumflexâ, περιπέσῃ. νόσον — — ἢ θάνατον, ἢ πενίαν. Temere νόσου & θανάτου & πενίας scribunt *n. o. q.* de qua scriptura sub finem cap. præc. dixi, ad verba ᾧ ἐκκλίνεις.

2. τὴν ὄρεξιν δὲ. καὶ τὴν ὄρεξιν δὲ est in *m.*, importune adjectâ καὶ particulâ.

3. ἄν τε γὰρ — — τῶν τε ἐφ' ἡμῖν. Particula τε utrobique aberat vulgo, quam priori loco dederunt codices *n. p. q.*, posteriori loco omnes quinque, *m. n. o. p. q.*

ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν &c. ὅσων eorum, quæ in nostra potestate sunt, quæ par est adpetere, nihil adhuc tibi adest. ὅσων recepi ex *n. p. q.* Vulgo ὅσον legebatur, id est *quatenus*; quod si verum est, debebat infra nude οὔπω σοι πάρεστι scribi, non οὐδὲν οὔπω, in quod quidem consentiunt omnes.

4 σοι πάρεστι. μόνον τῷ ὁρμᾶν καὶ ἀφορμᾶν χρῶ, κούφως, καὶ μεθ' ὑπεξαιρέσεως, καὶ ἀνειμένως.

ε.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ψυχαγωγούντων, ἢ χρείαν παρεχόντων, ἢ στεργομένων, μέμνησο λέγειν ἐν σεαυτῷ, ὁποῖόν τι ἐστὶν, ἀπὸ τῶν σμικροτέρων ἀρξάμενος. 2 ἂν ποτήριον στέργῃς, ὅτι ποτήριον στέργεις· κατεαγέντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ. ἂν χύτραν, ὅτι 3 φύσιν ἔχουσαν τοῦ κλᾶσθαι. ἂν ἀδελφὸν ἢ φίλον, ὅτι ἄνθρωπον θνητὸν ἀγαπᾷς. ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, οὐ ταραχθήσῃ.

ς.

Ὅταν ἅπτεσθαί τινος ἔργου μέλλῃς, ὑπομίμνησκε 2 σεαυτὸν ὁποῖόν τι ἐστὶν ἔργον. Ἐὰν εἰς ἐστίασιν ἀπίῃς, πρόβαλλε σεαυτῷ τὰ γινόμενα ἐν ταῖς ἑστιά- 3 σεσι. τοὺς προτιμοτέρους σου· τοὺς παῤῥησίας πλέον σου μετέχοντας· τοὺς κελεύοντας· τοὺς πολὺ πί- γοντας, καὶ λοιδορεῖντάς σου τὴν ἐγκράτειαν· τοὺς ἀτά-

4. κούφως, —— καὶ ἀνειμένως. Perperam, et contra quatuor noſtrorum codicum conſenſum, in omnibus quas vidi editionibus κουφῶς et ἀνειμένως expreſſum erat. — (Nempe adeo religioſa fide poſteriores editores Caſaubonianam ſunt ſecuti, in qua eodem modo ſcriptum.)

CAP. V. Pertinet ad cap. III. noſtræ editionis Enchiridii.

1. ἐν σεαυτῷ. Temere ἐν vocula omiſſa in *q.*

σμικροτέρων. Vulgo μικροτέρων. Adoptavi formam, quam dedere codd. *m. p. q.*

2. ἂν ποτήριον στέργῃς. ἂν τε ποτ. habet *q.*, adjectâ particulâ, quæ multo commodius abeſt ab aliis. Pro στέργῃς temere στέργεις ſcriptum in *p.* Pro ταραχθήσῃ, et hoc loco, et mox rurſus in fine capitis, per operarum lapſum παραχθήσῃ expreſſum erat in ſecunda ed. Berkel. quem errorem bona fide repetiit Schroederus.

ὅτι φύσιν ἔχουσαν. Vulgo ἔχουσα, quod ferri poterat, intelligendo ἐστί. Sed quoniam ſupra dixerat, ὅτι ποτήριον στέργεις, & infra ὅτι ἄνθρωπον θνητόν, etiam hîc commodius erat, intelligere verbum quod accuſativum adſciſceret, nempe ipſum στέργεις, quemadmodum ad ἂν χύτραν intelligebatur στέργῃς Quare ἔχουσαν recepi, quod dedere *m. n. o.* & *q.* Sed *p.* quidem nominativum tenet.

3. ἂν ἀδελφὸν ἢ φίλον. Vulgato ἐὰν formam ἂν nunc prætuli, qua

animi motu, qui ad res vel persequendas, vel omittendas; (idque leviter, & cum exceptione, & remisse;) sufficiat.

V.

Singulis in rebus quæ vel delectant, vel usui serviunt, vel (naturali amore) diliguntur, memento tibi suggerere cujusmodi (res illæ) sint, exorsus a minimis. Si poculum diligis, te poculum diligere: sic erit, ut eo confracto, non animo perturberis. Si ollam, te rem natura facile fragilem diligere. Si fratrem, si amicum; hominem, ita à natura comparatum, ut mori ei necesse sit. Ita fiet, ut cum morietur, non perturberis.

VI.

Opus aliquod aggressurus ipse tibi subjicito cujusmodi sit illud opus. Si ad convivium abeas, ea tibi proponito, quæ fiunt in conviviis. Qui sint honoratiores, alios: quibus magis esse familiaribus liceat: qui provocent (ad bibendi certamen:) qui multum bibant, & tuam temperantiam convitiis incessant; qui petu-

qua paulo ante communi consensu usi sunt omnes, hic vero codd. *n. o. q.* Temere vero prorsus *p.* ἐὰν ἀδελφὸς ἢ φίλος in recto casu scripsit.

ἄνθρωπον θνητὸν. Priorem vocem, quam cæteri agnoscunt omnes, prætermisit cod. *o.*

CAP. VI. Nobis in Enchir. cap. VIII.

1. μέλλῃς. μέλλεις *p.* θέλῃς *q.* ἐστὶν ἔργον. Nolim damnare vulgatum ἐστὶ τὸ ἔργον, a qua ex Med. nullam discrepantiam protulit Gronovius. Repræsentavi vero scripturum, quam dederunt quatuor nostri codd. *n. o. p. q.*

2. Ἐὰν. ἂν *n. o.* Iidem mox προβάλε scribunt, pro προβαλλε.

3. προτιμοτέρους scripsi cum *p. q.* Minus recte vulgo προτιμωτέρους.

πλέον σου. πλείονος σοῦ *m.* quod vulgato non præferendum putavi.

τοὺς κελεύοντας. „An τοὺς „κλοπεύοντας: quia, in Epicteto, „inter alia τοὺς κλέπτοντας? et „*fures balnearii* Catullo quoque (ut „alios omittam) dicti et notati? „Non puto; nec hic opportunum?“ Mer. Casaub. — Possis, si quid mutato opus esset, τοὺς κολακεύοντας conjectare, *adulantes ei qui convivium præbet.* Sed in librorum consensu mutare vulgatum non sum ausus, ferendumque putavi, eâ sententiâ quam Casaubonus in versione interpretatus est.

4. εἰς

4 ἀτάκτως συνδειπνοῦντας. οὕτω γὰρ ἀσφαλέστερον
ἄψῃ τοῦ ἔργου· μάλιστα, ἐὰν εἰθὺς ἐπιλέγῃς,
ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἑστίασιν θέλω, τὴν ἐμαυτοῦ προ-
αίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάττων. καὶ ὡσαύ-
5 τως ἐφ' ἑκάστου ἔργου. οὕτω γὰρ, ἐάν τι πρὸς ὃ
προέθου ἔργον, γένηται ἐμπόδιον, πρόχειρον ἔσται
σοι λέγειν· Οὐ τοῦτο ἤθελον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν
ἐμαυτοῦ προαίρεσιν κατὰ φύσιν ἔχουσαν φυλάξαι·
οὐ φυλάξω δὲ, ἐὰν ἀγαναντῶ πρὸς τὰ γινόμενα.

ζ.

Ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους, οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ
2 τὰ περὶ αὐτῶν δόγματα. Οἷον, θάνατος οὐδὲν δεινὸν,
ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς μάρτυσι δεινὸν οὐ
3 ἐφαίνετο. ὅταν οὖν ἐμποδιζώμεθα, ἢ ταρασσώμεθα,
ἢ λυπώμεθα, μή ποτε ἄλλον αἰτιασώμεθα, ἀλλ' ἢ
ἑαυτοὺς, τουτέστι, τὰ ἑαυτῶν δόγματα.

η.

Ἀπαιδεύτου ἔργον, ἄλλῳ ἐγκαλεῖν ἐφ' οἷς πράσσει κα-
κῶς· ἠργμένου παιδεύεσθαι, τὸ ἑαυτῷ. πεπαιδευ-
μένου, μήτε ἄλλῳ, μήτε ἑαυτῷ.

θ'.

2 Ἐπὶ μηδενὶ ἐπαρθῇς ἀλλοτρίῳ πρωτερήματι. Εἰ τὸ
ἱμάτιον ἐπαιρόμενον ἔλεγεν, ὅτι καλόν εἰμι, οἰστὸν
ἂν

4. εἰς τὴν ἑστίασιν. Deest articulus in *n. o. q.* non male.
φυλάσσων. φυλάξω solus cod. *o.*
5. ἤθελον scripsi cum *n. o. p. q.* Vulgo ἔθελον.
CAP. VII. Respondet priori parti capitis V. nostræ editionis Enchiridii.
2. θάνατος. ὁ θάνατος *n. q.* Articulum cum editis ignorant *m. o.* & *p.* non male quidem.
ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς μάρτυσι. Sic communi consensu dederunt *m. n. o. p. q.* Tria vero verba καὶ τοῖς ἀποστόλοις aberant vulgo in edd.
δεινὸν ἂν ἐφαίνετο. ἂν particulam, cum pariter desideraretur in editis, adscivi ex *m. n. o. q.* Caret vero eâdem codex *p.*
3. ἐμποδιζώμεθα. Sic recte codices nostri omnes, pro vulgato ἐμποδιζόμεθα. Sed quatuor sequentia verba, ἢ ταρασσ. ἢ λυπώμεθα, ignorant Parisienses Mssti cum editis, solusque tenuit vetustissimus Mediceus, e quo ea adjeci.

μὴ

lanter se gerant in mensa: (te ibi reperturum.) Sic tutius rem aggredieris; præcipue si mox ipse tibi dixeris: Ad convivium abeo, sic animatus, ut meum institutum naturæ congruens conservem. Eodemque modo in unoquoque negotio. Ita enim si quid impedimenti fuerit, quo minus id quod agitabas, perficeretur; in promptu quod dicas: Equidem non hoc solum volui, sed & institutum meum naturæ consentaneum tueri: non tuebor autem, si, quæ fiunt, ægre tulero.

VII.

Homines perturbantur non rebus, sed iis quas de rebus habent opinionibus. Verbi causa: Mors non est malum; alioquin enim & martyribus ita visum esset. Cum igitur impedimur, ne culpemus alios unquam, sed nosmet ipsos, hoc est, nostras opiniones.

VIII.

Alios accusare in propria calamitate, hominis est ineruditi: se ipsum, ejus qui erudiri cœperit: nec se, nec alium, eruditi.

IX.

Nulla aliena præstantia efferaris animo. Si vestis semet jactans diceret: *Sum pulchra;* ferendum esset. Tu

μήποτε. μηδέ ποτε n. & o. αἰτιασώμεθα. Placuit hæc verbi forma, quam præiverunt quinque nostri mssti. Vulgo αἰτιώμεθα, quemadmodum in ipso Enchiridio.

ἀλλ' ἢ ἑαυτούς. Etiam particulam ἢ quam ignorant impressi libri, communi consensu dedere scripti nostri.

CAP. VIII. Respondet posteriori parti capitis V. nostræ editionis Enchirid.

ἄλλῳ ἐγκαλεῖν; τὸ, ἄλλῳ ἐγκαλεῖν n. & o. Iidemque rursus sub finem capitis ante μήτε ἄλλῳ eumdem articulum τὸ inserunt, quem in Enchiridio quidem utrobique libri omnes agnoscunt, in Paraphrasi vero ignorant m. p. & q. cum editis.

CAP. IX. Pertinet ad nostrum caput VI.

2. Εἰ τὸ ἱμάτιον. Εἰ γὰρ τὸ ἱμ. habent n. o. & q. inserta con jun-

ἂν ἦν. σὺ δὲ ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι ἱμάτιον
3 καλὸν ἔχω, ἴσθι ὅτι ἐπὶ ἱματίῳ ἐπαίρῃ. Τι οὖν ἐστὶ τὸ σὸν, εἰ μὴ χρῆσις φαντασιῶν; ὥστε, ὅταν χρῆσιν φαντασιῶν κατὰ φύσιν ἔχῃς, τότε μόνον ἐπὶ σῷ ἀγαθῷ σεμνύνῃ.

I.

Ὥσπερ ἐν πλοίῳ, τοῦ πλοίου καθορμισθέντος, εἰ ἐξέλθοις
ὑδρεύσασθαι, ὁδοῦ μὲν πάρεργον ἔστι κοχλίδας ἀνα-
2 λέξασθαι ἢ ψηφῖδας συνάξαι· τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιστρέφεσθαι
3 μή τι ὁ κυβερνήτης σὲ καλέσῃ· κἂν καλέσῃ, πάντα ἐκεῖνα

junctivâ particulâ, quæ percommode abest ab edd. & vetustioribus Msstis *m.* & *p.*

ὅταν λέγῃς. Sic recte *m. n.* & *o.* puto & *q.* Nec aliud debuit *p.* qui λέγεις suo more scripsit. Perperam vulgo λέγῃ. Vocem ἐπαιρόμενος, quæ h. l. sequitur, temere omiserunt *n.* & *o.*

3. κατὰ φύσιν ἔχῃς. Recte ἔχῃς scripsere *o.* & *q.* Cæteri ἔχεις cum editis, perpetuo errore.

ἐπὶ σῷ ἀγαθῷ. Perperam vulgo ἐπὶ σῶν ἀγαθῶν. Veram scripturam dedere quinque nostri codices.

σεμνύνῃ. Significare videtur Gronovius, σεμνύνου scribi in Med. Nec tamen satis adparet, sua-ne e conjectura sic scribendum ille putarit, an in codice eam scripturam repererit. Quidquid sit, mihi non solicitanda visa est vulgata, cui quatuor etiam Parisienses libri patrocinantur.

CAP. X. Nobis in Enchiridio, Cap. VII.

1. ἐν πλοίῳ. Scripturam istam (Ὥσπερ ἐν πλοίῳ, τοῦ πλοίου καθορμ.) a manu esse Paraphrastæ nostri, haud sane absurdi cæteroquin viri, ægre mihi persuadeo. Sed constanti consensu importunum illud ἐν πλοίῳ tenent libri nostri omnes, pro ἐν πλῷ, quod ipsum quidem ἐν πλῷ ego fere non dubito hic positum fuisse a Paraphraste, quemadmodum est in Enchiridio.

εἰ ἐξέλθοις. Aut sic, aut ἂν ἐξέλθῃς, omnino fuit scribendum. Mire vero variant libri. Ipsum εἰ ἐξέλθοις nonnisi codex *n.* servavit. Mendose εἰ ἐξέλθῃς scribit *q.* ἐξέλθοις absque εἰ *m.* & *p.* ἐξέλθῃς absque conjunctione, *o.* ἂν ἐξέλθοις edd.

ὁδοῦ μὲν πάρεργον ἔστι κοχλίδας ἀναλέξασθαι. Vulgo πάρεργόν ἐστιν scribebatur. Ego non modo cum *n.* & *o.* literam ν ἐφελκυστικὴν delevi, sed & ἔστι cum accentu scripsi, quo indicaretur, non cohærere πάρεργόν ἐστι, sed ἔστι κοχλίδας ἀναλέξασθαι, *obiter concubulas legere licet.* Et sic puto scribere voluisse debuisseve librarium codicis Medicei, in quo ἔτι scriptum; quod non video quo pacto placere Gronovio potuerit, quandoquidem verbum finitum in illa phrasi desideratur.

ψηφῖδας, *calculos.* ψιμάδας e suo apographo ediderat Casaub. quam vocem

autem, cum de veſte pulchra gloriaris, ſcito te de veſte gloriari. Quid igitur eſt tuum? Uſus viſorum: (ſive, extrinſecus oblatarum ſpecierum quæ mentem movent.) Cum igitur in uſu viſorum ita te geres, quemadmodum natura poſtulat, tum de bono (quod tuum eſt:) gloriari poſſe te, credito.

X.

Quemadmodum in navigatione, ſubducto navigio, ſi aquatum exieris, nihil vetat, in transitu quaſi, etiam cochleolas legere, aut umbiliculos colligere: animo autem in navigium intento eſſe oportet; & oculos eo ſemper referre: ne forte gubernator vocet: ac tum omnia

vocem prorſus corruptam eſſe intelligens, ψεκάδας corrigendum putavit, quod *umbiliculos* vertit, reſpiciens Ciceronis verba de Orat. lib. II. 6. *Solet narrare Scævola, conchas eos & umbilicos ad Cajetam at ad Laurentum legere conſueſſe.* At in veriſſimam ſcripturam ψηφίδας conſentiunt quinque noſtri Mssti. Laudavit hac occaſione Gronovius varia Luciani loca, quibus τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων fit mentio.

2. τετάσθαι. Sic penacute ſcribendum putavi, ut in Enchir. Vulgo τετᾶσθαι ſcribebatur προπεριστωμένως, nec e noſtrorum codicum ullo diverſa adnotata eſt ſcriptura.

τὴν διάνοιαν πρὸς τὸ πλοῖον. Verba τὴν διάνοιαν deſunt in *n. o. p. q.* & abeſſe utcumque poterant. At quum & Caſaubonus in ſuo exemplo ea repererit, neque ex ms. Med. ad h. l. quidquam discrepantiæ adnotaverit Gronovius, nefas foret ea expellere: quum præſertim in Enchiridio citra controverſiam locum ſuum tueantur, neque ulla ſit cauſſa, cur prætermiſſurus ea videri debeat Paraphraſtes. συνεχῶς πρὸς τὸ πλοῖον h. l. ſcribit *q.* prætermiſſâ mox deinde eâdem voce, ubi alii eam ponunt.

ἐπιστρέφεσθαι. Prætuli hanc verbi formam in præſ. paſſ. in quam conſentiunt *n. o. p. q.* cum Enchiridio. Vulgo ἐπιστρέψασθαι.

μή τι ὁ κυβερνήτης σε καλέσῃ. Variant libri fere ut in ipſo Enchiridio. μή τι dedere *m.* & *p.* μήποτε edd. μήποτε *n. o. q.* In καλέσῃ rectè conſentiunt Pariſienſes cum edd. pro quo mendoſe in *m.* καλέσοι ſcriptum; quod quo pacto probare potuerit Gronovius, viderint ii quibus idem placet. Pronomen vero σε, quod ignorant alii, adſcivi ex eodem Med. quum probabilius mihi videretur temere ab aliis prætermiſſum eſſe, quam ab hoc ſcribâ adjectum. Ejusdem pronominis veſtigia in Var. Lect. Enchiridii vidimus.

3. κἂν καλέσῃ. Sic communi conſenſu dant codd. *n. o p. q.* neque

ἐκεῖνα ἀφέντα δραμεῖν, ἵνα μὴ δεδεμένος βληθῇς ὡς
4 τὰ πρόβατα· οὕτω καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, ἐὰν
διδῶνται ἀδελφοί, ἢ φίλοι, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἴκημα, οὐδὲν
5 κωλύει. Ἐὰν δὲ ὁ κυβερνήτης καλέσῃ, τρέχε ἐπὶ τὸ
6 πλοῖον ἀφεὶς ἐκείνους, μηδ' ἐπιστρεφόμενος. ἐὰν δὲ γέρων
ᾖς, μηδέ ποτε ἀπαλλαγῇς τοῦ πλοίου, μή ποτε
7 καλούμενος ἐλλίπῃς, καὶ δεδεμένος βληθῇς. ὁ γὰρ
ἑκὼν μὴ ἑπόμενος, ἀνάγκῃ τοῦτο πείσεται.

ια'.

Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς σὺ θέλεις· ἀλλὰ
μᾶλλον θέλε αὐτὰ γίνεσθαι, ὡς γίνονται· καὶ εὐρύ-
πως διάξεις.

ιβ'.

que aliud debebat Med. qui eodem errore, quo proxime ante, κἂν καλέσαι scripsit. καὶ τότε πάντα ediderat Casaub.

4. οὕτω καὶ. Sic scripsi cum *n. o. q.* οὕτως καὶ *p.* cum editis, nescio an et Med.

ἐὰν διδῶνται. Hoc præivit *m.* quod ad Enchiridii scripturam proxime accedit. ἐὰν δέδονται *p.* & *q.* cum edd. quod ferri non poterat. Percommode vero ἐὰν δεδῶνται adfertur in ora Enchiridii Nili in cod. Paris. MCCXX. in quo sparsim et aliæ nonnullæ lectiones ex hac Paraphrasi minio ad oram adpictæ sunt. (In eâdem orâ, initio hujus capitis, incommoda illa scriptura ἐν πλοίῳ, quam tenent libri nostri omnes, adnotata est, pro ἐν πλῷ, quod in contextu Nilus habet cum omnibus Enchiridii libris.) δέδονται absque ἐὰν habent *n.* & *o.* quod ita dictum videri poterat, quemadmodum sæpe in Enchiridio, ut εἰ præpositio subintelligeretur.

5. τρέχε ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀφεὶς ἐκείνους. Sic rectissime codd. *p.* & *q.* prorsus ut legitur in Enchiridio. Et parum abeunt *n.* & *o.* in quibus est ἀφεὶς ἐκείνους τρέχῃ ἐπὶ τὸ πλοῖον. Minus commode, inde a Casaubono, vulgo legebatur τρέχων ἐπὶ τὸ πλοῖον ἀφῆς ἐκείνους, ad quam scripturam mireris nihil e codice Mediceo adnotatum a Gronovio.

6. μηδέποτε ἀπαλλαγῇς τοῦ πλοίου. Ad ista verba hæc adnotavit Casaubonus: „Melius hoc, „quam ut in Enchiridio, ἀπαλλ. „ποτὲ τοῦ πλοίου μακράν. Sed „nec Simplicius istud μακρὰν a„gnoscit.“ Confer Varietatem lectionis ad Enchir. cap. VII. a nobis congestam.

καλούμενος ἐλλίπῃς. In priori verbo nil dissentiunt libri nostri: et facile quidem concedas Paraphrastæ dictionem istam, quæ paulo planior videri poterat, quam καλοῦντος, quod erat in Enchiridio. ἐλλίπῃς tenuit cum editis unus noster codex *n.* nec vero aliud quid e Mediceo protulit Gronovius. ἐκλίπῃς habet *o.* sed ἐλλείπῃς *p.* & *q.* in quibus quoniam persæpe ει et ι temere inter se permutantur, eo minus dubitavi tenere

nia illa relinquere, ne vinctus tanquam ut oves, in navim conjiciaris: Sic & in vita pariter, si pro cochleola, aut umbiliculo, fratres aut amici dentur, aut propinqui, aut domus; nulla invidia est. At si gubernator vocarit, currens, relictis istis omnibus, ad navim redibis, neque respicies. Quod si senex es, à nave omnino non recedes, ne quando vocatus, vires (in via) tuæ deficiant, & vinctus conjiciaris. Quisquis enim non volens & libens sequitur, hoc illum pati necesse est.

XI.

Ne postules ea quæ fiunt, arbitratu tuo fieri; sed potius ita quæque fieri velis, ut fiunt; & nunquam dolebis.

nere istud, quod & in Enchiridii libris cunctis legitur, & cum sequendi verbo βληθῇς aptius convenit.

βληθῇς. In legitimam hanc verbi formam cum editis et Med. consentiunt vetustæ nostræ membranæ *p.* Tres reliqui Parisienses codices βληθήσῃ habent, quod & tenuit librarius ille, qui totam hanc phrasin, quàm ignorat Enchiridion, ad Enchiridion Nili in cod. Paris. minutâ scripturâ adjecit. (Vide Var. Lect. ad Euchir. et Notas ad Nili Enchirid.) Animo illorum, qui βληθήσῃ scripserunt, haud dubie observata erant verba, quæ leguntur Matth. 5, 25. μή ποτε εἰς φυλακὴν —— βληθήσῃ.

ἀνάγκῃ τοῦτο πείσεται. In ms. Med. legi ἄκων ἀνάγκῃ ταῦτα πείσεται adnotavit Gronovius, cui hoc suavius erat visum. Sed quod ad suavitatem quidem pertinet, arbitror ego, fore multos qui secus judicent. Illud certum est, quatuor nostros Parisienses, & Nili codicem illum quem modo dixi, vocem ἄκων juxta cum editis libris ignorare. Et credibilius mihi visum erat, scribæ membranarum Medicearum, cum hoc loco minus diligenter statim inspexisset exemplar suum, temere excidisse, ut occasione præcedentis vocis ἑκὼν nunc ἄκων scriberet; cui voci ille continuo quidem deinde veram scripturam ἀνάγκῃ de exemplari subjecit, sed istam delere noluit, ne liturâ deformaret librum.

CAP. XI. Enchirid. cap. VIII. nostræ editionis.

Μὴ ζήτ. τὰ γινομ. γίνεσθαι ὡς σὺ θέλεις. Prætuli hanc verborum seriem, quam constanter servant quatuor nostri *n. o. p. q.* Vulgo sic legebatur, Μὴ ζήτει τὰ γινόμενα ὡς σὺ θέλεις γίνεσθαι. nec ad hæc verba quidquam adnotavit Gronov. Pro θέλεις, perperam θέλῃς habet *n.*

CAP. XII.

ιβ'.

Νόσος, σώματός ἐστιν ἐμπόδιον· ψυχῆς δ' οὐ, ἐὰν μὴ σὺ θέλῃς. χώλωσις, σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον· 2 ψυχῆς δ' οὔ. καὶ τοῦτο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐμπιπτόντων ἐπίλεγε. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ ἄλλου τινὸς ἐμπόδιον, σὸν δὲ οὔ

ιγ'.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐμπιπτόντων πειρασμῶν, ζήτει 2 τίνα δύναμιν ἔχεις πρὸς τὴν χρῆσιν αὐτοῦ. φυσικὰς γὰρ δυνάμεις ἡμῖν ὁ θεὸς ἐχαρίσατο νικητικὰς τῶν 3 ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ προβαλλομένων. ἐὰν γυναικὸς πρόσωπον πειράσῃ σε, εὑρήσεις δύναμιν, τὴν ἐγκράτειαν. ἐὰν πόνος προσφέρηται, εὑρήσεις τὴν καρτερίαν· ἐὰν λοιδο-

CAP. XII. Enchirid. cap. IX. 1. σώματός ἐστιν ἐμπόδιον. Quæ inde ab his sequuntur verba, usque σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον, prætermisit cod. *o.* obviâ erroris caussâ. Alii nil mutant, nisi quod θέλεις pro θέλῃς scripsit *p.*

2. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸ &c. Aberat αὐτὸ ab edd. nec agnoscunt id pronomen Parisienses libri; & poterat nullo incommodo abesse: sed oblatum a cod. Med. accipiendum putavi, quum præsertim & in Enchiridio libri agnoscant omnes, & Paraphrastes adjecturus potius, si ignorassent libri, quam oblatum neglecturus videri debuerit. Verumtamen, ne quid dissimulem, idem pronomen initio cap. 14. ignorant in Paraphrasi libri omnes, licet in Enchiridio propemodum ad unum omnes illud agnoscant.

σὸν δὲ οὔ. Vulgo σὸν δ' οὔ. Exserte δὲ οὔ scripsi cum *n. o. p. q.*

CAP. XIII. Respondet nostro capiti X.

1. Ἐφ' ἑκάστῳ. Ἐφ' ἑκάστου scribit unus noster cod. *n.* quod rectius videri poterat, quum præsertim eamdem scripturam tueantur Enchiridii codices optimi quique ac propemodum omnes. Sed quoniam defendi etiam vulgatum potuit, quam cum editis tenent *m. o. p.* et *q.*, nil mutandum duxi. Confer initium cap. seq.

ζήτει τίνα δύναμιν ἔχεις. Vulgo ζήτει τὴν δύναμιν ἣν ἔχεις, cui scripturæ unus noster codex *q.* suffragatur. τὴν δύναμιν σὲ ἔχεις habent *n. o. p.* quod & per se parum commode enunciatum erat, & repugnabat sententiæ proxime sequenti, ubi absque ulla conditione sive restrictione ait, *habere hominem vires a Deo datas ad superandas tentationes nobis oblatas.* De cod. Med. monuit Gronovius, pro τὴν δύναμιν scribi in eo τίνα δύναμιν. (sic quidem in editione Berkeliana Notarum Gronovii recte, ut puto, scriptum; pro quo in Schroederiana τινὰ δύναμιν temere expressum est.) Pronomen relativum ἣν an adjectum sit in eodem codice, nec ne,

XII.

Morbus, corporis impedimentum; non animi, nisi ipse velis. Claudicatio, pedis impedimentum est, animi non item. Et hoc, ut quæque res accidit, subjice tibi: invenies eas alterius cujuspiam rei impedimentum esse, non tui, [qui non corpus; sed animus es.]

XIII.

Quæcunque tentatio [sive afflictio] tibi contigerit; dispice quam facultatem habeas ad [rectum] ejus usum. Naturales enim facultates Deus nobis largitus est, omnium quæ inimicus (Diab.) ad nos tentandos objicit, debellatrices. Si vultus [formosæ] mulieris te irritat, præsto est continentia, quam [ad remedium] adhibeas. Si dolor, tolerantia; si convicium, patientia. Atque ita

ne, non adnotavit Gronovius: sed probabile est, non esse adjectum; sive adest, ex postremis elementis vocabuli δύναμιν per itacismum temere esse repetitum. Quidquid sit, quamquam teneri poterat vulgata scriptura, equidem vestigia sequens vetustissimi illius codicis, veram Paraphrastæ nostri scripturam eam putavi, quam repræsentavi, quam eamdem in Enchiridio libri tuentur omnes.

2. ἡμῖν ὁ θεός. Inverse ὁ θεὸς ἡμῖν scribunt *n. o. q.*

νικητικὰς. Sic recte quinque codices *m. n. o. p. q.* id est, *ad vincendum comparatas, quarum ope vincere possimus.* Vulgo νικητὰς, quod est *victrices.*

τῶν ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ προβαλλομένων. ὑποβαλλομένων habet Med. commode, cum de tentatione agatur; hac sententiâ, *quæ ab inimico* (nempe a Satana) *suggeruntur.* Conf. infra, cap. 31, 5 & 22. Sed nec minus bene reliqui mssti cum editis, προβαλλομένων, quod idem valet ac ἐμπιπτόντων et προσφερομένων, quorum verborum alterum modo præcessit, alterum mox sequitur.

3. ἐὰν γυναικὸς πρόσωπον. ἐὰν προσ. γυν. *n. o.* ἐὰν εἰς γυναικὸς πρόσωπον *q.* imperite.

πειράσῃ σε. Sic recte *n. o. q.* Nec aliud debuerat Med. in quo abrupte πειράσῃς scribitur. Suo more πειράσει σε scripsit *p.* quemadmodum perperam edidit Casaubonus.

εὑρήσεις δύναμιν. Abrupte εὑρῃ δύναμιν *q.* & sic idem mox rursus εὕρῃ scribit ante ἀνεξικακίαν, rursusque inferius cap. 32, 9.

ἐὰν λοιδορίαν. ἐὰν λοιδορίας *p.* male

ἀνεξικακίαν. τὴν ἀνεξικακίαν *n. o. q.* Articulum hoc loco absque incommodo omittunt *m.* & *p.* cum editis. Confer Not. ad cap. 14, 2.

4 λοιδορίαι, εὑρήσεις ἀνεξικακίαν. καὶ οὕτως ἐθιζόμενόν σε, οὐ συναρπάσουσιν αἱ φαντασίαι.

ιδ'.

Ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα, ἀλλ' ὅτι ἀποδέδωκα. 2 ὁ ἀδελφὸς ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. κτῆμα ἀφῃρέθη; οὐκοῦν 3 καὶ τοῦτο ἀπεδόθη. Ἀλλ' ἀγανακτεῖς, ὃ τικακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει, διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπῄτησεν; 4 Οὕτω παιδευθεὶς ὁ Ἰὼβ ἔλεγεν· Ὁ κύριος ἔδωκεν, 5 ὁ κύριος ἀφείλατο. ἄδικον, φησὶν, ἀπομάχεσθαι τῷ λαβεῖν βουλομένῳ ὃ δέδωκε· καὶ τὸ πρέπον ἐννοῶν, 6 Ὡς τῷ κυρίῳ, φησὶν, ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο. Εἰ γὰρ ἀληθῶς ὁρίζῃ κύριον εἶναι, τὸν τοῦτο κελεύσαντα, φέρε

4. ἐθιζόμενόν σε. ἐρεθιζόμενόν σε habet *q.* id est, *irritatum*; quod speciem utique habebat. Nec tamen solicitandum vulgatum, in quod cæteri cum Enchiridii codicibus consentiunt.

CAP. XIV. Pertinet ad Enchiridii caput XI.

1. Ἐπὶ μηδενὸς. Sic recte *m.* & *p.* cum edd. Minus recte Ἐπὶ μηδενὶ *n. o. q.* Vide initium capitis superioris.

ἀλλ' ὅτι scripsi cum *n. o. p. q.* Vulgo ἀλλὰ ὅτι. Mox in ἀποδέδωκα suffragantur editis veteres mssti *m.* & *p.* Sed ἀπέδωκα, quod est in Enchiridio, repræsentat *n. o. q.*

2. ὁ ἀδελφὸς. Deest articulus in cod. *o.*

κτῆμα ἀφῃρέθη. κτῆμα σοῦ ἀφῃρέθη *n. o. q.* Videntur nonnulli librarii, planiorem reddituri orationem, consulto subinde vocem unam aut alteram adjecisse, quam ignoraverat Paraphrastes noster, subinde etiam aliam aliâ permutasse. Confer mox ad num. 4. tum ad cap. 13, 3 extr. et ad cap. 15, 1 extr.

3. τί δέ σοι μέλει. μέλει *o.* & *q.* frequenti librariorum errore.

διὰ τίνος σε. Sic perapte Parisienses quatuor cum editis. Minus commodum profecto videri debet διότι σε, quod in Med. repererat Gronov. Conf. Var. Lect. ad Enchir. cap. 11.

4. ὁ Ἰὼβ. Articulum prætermisit *p.* non male.

ἀφείλατο. Jurares verum esse ἀφείλετο, quod & offerebant nobis codices nostri *n. o. q.* & sua auctoritate hic posuerat Schrœderus. At ἀφείλατο, quod ante Schrœderum vulgatum erat, quodque vetustiores membranæ *m.* & *p.* tuentur, illud ipsum est, quod habes in versione græca libri Job cap. 1, 21. Eademque verbi forma persæpe etiam aliâs in græca Vet. Test. versione occurrit; quâ quidem formâ qui utuntur, eos ἀσχημονεῖν ait Phrynichus p. 78. sed vide quæ de eâdem notavit doctus Hesychii editor ad vocem Ἀφείλαντο.

5. ὃ δέδωκε. Tenent hoc codd. *o.* & *q.* cum editis. At ᾧ δέδωκε habent *m. n.* & *p.* quod, quamvis vetusta-

ita si assueveris, non abripient te opiniones: [seu, rerum species extrinsecus oblatæ.]

XIV.

Nunquam te quicquam perdidisse dicito, sed reddidisse. Frater mortuus est? Redditus est. Res est erepta? Utique & illa reddita est. Sed indignaris, quod improbus ille, qui eripuit. Quid id tua refert, per quem suum repetat, qui tibi dedit. Ita doctus [vel, instructus] Job dixit: *Dominus dedit: Dominus abstulit.* Injustum est, inquit, quod dederat repetenti, resistere. Et re bene pensitata: *Sicut Domino placuit*, inquit, *ita factum est.* Si enim recte statuit illum *Dominum* suum esse, qui ita

vetustate et reliqua auctoritate testium commendabile, tamen non ausus sum recipere.

φησὶν ἔδοξεν. Inverse ἔδοξέν φησιν scribunt *n. o.* & *o.*

6. ὀφίζῃ percommode tenent *n. o. q.* cum editis; neque aliud debuit *p.* qui suo more ὀφίζεις scripsit. Ferri quidem perinde ὀφίζεις poterat, quod ex Med. laudavit Gronovius: sed haudquaquam necesse est, ut id ipsum ὀφίζεις in locum τοῦ ὀφίζῃ substituamus, quod idem voluerat Gronovius, mira utens ratione, nimirum ut habeamus verbum in secundâ personâ, non in tertiâ positum; quasi vero ὀφίζῃ aut non esset verbum secundæ personæ, aut posset in tertiâ personâ positum intelligi, cum præcedat εἰ particula, quæ indicativum, non subjunctivum requirit. Gronovium morari sane non debuerat Casaubonus, ὀφίζῃ in tertiâ personâ accipiens, vertensque, *si enim recte statuit illum dominum suum esse*; cum *statuis* et *tuum* ponere debuisset. Est secunda pers. præs. indicativi medii, activa notione usurpati.

κελεύσαντα. Temere καλέσαντα scribit *q.*

Φέρε τοῦ δεσπότου πρᾶως τὸ βούλημα. Sic communi consensu peropportune dedere quatuor Parisienses, prò corrupto vulgato Φέρε τοῦ δὲ πρᾶως &c. Et adstipulatur codicibus Parisiensibus Mediceus: sed aliâ parte dubitationem nonnullam movit nobis Gronovius, verba vulgata sic citans Φέρε τοῦ δὲ καὶ πρᾶως, tum hanc Notam addens: „Mſ. Φέρε τοῦ δεσπότου καὶ. Quo significare videtur, ante vocem πρᾶως cum in edit. Casaub. ad quam ille suas Notas retulit, tum in cod. Med. particulam καὶ insertam esse: quæ particula legatur-ne hoc loco in Casauboni editione, confirmare non possum; illud video, perinde eam & a posterioribus omnibus editionibus & a quatuor nostris msstis abesse, & percommode quidem abesse posse: quamquam, si revera καὶ πρᾶως habuere et Casauboni exemplum, & Mediceæ membranæ, lubens eam particulam accipiam. (At, Casaubonum quidem eamdem ignorare,

Φέρε τοῦ δεσπότου πρᾴως τὸ βούλημα. οὗτος γὰρ
7 νόμος δούλῳ πρὸς δεσπότην ἀγαθόν. Μέχρι μέν τοι
οὔπω ἀποδέδονται, οὕτως αὐτῶν φρόντιζε, ὡς ἀλλο-
τρίων, καὶ ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παρίοντες.

ιέ.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ἄφες τοὺς τοιούτους λογισμούς·
Ἐὰν ἀμελήσω τῶν ἐμαυτοῦ, οὐχ ἕξω διατροφάς·
ἐὰν μὴ κτήσωμαι παῖδα, οὐχ ἕξω τὸν ὑπηρετούμενον.
2 κρεῖττον γάρ ἐστι, λιμῷ ἀποθανεῖν ἄλυπον καὶ
3 ἄφοβον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον. κρεῖσσον
δὲ καὶ ἑαυτῷ δουλεύειν, ἢ ἀσχολεῖσθαι περὶ τὰ τοῦ
παιδὸς ἁμαρτήματα, ἀμελοῦντα τῶν ἑαυτοῦ.

ιϛ.

Ἀλλὰ κτήσασθαι θέλεις, καὶ οἷος εἶ μακροθυμεῖν. ἄρ-
2 ξαι ἀπὸ τῶν σμικροτέρων. Ἐκχεῖται τὸ ἔλαιον· κλέπτε-
ται

rare, nuperrime demum, ex quo editionem ejus inſpicere licuit, liquido intellexi.)

οὗτος γὰρ νόμος δούλῳ. Vulgo οὕτως γὰρ νόμος δούλου, quod ferri quidem utcumque poterat: ſed haud dubie præſtabat οὗτος, quod offerebant *n. o. p. q.* quamquam nil mutabat Mediceus; tum vero dativus δούλῳ, quem ex Med. laudavit Gronovius, aptior mihi viſus erat quam genitivus δοῦλου.

καὶ ὡς τοῦ πανδοχείου. Deeſt h. l. copula καὶ in Med. non male. Pro πανδοχείου habet πανδοκίου *p.* (neſcio an & *q.*) male, quod ad vocalem adtinet; ſed κ in hoc vocabulo perinde atque χ ferri poterat.

CAP. XV. Reſpondet priori ſectioni capitis XII Enchiridii noſtræ editionis.

1. Ἐὰν ἀμελήσω. Ἀλλ' ἐὰν ἀμελήσω habet *q.* percommode ſane: *At, ſi neglexero.*

οὐχ ἕξω — — οὐχ ἕξω. Vtroque loco in editionibus omnibus οὐκ ἔξω ſcriptum eſt: neque e codd. Pariſ. nec ex Med. quidquam adnotatum video. Conf. ad cap. 27, 1.

ἐὰν μὴ κτήσωμαι. Perperam κτήσομαι ſcribitur in ed. Berk. & Schroed. (& ſic jam olim ed. Caſaub.) Duplicavit errorem noſter *p.* κτίσομαι ſcribens. Sed recte κτήσωμαι tenent *n. o. q.* quod eſt in ed. Blanc.

τὸν ὑπηρετούμενον. τὸν ὑπηρετοῦντα ſcribunt *n. o. q.* inſigni ſpecie veri: at, ὑπηρετοῦμαι in paſſ. vel med. non minus quam ὑπηρετεῖν activa notione accipi, cum ex Xenophonte, tum ex Baſilio demonſtrarunt Budæus & H. Stephanus; quare non ſolicitanda vulgata, cui adſtipulantur vetuſtæ membranæ *m.* & *p.*

2. & 3. In κρεῖττον vſ. 2. & κρεῖσσον vſ. 3. nil variant libri

3. καὶ

ita jussit: quod illi, cumque placitum est, æquo animo ferendum est. Ea enim lex [seu consuetudo] servorum est erga bonos *dominos* [sive, heros.] Cæterum, quamdiu ille concesserit, tanquam alienum id curato, ut viatores hospitium.

XV.

Si quid proficere te studes, istiusmodi cogitationes missas facito: Si res meas neglexero, non erit unde vivam. Nisi famulum mihi comparavero, deerit mihi qui ministret. Præstat enim perire fame, timoris ac molestiæ expertem, quam copiis omnium rerum circumfluentem, animo vivere perturbato. Et præstat sibi propria opera ministrare, quam occupatum in corrigendis famuli peccatis, propria negligere.

XVI.

Sed comparare tamen stat tibi sententia, & patientiam, quanta opus est, superare tibi confidis. A parvis igitur

3. καὶ ἑαυτῷ δουλεύειν. Καὶ τὸ ἑαυτ. δουλ. habent *n.* & *o.* inserto articulo, quo facile caremus cum aliis. Porro pro ἑαυτῷ est ἑαυτοῦ in *n.* quod nemini probabitur.

Ad posteriora hujus sectionis verba est Mer. Casauboni Adnotatio hujusmodi: „Epict. cap. 16. „[nobis cap. 12.] κρεῖττον δὲ τὸν „παῖδα κακὸν εἶναι, ἢ σὲ κακοδαί„μονα. quod reprehensioni est ob„noxium, nisi κακοδαίμων idem „valeat hic, ac κακός· quod minus „aptum cohærentiæ. Nescio ta„men an ideo mutatum in Para„phrasi, ut minus invidiosa esset „sententia: an vox κακοδαίμων „(ut δυστυχὴς & ἀτυχὴς antea) „tantum virata." — De sententia verborum Enchiridii breviter dixi in Notis ad Ench. cap. 12. tomo III. Monumentorum Epictetæ Philosophiæ.

CAP. XVI. Pertinet ad posteriorem sectionem capitis XII Enchiridii.

1. Ἀλλὰ κτήσασθαι θέλεις, καὶ οἷος εἶ μακροθυμεῖν. ἄρξαι ἀπὸ ὧν. In loco difficili, nec satis adhuc ad liquidum deducto, repræsentavi scripturam ad hunc diem vulgatam, cum qua non in verbis modo, sed in distinctione verborum vetustæ nostræ membranæ *p.* prorsus conveniunt. Vbi cum ista καὶ οἷος εἶ μακροθυμεῖν a Casaubono sic essent conversa, *& patientiam, quanta opus est, superare tibi confidis;* haud immerito quidem Gronovius dubitationem movit, dicens: „Quare ei, cui su„perat jam patientia, dat consili„um ad se muniendum? Id plane

„tali

3 ταυτὸ φιλάριον· οἱ ἄρτοι ἀπόλλυνται· ἐπίλεγε σεαυτῷ,
Τοσούτου πωλεῖται ἀπάθεια· τοσούτου ἀταραξία
4 πιπράσκεται· πρεῖκα δὲ οὐδὲν περιγίνεται. Ὅταν
δὲ καλῆς τὸν παῖδα, ἐνθυμοῦ, ὅτι δύναται μὴ ὑπακοῦ-
σαι, ἢ ὑπακούσας, μηδὲν ποιῆσαι ὧν σὺ θέλεις· ἀλλὰ
μὴν μὴ οὕτως ἔσται αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ
5 σὲ ταράττεσθαι. Ἀλλ' ἐπιστρέψαι προσιεῖ, ἵνα
δὴ βελτίων γένηται. πρῶτον μὲν περίβλεψαι, μὴ
6 τὴν σεαυτοῦ δοκὸν οὐ κατανοεῖς. εἰ δὲ καὶ τούτου
ἀπήλλαξαι, οὕτω πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ παιδὸς
ἔρχου,

„tali jam præparato & confidenti „ſupervacuum.“ — At poterant eadem verba καὶ οἷος εἶ μακροθυμεῖν ita accipi, ac ſi dixiſſet, καὶ δύναμιν φυσικὴν ἔχεις τὴν μακροθυμίαν, (conf. cap. 13.) ut ſententia eſſet: *At tu comparare* (neque *ſervum*, coll. cap. præc. vſ. 1. & 3.) *vis*: *habes etiam facultatem* (id eſt, *memento etiam, te habere facultatem*) *patientiâ atque clementiâ adverſus eum utendi. Incipe modo a rebus exiguis.* Quæ ſi minus placet ratio, probabilior fortaſſe illa videbitur, quam inierunt codices noſtri *n. o. q.* qui, *poſt οἷς εἶ* diſtinctionem ponentes, (*o.* & *q.* quidem ſimplex *comma*, *n.* vero *interrogationis ſignum*) jungunt verba μακροθυμεῖν ἄρξαι ἀπὸ &c. in hanc ſententiam: *At tu comparare* (*ſervum*) *vis atque potes? Patientiâ uti incipe a minimis.* Denique vide, an, interrogative acceptis verbis καὶ οἷος εἶ μακροθυμεῖν; hoc dixerit Paraphraſtes noſter: *At tu comparare* (*ſervum*) *vis! Potes-ne etiam iram tuam temperare, & indulgentiâ adverſus eum uti?* Difficultatem omnem ſublatam Gronovius putavit, *omiſſo verbo* μακροθυμεῖν, quod in Medicea membrana non exſtat. „Verte: [inquit] „*Sed comparare tamen* (ſcil. ſervum „& opes) *ſtat tibi ſententia, & po-*„*tes.* Ergo quia ſic utique vis, hoc „faciens præmuni te, *incipe ab mi-*„*nſculis.*“

σμικροτέρων. μικροτέρων ſcribunt *n. o. q.*

2. Ἐγκεῖται reſtitui ex *n. o. p. q.* quod ipſum & in Enchiridio habes. Mendoſe vulgo ἔκχυται, quo de verbo miror nihil a Gronovio ex Med. eſſe adnotatum. Oportebat ſaltem ἐκκέχυται, ſed præſens tempus magis convenit cum ſequentibus verbis κλέπτεται & ἀπόλλυνται.

3. ἐπίλεγε σεαυτῷ. ἐπίλεγε ἐν σεαυτῷ unus cod. *o.* qui & mox τοιούτου perperam pro τοσούτου habet, ſed paulo poſt tamen in τοσούτου conſentit.

οὐδὲν περιγίνεται. οὐδὲν οὐδενὶ περιγίνεται ſcribunt *n.* & *o.* paulo verboſiores, ut ſæpe aliâs.

4. Ὅταν δὲ καλῇς. Recte καλῇς *n. o. q.* Vulgo καλεῖς, quemadmodum & ſuo more *p.* ſcripſit: nec aliud ex Med, adfertur.

ὧν σὺ θέλεις. Sic Pariſini omnes, certe *n. o.* & *p.* Perperam ὧν σὺ θέλῃς edd.

ἀλλὰ μὴν μὴ &c. Inſolentior viſa erat nonnullis librariis cumulatio particularum ἀλλὰ & μὴν, itaque μὴν prætermiſerunt *n. o. q.* niſi caſu intercidit ea vocula, ex occaſione particulæ μὴ proxime ſequentis. Cæterum ante iſta verba majori puncto diſtinxerant vulgo

tur auſpicare. Oleum effunditur: Villum ſurripitur: Panes corrumpuntur: Subjice tibi: Tanti vænit tranquillitas, tanti conſtantia, gratis autem nihil acquiritur. Cum autem vocas famulum, fieri poſſe cogita, ut non audierit: aut ſi audierit, eorum tamen quæ juſſeris, nihil egerit. Neque vero ei tam bene ſit, ut tui perturbandi, quando voluerit, habeat ille poteſtatem. Sed id eo fit, inquis, quia corrigere illum & emendare, tibi proponis. Hoc igitur inprimis ſedulo cave, ne *propriam trabem* non intelligas. Quod ſi ab illa liber es, ita tamen ad correctionem procede, ut medicus

go orationem, pro quo ego punctum minus poſui, ne prorſus ſejungerentur hæc a ſuperioribus, ſed ex communi a verbis μέμνησο ὅτι penderent. Ob eamdem rationem mox commodius foret ἔστιν, quam ἔσται, in quod ipſum quidem libri (quantum ſcio) conſentiunt: ſed fortaſſe ſcripturæ compendio ambiguo decepti librarii, ut ſæpe aliàs, verba iſta temere inter ſe permutarunt. (Vide infra, ad cap. 30, 2. & conf. Ind. Græc. ad Epict. in voce Εἶναι, ſub finem.) Aliam rationem iniens Gronovius, μὴ particulam *interrogative*, non *negative*, accepit, & ſervato fortiori puncto ante ἀλλὰ μὴν, poſt παράττεσθαι *interrogandi notam* adponendam cenſuit. Itaque totam phraſin in hanc ſententiam interpretatus eſt: „*Quid „igitur? an ita bene cum eo agetur, „ita potens ac validus ille erit, ut „in ejus poteſtate ſit futurum, te com„moveri?*“

παράττεσθαι. ταράσσεσθαι n. & q.

5. ἐπιστρέψαι προαιρῇ, ἐπιστρέψαι τοῦτον προαιρῇ habet unus q. Recte vero προαιρῇ Pariſini omnes. Perperam vulgo προαιρεῖς.

ἵνα δὴ βελτίων γένηται. Placuit γένηται, in quod rurſus conſentiunt n. o. p. q. Vulgo γίνηται. Particulam δὴ unus cod. o. prætermiſit.

περίβλεψαι, μὴ — — οὐ κατανοεῖς. *Circumſpice, an fortaſſe tuam trabem non animadvertas.* Percommode περίβλεψαι in medio; pro quo unus cod. o. περίβλεψον habet. Recte vero in κατανοεῖς conſentiunt ſcripti omnes & editi. μὴ, *an*, indicativum adſciſcit. Quod Caſaubonus in verſione poſuit, *cave, ne — — non intelligas*, id græce ſonat ὅρα μὴ — — οὐ κατανοῇς.

6. εἰ δὲ καὶ τούτου ἀπήλλαξαι. Particulam καὶ, quæ deerat vulgo, communi conſenſu dedere quinque noſtri codices. Pro τούτου, Caſaubonus τούτων ediderat; nempe ſic corrigendum ratus, cum in ſuo exemplari τούτου (ſic) ſcriptum reperiſſet. Gronovius vero, in Mediceo τοῦτον reperiens, ſtatim vidiſſe ſe ait, τούτου legi debere. Recte vero; & id ipſum τούτου exhibent Pariſini omnes: intelligendum autem non τοῦ κατανοεῖν, quod Gronovius voluit,

7 ἔρχου, ὡς ἰατρὸς πρὸς τὸ τραῦμα. οὐ γὰρ χολᾶ ὁ
ἰατρὸς, ὅτι τραῦμα ἢ πάθος τις ἔσχεν· ἀλλὰ θε-
8 ραπεῦσαι τὸ γεγονὸς σκοπεῖ. καὶ γοῦν τις σοφὸς
ἁμαρτήσαντι τῷ παιδὶ, Ἔδαιρον ἄν σε, εἶπεν, εἰ μὴ
ἐχόλωσα.

ις'.

Εἰ προκόψαι θέλεις, ὑπόμενον παρὰ τοῖς ἐκτὸς ἄνους
δόξαι, καὶ ἠλίθιος· μηδὲν παρ' αὐτοῖς βούλου δοκεῖν
2 ἐπίστασθαι. κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τι, ἀπίστει σεαυ-
τῷ. ἴσθι γὰρ, ὅτι οὐ ῥᾴδιον καὶ τὴν προαίρεσιν τὴν
σὴν κατὰ φύσιν φυλάξαι, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀρέ-
3 σκειν· ἀλλ' ἀνάγκη, θατέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ
ἑτέρου ἀμελῆσαι.

ιή.

Ἐὰν τοὺς ἀγαπῶντάς σε, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ
τὰ παιδία θέλῃς πάντοτε ζῆν, καὶ εὖ πράττειν· τὰ

sed τοῦ οὐ (vel μὴ) κατανοεῖν τὴν σεαυτοῦ δοκόν.

τοῦ παιδὸς ἔρχου. Sic percommode m. n. p. q. τοῦ παιδὸς ἔρχεσθαι χρὴ scribit o. Vulgo μετέρχου, omissis vocibus τοῦ παιδὸς.

πρὸς τὸ τραῦμα. πρὸς τὰ τῶν νοσούντων τραύματα unus cod. o. Nude πρὸς τραῦμα scripsit q. non male.

7. ἔσχεν. Placuit hoc, quod dedere n. p. & q. pro vulgato ἔχει. In tota vero hac pericope ab aliis codicibus discedit noster cod. o. sic scribens: οὐ γὰρ χολᾷ ὁ ἰατρὸς, ὡς ἀπεχθῶς πρὸς τοὺς νοσοῦντας διακείμενος· ἀλλὰ σκοπεῖ ὅπως ἐπαγάγῃ τὴν θεραπείαν τοῖς νενοσηκόσι μέλεσι τούτων. καὶ γοῦν &c.

8. καὶ γοῦν τις σοφὸς &c. Cum aliis nonnullis philosophis tribuitur dictum in eam sententiam, tum Platoni præsertim. Vide Laërt. III, 38 sq. & ibi Menag.

ἔδαιρον. Sic rectè n. o. q. ἔδερον p quod & ipsum ferri quidem poterat: sed, sicut aliæ vocales diphthongique, sic & αι & ε temere confundi solent in eodem codice; veluti cum κλέοντα pro κλαίοντα scribit cap. 22, 1. Perperam ἔδαρον edd.

Ante εἶπεν, verbosiores n. & o. inserunt ὦ παῖ. Mendose vero εἶπον scribit p. Mendose item ἐχόλεσα n. o. p. pro ἐχόλωσα; pro quo ex q. ἐθυμούμενος adnotatum video, sive is ἐθυμούμην voluit debuitve, sive ἦν θυμούμενος.

CAP. XVII. Convenit cum Enchir. cap. XIII.

1. ὑπόμενον recte dederunt n. o. p. q. Perperam ὑπόμενον edd. cum quibus tamen videtur consentire

dicus ad vulnus curandum. Non enim medicus irascitur, quod vulnere quis, aut alio quovis morbo laboret: sed id agit, ut id quod affectum est, sanet. Unde etiam, quod sapiens quidam servo, qui flagitii quid perpetraverat: *Flagris*, inquit, *cecidissem te, nisi iratus essem.*

XVII.

Si quid proficere vis, ne recusa quo minus ab extraneis [qui tuæ disciplinæ sunt exsortes] amens & fatuus habearis. Ne quid scire videri velis apud tales; & si quid scire aliquibus videaris; ipse tamen tibi diffidito. Scito enim facile non esse institutum tuum in eo statu qui sit naturæ consentaneus conservare, & vulgo placere: Sed aliter fieri non posse, quin is qui alterum curet, alterum negligat.

XVIII.

Si id studes, ut qui te diligunt, & fratres & nati semper vivant, & valeant, (vel floreant:) quæ tui non

C 2 sunt

tire codex Med. ex quo ad totum hoc caput nihil adnotavit Gronov.

παρὰ τοῖς ἐκτὸς. Vulgo παρὰ τῶν ἐκτὸς, nullo sensu, & contra constantem sermonis usum, quem sane non ignoraverat Paraphrastes noster, vir minime indoctus. Nec tamen aliud quid ex ullo nostrorum codicum enotatum video. παρὰ τοῖς ἐκτὸς legendum esse, jam olim perspecte Heynius ad Ench. 13. monuit: &, sic scripsisse Paraphrasten, satis intelligitur ex eo quod mox consentientibus libris omnibus sequitur παρ' αὐτοῖς.

μηδὲν. καὶ μηδὲν percommode scribunt *n. o. q.* Sed & carere possumus copulâ, quam ignorant *m.* & *p.* cum editis.

βούλου recte *n. p.* & *q.* Perperam βούλει *o.* cum edd.

2. κἂν δόξῃς. κἂν δόξεις habet *p.* suo more, non quod ἂν conjunctionem cum indicativo construat, sed quod vocales ει & η perpetuo confundere solet. Mox, pro ἀπίστει, mendose ἀπιστεῖ expressum erat in editis: quod corrigere debui, licet nil e codicibus nostris sit adnotatum.

3. θατέρου communi consensu dedere non modo quatuor nostri Parisienses, sed & Mediceus, de quo alia occasione (in Notis ad cap. 2.) monuit Gronovius. Perperam vulgo θάτερον edebatur. Ad ἐπιμελούμενον intelligitur σὲ, *te, cum alterum curas, alterum negligere:* & ex communi pendet hæc phrasis a præcedenti ἴσθι γὰρ ὅτι; quare pro majori puncto, quod vulgo post ἀφέσκειν ponebant, minus punctum posui. Conf. Var. Lect. ad Ench. 13.

CAP. XVIII. Respondet priori sectioni nostri capitis XIV Enchiridii.

1. παιδία θέλῃς. Mendose, ut solet, θέλεις scribit *p.*

τὰ

2 τὰ μὴ ἐπὶ σοὶ, ἐπὶ σοὶ θέλεις εἶναι· καὶ ἀνάγκη,
μὴ οὕτω γινομένων, λυπεῖσθαι, καὶ αἰτιᾶσθαι τὴν
3 τοῦ παντὸς διοίκησιν. Ἐὰν δὲ καὶ τὸν παῖδα θέλῃς μὴ
ἁμαρτῆσαι, ἠλίθιόν τι ἐνθυμῇ· θέλεις γὰρ τὴν κακίαν
μὴ εἶναι κακίαν, ἀλλ' ἄλλο τι.

ιθ'.

Ἐὰν θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τούτων
ἐφίου καὶ ταῦτα θέλε, ἃ δύνασαι, καὶ ἃ ἐπὶ σοί.

κ'.

Κύριος ἑκάστου ἐστὶν, ὁ τῶν ὑπ' ἐκείνου θελομένων,
ἢ μὴ θελομένων, ἔχων τὴν ἐξουσίαν εἰς τὸ περιποιήσα-
σθαι, ἢ ἀφελέσθαι. ὅστις οὖν ἐλεύθερος εἶναι βού-
λεται, μήτε θελέτω, μήτε φευγέτω τὰ ἐπ' ἄλλῳ.
Εἰ δὲ μὴ, δουλεύειν ἀνάγκη.

κά.

Ὡς ἐν συμποσίῳ σε δεῖ ἀναστρέφεσθαι ἐν τῷ βίῳ.
2 γέγονέ τι κατά σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως
μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κατάτρεχε. οὔπω ἥκει;
μὴ ἐπίβαλλε πόρρω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενον ἄχρις
4 οὗ ἔλθῃ κατά σε. οὕτω πρὸς φίλους ἔστω, οὕτω πρὸς
τιμὴν,

τὰ μὴ ἐπὶ σοὶ, ἐπὶ σοὶ θέλεις εἶναι. Sic clare in Med. ſcribi docuit Gronov. niſi quod bis ἐπί σοι enclitice expreſſum eſt, pro quo ego emphaſeos cauſſa ἐπὶ σοὶ ſcripſi. Vulgo ſic edebatur, τὰ μὴ ἐπί σοι * θέλῃς εἶναι, afteriſco adpoſito a Caſaubono, qui infra contextum adnotavit: „ * Epict. ἐπί σοι, iterato.“ Eodem hiatu laborant codices Pariſienſes, ſed recte iidem θέλεις pro mendoſo θέλῃς ſcribunt.

2. γενομένων. γενομένου unus cod o.

3. τὸν παῖδα θέλῃς. Rurſus θέλεις p. & q.

ἐνθυμῇ, cogitas, mente agitas. In hoc conſentiunt m. n. o. p. q. Quibus cur non obtemperarem, nulla fuit cauſſa. Vulgo ἐπιθυμεῖς.

CAP. XIX. Reſpondet poſteriori parti ſectionis prioris cap. XIV Enchiridii.

θέλῃς. θέλεις p.

ἃ δύνασαι. ἃ δύνατα unus o.

CAP. XX. Reſpondet ſectioni 2. capitis XIV Enchir. In toto autem hoc capite nil variant libri noſtri.

CAP. XXI.

sunt arbitrii, optas; cui necessario consequens, ut cum aliter quam optabas, accidet, dolore afficiaris, & providentiam Universi gubernatricem accuses. Quod si etiam puerum tuum delinquere non vis, optas quod optare palam stultum est. Improbitatem enim aliud, quam improbitatem esse postulas: [quod quid est aliud, quam rerum naturam pervertere velle?]

XIX.

Si in appetitione frustrari non vis, fac ut ea prosequaris & velis, quæ in tua sunt potestate, & ab arbitrio pendent tuo.

XX.

Cujusque dominus is est, qui rerum ab ipso expetitarum aut non expetitarum, vel præbendi, vel eripiendi, potestatem habet. Quisquis igitur liber esse vult, det operam oportet, ne quicquam eorum cupiat, aut averset, quæ penes alios sunt. Sin minus, servire necesse erit.

XXI.

Ut in convivio, sic in vita versari te oportet. Si quid circumferendo ad te pervenerit, porrecta manu, partem modeste capito. Transit? noli cursu persequi. Nondum venit? Ne longe appetitum tendito, sed expecta dum ad te perventum fuerit. Sic erga amicos,

CAP. XXI.

1. Ὡς ἐν συμποσίῳ σε δεῖ. Sic scripsi cum Med. prorsus ut in Enchirid. Et consentiunt *n. o. p. q.*, nisi quod σε pronomen non agnoscunt. Vulgo cum Casaubono edebant Ὡς ἐν συμποσίῳ, οὕτω σε δεῖ. At οὕτω particulam perinde ignorant Parisienses codices & Med.

2. κατά σε. In *o.* ad oram hoc loco notatum ἐπί σοι, imperite.

3. περίμεινον recte dedere *n. o. p. q.* pro vulgato περίμενον, quod eodem mendo laborabat, quo ὑπόμενον initio capitis 17.

ἄχρις οὗ. ἕως οὗ habent *n o. q.*

4. οὕτω πρὸς Φίλους ἔπτω, id est, *eadem ratio sit cum amicis*, vel *adver-*

τιμὴν, οὕτω πρὸς ἀρχὰς, οὕτω πρὸς τὰς χρείας. καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄριστος συμπότης Χριστοῦ βασιλείας. 5 Εἰ δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβοις, οὐ μόνον συμπότης, ἀλλὰ καὶ συγκληρονόμος Χριστοῦ ἀναδειχθήσῃ.

κδ'.

Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐπὶ πένθει, ἢ ἀποδημοῦντος τέκνου, ἢ ἀπολωλεκότα χρήματα, πρόσεχε, μὴ ἡ φαντασία σε συναρπάσῃ, καὶ νομίσῃς αὐτὸν ἐν 2 κακοῖς εἶναι. ἔστω δὲ πρόχειρον ἐπιλέγειν σεαυτῷ, ὅτι, οὐ τὸ γεγονὸς αὐτὸ φύσει κακὸν, καὶ οὐ διὰ τοῦτο οὗτος θλίβεται· ἰδοὺ γὰρ ἄλλους οὐ θλίβει· 3 ἀλλὰ τὸ δόγμα αὐτοῦ τὸ περὶ τούτων, ὡς κακῶν 4 ὄντων, τοῦτο αὐτὸν ἀνίᾳ. Μὴ ὀκνήσῃς μέντοι καὶ παραμυθήσασθαι, καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν βοηθῆσαι.

κγ'.

adversus amicos. Pro ἔστω dant ἔσο in secundâ personâ codices *n. o. q.* quibus accedere videri poterat *p.*, in quo mendose quidem ἔσω scribitur. At cum secundâ personâ ἔσο non οὕτω dicendum erat, *ita sis*, sed τοιοῦτος ἔσο, *talis sis*, id est, *ita te gere*: & ἔσω, quod est in *p.*, perinde ex ἔστω atque ex ἔσο corruptum esse potest. Mediceus quidem vulgatum ἔστω recte tuetur: certe nihil discrepantiæ ex eo codice ad hunc locum adnotavit Gronov.

συμπότης Χριστοῦ βασιλείας. Si βασιλείας scripsit Paraphrastes, (non ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ut est apud Lucam Evangelistam, cap. 22, 30.) non dubito eo adfirmare, post συμπότης errore librariorum excidisse τῆς articulum, ad βασιλείας referendum.

5. εἰ δὲ —— μὴ λάβοις. Scripturam λάβοις nonnisi unus quidem codex *n.* præbuit, cum alii omnes in vulgatum λάβῃς consentirent. At subjunctivum respuebat particula εἰ, quæ cum optativo non minus commode, quam cum indicativo, jungitur. Et nimis solennis est librariis nostris confusio vocalium diphthongorumque, quas simili vocis sono efferre adsueverant.

οὐ μόνον συμπότης, ἀλλὰ καὶ. Quinque ista verba prætermissa sunt in cod. *o.*

συγκληρονόμος Χριστοῦ ἀναδειχθήσῃ. Vulgo nude συγκληρονόμος ἀναδειχθήσῃ. Nam quod συγκληρονόμενος scribitur in ed. Schroed. illud quidem proprium illius editionis monstrum est. Vocabulum vero Χριστοῦ communi consensu interserunt codices nostri omnes *m. n. o. p. q.* Et *o.* quidem post Χριστοῦ etiam πάντως adjicit. In *n.* nonnihil diversa est verborum series: οὐ μόνον συμπότης Χριστοῦ ἀναδειχθήσῃ, ἀλλὰ καὶ συγκληρονόμος.

CAP. XXII. Enchirid. cap. XVI.

1. κλαίοντα ἴδῃς τινὰ. Mendose κλέοντα *p.* Ignorant τινὰ qua-

sic erga honores, sic erga magistratus, sic erga illa quæ commodum usum præbent, affectus, dignus eris regni Christi conviva. At vero si etiam oblata recusaveris; non conviva tantum, sed regni consors renunciaberis.

XXII.

Cum ejulantem quenquam videbis, vel ob mortem [charissimorum:] vel peregre profecto filio, vel rebus amissis; cave ne te visum illud abripiat, ut cum in malis versari existimes: sed in promptu tibi sit; quod ipse tibi mox subjicias: Non istud quod accidit, ipsum vere malum, & inde hic luctus. (Ecce enim, non omnes quibus ista accidunt, ita lugent:) Sed concepta ipsius de rebus istis tanquam malis, opinio; hoc utique est quod illum angit. Ne tibi tamen grave sit [aut fastidiosum.] tum consolari; tum, quantum in te, succurrere.

quatuor nostri *n. o. p. q.* Agnoscere vero videtur cum editis codex Med. e quo ad hanc vocem nil monuit Gronovius; qui paulo post adnotare non neglexit, ἢ ante ἀποδημοῦντος in eodem desiderari.

ἀπολωλεκότα cum editis tuentur nostri codd. *n.* & *q.* quod commodissime ad τὸν κλαίοντα refertur. Sed ἀπολωλεκότος (ad τέκνου relatum) habent *m.* & *o.* Medius inter utrosque errat *p.* ἀπολωλεκότως scribens.

2. οὐ τὸ γεγονὸς αὐτὸ. Sic cum edd. & Med. habent *n.* & *o.* percommode, *non illud ipsum per se, quod accidit.* αὐτῷ pro αὐτὸ habet *p.* atque etiam *q.* sed in hoc quidem pariter αὐτὸ prius fuerat. Et ad codicem *p.* quidem quod adtinet, sicut aliàs vocales diphthongosque simili quodam sono efferri solitas, sic & *o* & ω frequenter ille confundere solet: nam idem rursus, ut alia omittam, cap. 23 sub finem αὐτῷ scripsit pro αὐτὸ, in eodemque capite προβεβηκῶσιν pro προβεβηκόσιν, & δωθέν σοι pro ὀοθέν σοι. & cap. 24. οὐδαμῶθεν pro οὐδαμόθεν.

καὶ οὐ διὰ τοῦτο. Ignorant h. l. parriculam negativam *n.* & *o.* cum edd. Sed eam cum dederint *m. p.* & *q.* non negligendam putavi.

οὗτος θλίβεται. Recte οὗτος, *m. n. p. q.* Vulgo οὕτως, quod & cod. *o.* tenuit.

ὡς κακῶν ὄντων. Imperite ὡς κἀλῶν ὄντων scribitur in *n. o. p. q.* Mirum dictu est, quam sæpe vocabula ista, oppositam prorsus vim habentia, ubique inter se confusa sint a librariis.

4. ὀκνήσης. ὀκνήσεις *p.* qui & supra vs. 1. duplicato errore νομήσεις habet pro νομίσῃς, ibidemque συναρπάσει pro συναρπάσῃ.

κγ'.

Τὴν τάξιν φυλάττειν σε χρὴ, εἰς ἣν σε ἔστησεν ὁ
2 θεός· ἂν ἐν μικροῖς, μικρόν· ἐὰν ἐν προβεβηκόσιν, ἐὰν
πτωχὸν ἠβουλήθη εἶναι, ἵνα τοῦτο γενναίως ἐνέγκῃς·
3 ἂν χωλὸν, ἂν ἰδιώτην, ἂν κληρικόν. σὴ γὰρ τοῦτό
ἐστιν, τὸ δοθέν σοι παρὰ θεοῦ καλῶς μετελθεῖν·
δοῦναι δὲ αὐτὸ, τοῦ θεοῦ.

κδ'.

Ὄναρ τεταραγμένον ἐάν σοι ἐπιστῇ, διάκρινε παρὰ
2 σεαυτῷ, καὶ λέγε· οὐδέν μοι κακὸν οὐδαμόθεν σημαί-
νεται, ἀλλ' ἢ τῷ σώματί μου, ἢ τῇ δοκούσῃ δόξῃ,
ἢ τοῖς ἐκτός. ἐμοὶ δὲ πάντα ἄϊσια σημαίνεται, ἐὰν
3 ἐθέλω. ὅ τι γὰρ ἂν συμβῇ, ἐπ' ἐμοί ἐστι διὰ τῆς
ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας εὐοδωθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

κε.

Ἄόργητος εἶναι δυνήσῃ, ἐὰν μηδενὸς ἄρξῃ, οὗ ἐπὶ
σοὶ τὸ νικᾷν οὐκ ἔστιν.

κς'.

CAP. XXIII. Pertinet ad Enchiridii cap. XVII.

1. ἔστησεν. Corrupte ἔκτησεν scribitur in Med.

2. ἂν ἐν μικροῖς, (scil. ἔστησέ σε ὁ θεὸς,) μικρόν nempe σὲ χρὴ εἶναι. Quod si μικρὸν prorsus abesset, percommode e sequenti oratione intelligeres ἠβουλήθη σε εἶναι.

ἐὰν ἐν προβεβηκόσιν, ἐὰν πτωχὸν &c. ἂν h. l. scribunt n. & o. quemadmodum & paulo superius & mox deinde rursus habent omnes. Post προβεβηκόσιν vero addunt τοιοῦτον n. o. q. nempe τοιοῦτον (id est προβεβηκότα, vel talem qualem decet eum qui ἐν προβεβηκόσι constitutus sit) χρὴ σε εἶναι.

ἠβουλήθη. ἐβουλήθη n. o. q.

3. τοῦτό ἐστιν. τοῦτό ἐστι n. o. q.

CAP. XXIV. Respondet Enchiridii capiti XVIII.

2. οὐδὲν μοὶ. Pronomen μοὶ accentu notavi, ut cum emphasi pronunciandum. Vulgo οὐδέν μοι efferebant.

ἀλλ' ἢ τῷ σωμ. Præiverunt hoc n. o. p. q. idque conveniens visum mihi erat paraphrasi. Vulgo ἀλλὰ τῷ σωμ. quod & codex Med. tueri videtur.

ἐὰν ἐθέλω. ἐὰν θέλω dant iidem n. o. p. q. Fortasse ἐὰν ἐγὼ θέλω scripsit Paraphrastes, quemadmodum est in Enchirid.

3. ὅ τι γὰρ ἂν συμβῇ. Percommode sic habent editi; nec ex Med. aliud adfertur. εἴ τι γὰρ ἐὰν συμβῇ scribitur in n. o. p. q. ubi de ἐὰν non pugno, sed εἴ τι haud dubie vitiosum.

καὶ εὐχαριστίας. καὶ εὐχαριστείας p. καὶ τῆς εὐχαριστίας scribit o. Possis εὐχηστίας suspicari, id est, per rectum usum; quæ

XXIII.

Ordinem oportet eum te conſervare, cui te Deus aſſignavit: ut in parvis rebus, parvum te geras: [in magnis, magnum.] Si in dignitate: ſi mendicus; ut generoſe defungaris: ſi claudus: ſi privatus: ſi clericus denique. Hoc enim tuum eſt, bene obire, quod à Deo cunque tibi aſſignatum eſt: aſſignare autem, Dei eſt.

XXIV.

Somnium ſomniare tibi contigit turbulentum [& quod animum tuum anxium habet.] Dijudica tecum, & effare: Mihi nihil ipſi mali ullo modo portenditur: ſed aut corpuſculo meo, aut dignitati (ut vulgo loquuntur:) aut ſi quid aliud externum, [& extra me poſitum eſt.] Mihi vero omnia fauſta portenduntur, ſi ipſe voluero. Utique cum in me ſit, ſi quid tale contingat, per patientiam & gratiarum actionem fructum ex eo capere.

XXV.

Iræ nullus erit unquam locus, ſi nihil unquam aggredieris, quod ſupra vires tuas ſit.

quæ duo vocabula etiam in Epicteti Diſſert. confuſa inter ſe a librariis vidimus. Sed hic quidem nolim ſolicitare vulgatam: nam in eccleſiaſtico præſertim ſcriptore percommode εὐχαριστίας vocabulum in iſta connexione locum ſuum tueri videtur. Conf. infra, cap. 31, 22.

εὐοδωθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. ὠφεληθῆναι ἐξ αὐτοῦ habet Med. quod & per ſe commodiſſimum videri poterat, & ad Enchiridii dictionem proxime accedit. At vulgatam hoc loco ſcripturam tuentur quatuor codd. *n. o. p. q.* &, ut dicam quod ſentio, vix credibile mihi viſum erat, paulo exquiſitius verbum εὐοδωθῆναι, quod non modo optimis e vetuſtis auctoribus, ſed & eccleſiaſticis melioris ævi ſcriptoribus uſurpatum eſt, a recentioribus demum librariis hunc eſſe invectum.

CAP. XXV. Spectat ad Enchir. cap. XIX. ſect. 1.

Ἀόργητος. Cur hoc maluerit Paraphraſtes noſter, quam ἀνίκητος, quod eſt in Enchiridio, equidem non percipio: illud video, nihil in hoc vocabulo variare libros.

ἀρξῃ. ἄρξῃς *n.* & *o.* minus commode. ἐπὶ σοὶ rurſus emphatice ſcripſi, pro vulgato, ἐπί σοι. In fine capiti, ſpro vulgato ἔστι, ἔστιν ſcripſi adjectâ ν literâ, præeuntibus *n. o. p. q.*

κε'.

Ὅρα, μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον, ἢ [μέγα] δυνάμενον, ἢ νομιζόμενον εὐδοκιμεῖν, μακαρίσῃς μὲν
2 ἐκεῖνον συναρπασθεὶς, ταλανίσῃς δὲ σεαυτόν. ἐάν τε γὰρ διὰ τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ ταῦτα αὐτῷ συμβαίνῃ,
3 ἀφθόνως δύνασαι τῶν ἴσων τυχεῖν. εἰ δὲ παρὰ Φύσιν τρεπομένης τῆς προαιρέσεως· τί πρός σε, τὸν κατὰ
4 Φύσιν βουλόμενον τὴν σὴν προαίρεσιν Φυλάξαι; οὔτε γὰρ ἄρχων ἢ πλούσιος σπεύδεις γίνεσθαι, ἀλλ' ἐλεύ-
5 θερος, καὶ μόνῳ θεῷ ἀνακεῖσθαι. μία δὲ ὁδὸς πρὸς τοῦτο, καταφρόνησις πάντων τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

κϛ'.

Γίνωσκε, ὅτι οὐχ ὁ λοιδορῶν ἢ τύπτων ὑβρίζει, ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτων, ὡς ὑβριζόντων. ἀμέλει, ἐαυ-
2 τοῖς ταῦτα λέγοντες, οὐκ ἀλγοῦμεν. ὅταν οὖν λέγον-

CAP. XXVI. Enchirid. cap. XIX. sect. 2.

1. ἢ [μέγα] δυνάμενον. Communi consensu vocem μέγα omittunt quinque codices *m. n. o. p. q.* ut videri possit Paraphrastes noster nudum ὁ δυνάμενος pro ὁ μέγα δυνάμενος, *potens, rerum dominus*, usurpasse. Confer Ind. Græc. in Epictet. Videndum igitur, ne in exemplum illud, e quo Casaubonus libellum hunc edidit, vox ista ex Enchiridio postmodum invecta sit: ego quidem, ut suspectam hoc loco, uncis eam includendam putavi.

ταλανίσῃς. Vulgo ταλανῇς legebatur, tamquam, a ταλαίνω inaudito græcis auribus verbo; cui ipsi etiam, si quis eo usus fuisset, non posser per analogiæ rationem activa notio, quæ hic desiderabatur, inesse. Opportune id ipsum, quod edidi, obtulerunt codices *m.* & *o.* neque aliud debuerant *p. q.* & *m.* quorum primus suo more ταλανήσῃς sive ταλανήσεις scripsit, duo posteriores ταλανίσεις: iidem tres paulo ante pari errore μακαρίσεις pro μακαρίσῃς scripsere. Habes apud Suidam Ταλανίζει· θρηνεῖ, ἄθλιον ἀποκαλεῖ. Ejusdemque verbi & Hesychius meminit, in Ἐταλάνισα & in Ταλανίζει.

2. συμβαίνῃ. συμβαίνει edebatur, quod & codd. *m.* & *p.* tenent; mendose, quandoquidem subjunctivum flagitabat præcedens particula ἐάν. Et subjunctivum recte præferunt *n. o.* & *q.* qui simul tempus verbi mutarunt, συμβῇ scribentes, quod & ipsum teneri poterat.

δύνασαι. Perperam δύναται cod. *o.*

3. παρὰ Φύσιν. Imperite περὶ Φύσιν *q.*

τὴν σὴν προαίρεσιν Φυλάξαι. Φυλάξαι τὴν σὴν προαίρεσιν *n. o. q.*

4.

XXVI.

Cum aliquem vides tibi prælatum; aut potentia præcellentem; aut (apud vulgus) virtutis opinione magis celebrem: cave ne opinione subita abreptus, beatum illum prædices, te vero infelicem. Si hæc enim per ea quæ sunt in nostra cujusque potestate bona illi contigerunt, sine invidia potes [cum voles] eadem adipisci. Si vero præpostero, & contrario naturæ instituto; quid hoc ad te, cui institutum tuum naturæ tuæ consentaneum præstare, summa votorum est? Non enim id tibi proponebas, ut magistratum gereres; ut dives evaderes: sed ut liber, & Deo soli addictus, & mancipatus. Ad eam autem rem via unica est, eorum quæ in potestate nostra non sunt omnium contemptio.

XXVII.

Pro certo habe non eum qui convitietur aut verberet, auctorem esse contumeliæ: sed opinionem de iis, tanquam contumeliosis conceptam. Enimvero hæc eadem ipsi nobis ingerentes, non dolemus. Quandocunque igitur

4. οὔτε γάρ. Sic *m.* & *p.* cum edd. οὐδὲ γάρ *n. o. q.*

σπεύδεις γίνεσθαι. γενέσθαι scribunt *n. o. p. q.* percommode, licet sequatur ἀνακεῖσθαι in præsenti tempore positum.

μόνῳ θεῷ ἀνακεῖσθαι. Vulgo μόνον θεῷ, consentientibus *n. o. p. q.* quod minime quidem ego damnem; (conf. Ind. Græc. in Epict.) sed quoniam peropportune vetustissimus Mediceus μόνῳ offerebat, recipiendum hoc putavi, quod in eâdem dictione cap. 30. communi consensu tenent libri omnes. Ad eadem verba Casaubonus hoc adnotavit: „Docent „viri doctissimi, τοὺς Θεῷ ἀνα„κειμένους a Chrysostomo nuncupari viros *Deo devotos* & *sacratos*. „Imo, *monachos* & *anachoretas* „(τοὺς τὰς ἐρήμους κατειληφό„τας μοναχοὺς) signate hoc elogio „ab illo notatos, est in illo reperire."

5. μία δὲ ὁδός. μία δὲ ἡ ὁδὸς *p.* commode.

CAP. XXVII. Enchirid. cap. XX.

1. οὐχ ὁ λοιδ. Mendose vulgo οὐκ ὁ λοιδ. at nunc quidem verum certe tenent *n. o. p. q.* Conf. ad cap. 15, 1.

ἢ τύπτων. ἢ ὁ τύπτων habet unus *q.* percommode, ut est in ipso Enchiridio. Sed & abesse poterat articulus.

ταῦτα λέγοντες. Forsan ταὐτὰ scripsit auctor, *eadem dicentes*.

2.

γοντος περί σου τινὸς ἐρεθισθῆς, ἴσθι ὅτι ἡ σὴ ὑπόλη-
3 ψις ἠρέθισέ σε, καὶ πειρῶ μὴ συναρπασθῆναι. ἂν γὰρ
ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς, ῥᾷον κρατήσεις
σεαυτοῦ.

κή.

Θάνατος, καὶ δίωξις, καὶ πάντα τὰ Φαινόμενα δεινὰ,
πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν, καὶ οὐδὲν οὐδέπο-
τε ἀνάξιόν σου ἐνθυμήσῃ, οὐδ' ἄγαν ἐπιθυμήσεις τινός.

κθ'.

Εἰ τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐπιθυμεῖς, παρασκευάζου
αὐτόθεν ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησο-
μένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων, ὅτι, Ἄφνω ἀναχωρη-
τὴς ἡμῖν ἐπανελήλυθε· καὶ, Πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ
2 ὀφρύς; Σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ ἔχε· τῶν δὲ βελτίστων
σοι Φαινομένων, οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ θεοῦ τεταγμέ-
νος εἰς ταύτην τὴν χώραν, ἐν ᾗ ἔστηκας. μέμνησο
3 δὲ, ὅτι ἐὰν μὲν ἐμμείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ πρότερον κατα-

2. ὅτι ἡ σὴ ὑπόληψις. Nude ὅτι ὑπόληψις edd. ὅτι ἡ ὑπόληψις *n. o. p. q.* ὅτι σὴ ὑπόληψις *m.* Equidem & ἡ & σὴ adoptanda putavi, quæ juncta leguntur in Enchiridio.

καὶ πειρῶ μὴ συναρπασθῆναι. Sic, quemadmodum fere legitur in Enchiridio, perspicue dedit codex Med. Corrupte vulgo & sine sensu legebatur καὶ οὐ τὸ συναρπασθῆναι. neque aliter in libris Paris. nisi quod καὶ particulam omittant *n. o.* & *q.*

ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ διατριβῆς τύχῃς. Sic in eodem cod. Med. legi, quemadmodum in Enchiridio, monuit Gronov. Pro illis verbis vulgo hæc legebantur hoc loco, corrupta prorsus: ἂν γὰρ ἅπαξ χρόνου καὶ εἰς τοῦτο ἦν. Vbi χρόνου in χρόνος mutandum censuit Casaubonus. Sed cum a vulgata ista scriptura, tum a vera, quam ex Med. restituimus, plurimum discedunt Parisienses libri, in hæc verba conjurantes, ἂν γὰρ ἅπαξ ἐκ χρόνου καὶ συναγῆς τοῦτο ἦν.

ῥᾷον κρατήσεις σεαυτοῦ. In hæc verba, quæ eodem prorsus modo in Enchiridio leguntur, consentiunt cum editis codices *m.* & *p.* Sed *n.* & *o.* sic habent, ῥᾷον ἂν ἐκράτησας σεαυτοῦ. neque aliter *q.* nisi quod ἑαυτοῦ pro σεαυτοῦ scribit.

CAP. XXVIII. Enchir. cap. XXI.

ἐνθυμήσῃ scripsi, præeuntibus nostris codd. *n. o. p. q.* quamquam rectius usique fuerat ἐνθυμηθήσῃ, quod est in Enchiridio. Prorsus vero mendose vulgo ἐνθυμήσεις h. l. edebatur; quem quidem errorem non notavit Gronovius.

CAP. XXIX.

igitur verbis alicujus irritatus es, noris te ab opinione tua irritatum esse; & operam da, ne tibi unquam contingat occupari. Nam si semel tempus ad hoc quoque tibi suppetat, facilius te continebis: [vel, *ipse tibi imperabis.*]

XXVIII.

Mors & persecutio, & quæcunque acerba & gravia vulgo credita, ob oculos tibi quotidie versentur. Sic, neque te indignum quicquam cogitabis unquam; nec impense cupies quicquam.

XXIX.

Si vitam austeriorem & solitariam amplectaris; sic para te, ut qui mox expectes fore, ut deridearis: ut multi te subsannent: ut dicant te subito *anachoretam* extitisse; ut dicant: *Unde nobis hoc supercilium? Hæc austeritas?* Tu vero austerus ne sis: ea vero quæ optima tibi videntur, [ad veram felicitatem] sic retine, ut qui sis à Deo, in ea statione, quam obtines, collocatus. Cæterum, memento te, si in eodem statu permanseris, iis admirationi fore, qui te prius derisérunt.

CAP. XXIX. Enchirid. cap. XXII.

1. Εἰ τῆς ἐναρέτου πολιτείας ἐπιθυμεῖς, *si vitam desideras virtuti consecratam.* Ἐνάρετον πολιτείαν quam dicat, mox ipse sub finem ejusdem hujus sectionis satis declarat, nempe τὴν ἀναχωρητικὴν vel μοναστικὴν, ubi quis μόνῳ τῷ θεῷ ἀνακείμενος est. Vide cap. 30. & cap. 31, 15 & 17. Et confer Not. ad cap. 26, 4. Pari modo ἐνάρετον βίον dixit scriptor ille, cujus verba Suidas protulit in Θεογνίς.

παρασκεύαζου αὐτόθεν. Aberat vulgo vox αὐτόθεν, quæ non modo in Ench. hoc loco legitur, verum etiam in quinque nostris codicibus Paraphraseos.

ὅτι, Ἄφνω &c. Caret ὅτι cod. *o.*

ἐπανελήλυθε. Sic, prorsus ut in Enchiridio, habent codd. *n.* & *o.* quibus accedunt *p.* & *q.* in quibus ἐπανελήλυθεν scribitur. Vulgo ἐπανελήλυθας.

2. ὀφρῦν gravi accentu notavi cum *n. p. q.* Vulgo ὀφρῦν scribebatur.

3. μέμνησο δὲ. Particulam δὲ ignorant editi, neque mentionem ejus fecit Gronov. in Notis ex cod. Med. excerptis; sed communi consensu dedere eamdem *n. o. p. q.*

καταγελῶντες, ὕστερον θαυμάσονται· ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ τὸν καταγέλωτα.

λ'.

Ἐάν ποτε συγκαταθῇ λογισμῷ πείθοντί σε ἀρέσαι
2 τινὶ, ἴσθι ὅτι ἀπώλεσας τὴν ἐνστασιν. Ἀρκοῦ οὖν τῷ εἶναι ἐν παντὶ τῶν τῷ θεῷ μόνῳ ἀνακειμένων. εἰ δὲ δοκεῖν βούλει, σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανόν ἐστι τοῦτο.

λά.

Οὗτοί σε οἱ λογισμοὶ μὴ θλιβέτωσαν· ἄτιμος ἐγὼ
2 διαβιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ. ἐπίλεγε δὲ μᾶλλον σεαυτῷ· μή τι οὖν ἐμὸν ἔργον ἐστὶ τιμηθῆναι, ἢ πρὸ ἄλλων ἐπὶ χειροτονίαν ἐλθεῖν, ἢ πρῶτον παρα-
3 ληφθῆναι εἰς τὰ συνέδρια; πῶς οὖν ἔτι τοῦτο λογίζο-
4 μαι ἀτιμίαν; πῶς δὲ καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ; ἐν μόνοις δεῖ με εἶναι τοῖς ἐπ' ἐμοὶ, ἐν οἷς ἔξεστί μοι πολλοῦ εἶναι

οἱ πρότερον καταγελῶντες. Vox πρότερον deest in eisdem codd. *n. o. p. q.* & abesse utcumque poterat. Quod si tamen (quemadmodum ex Gronovii silentio colligitur) tenet illam codex Med. cum editis, a manu Paraphrastis esse putem, quum præsertim & in ipso Enchiridio h. l. legatur.

ἐὰν δὲ. Vulgo, præmissa fortiori distinctione, Ἐὰν δὲ majusculâ literâ efferebant: ego punctum minus pro majori posui, & minuscula litera usus sum, quoniam, quæ hic sequuntur, ex communi a superioribus verbis μέμνησο δὲ ὅτι pendere mihi visa erant.

CAP. XXX. Enchirid. cap. XXIII.

1. Ἐάν ποτε συγκαταθῇ. Recte verbum in medio genere efferunt *n. o. p. q.* Nam συγκατατίθεσθαι & συγκαταθέσθαι dicunt Græci, adsentire, consentire, non συγκατατιθέναι. Perperam συγκαταθῇς edd. nescio an & *m.* e quo nihil adnotavit Gronov.

λογισμῷ. Vide Not. ad cap. 3, 1.

2. τῷ εἶναι. τὸ εἶναι scribit *o.* male, nisi paulo ante pro ἀρκοῦ legas ἀρκοῦν, quod ipsum tamen ibi non *o.*, sed *n.* habet, qui hoc loco in τῷ consentit. Nihilo melius est τοῦ εἶναι, quod habet *p.* Conf. infra, cap. 66, 2.

ἱκανόν ἐστι. Sic commode dederunt *n. o. p. q.* Vulgo ἱκανὸν ἔσται. De confusione verborum ἐστὶν & ἔσται jam supra dixi ad cap. 16, 4.

CAP. XXXI. Pertinet ad Enchiridii caput XXIV.

1. οἱ λογισμοὶ. Vide Not. ad cap. 3, 1.

ἄτιμος. ἀτίμως *p.* in quo cod. & aliâs haud raro easdem vocales

runt. Si vero succubueris, illis duplo te magis deridendum propinabis.

XXX.

Si quando acciderit, ut cogitationi quæ studium cuiquam placendi tibi commendabat, assensum præbueris; de statione tua dejectum esse te noris. In omni loco igitur & occasione illud tibi satis sit, te ex eorum numero esse, qui Deo soli addicti & consecrati vivunt. Quod si talis etiam videri cupis, tibi ipsi videaris, & hoc sufficiet.

XXXI.

Istæ cogitationes ne te crucient; fore ut sine honore vivas, & nullo sis loco. Ipse tibi dicito potius: an igitur ad honores provehi [vel, honore affici] meum opus est: [vel, mei res arbitrii:] an ad electiones; vel *consecrationes* sacerdotum in aliena domo celebratas vocari: aut in consessibus & synedriis primum locum habere? Quinam igitur id ignominiam, aut dedecus esse censes? Et quæ ratio, te nullo loco fore; quem in illis solum, quæ tui sunt arbitrii, occupari debere, recta ratio suadet; in quibus etiam [nisi desis

les o. & ω permutatas inter se vidimus.

διαβιώσομαι. Nude βιώσομαι *n.* & *o.*

2. πρὸ ἄλλων. Peropportune hoc dedit Med. cui fere accedunt *n. p.* & *q.* πρὸς ἄλλων scribentes. Perperam vulgo πρὸς ἄλλου, quæ scriptura contortæ illi interpretationi locum dederat, qua Casaubonus usus est. πρὸ ἄλλων εἰς χειροτ. ἐλθεῖν est *ante alios ad ferendum suffraginm vocari.*

εἰς τὰ συνέδρια. Deest articulus in uno *p.*

3. ἔτι τοῦτο. Voculam ἔτι, quam ex Epicteti usu tenuere alii, prætermittunt *n. o. q.*

4. ἐν μόνοις δεῖ με. Vulgo οὐκ ἐν μόνοις δεῖ με. Et est quidem hoc loco οὖν in Enchiridio; sed ibidem non habes με, quod hic recte tuentur libri ad unum omnes, quod nimirum interpretationis loco pro οὖν posuit Paraphrastes. Itaque cum utrumque pronomen simul locum habere vix possit, delevi οὖν, quod ignorant *m. n. o. p. q.*

ἐπ' ἐμοὶ. Perperam ὑπ' ἐμοῦ scribit cod. *o.*

ἀξίω

5 εἶναι ἀξίως; Εἰ δὲ ὑποβάλλει, ὅτι καλὸν τοῖς Φίλοις
βοηθῆσαι, ἐπίπληξον αὐτῷ λέγων· τί λέγεις τὸ βοηθῆ-
6 σαι; ἵνα ἔχωσι παρ' ἐμοῦ χρήματα; ἢ ἵνα λαμ-
7 προύς αὐτοὺς ποιήσω παρὰ τοῖς πολλοῖς; τίς οὖν μοι
εἶπεν, ὅτι ταῦτα τῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, οὐχὶ δὲ ἀλλό-
τρια; τίς δὲ δύναται δοῦναι ἑτέρῳ ἃ μὴ ἔχει αὐτός;
8 Ἀλλ' ἐρεῖ σοι ὁ λογισμός· κτῆσαι, ἵνα αὐτοῖς μετα-
δῷς. λέγε δὲ τοῦτῳ σύ· Εἰ δύναμαι κτήσασθαι,
τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα, καὶ πιστὸν, καὶ ἐλεύθερον·
9 δεῖξον τὴν ὁδόν. εἰ δὲ παραινεῖς μοι τὰ ἐμαυτοῦ
ἀγαθὰ ἀπολέσαι, ἵνα ἄλλοις τὰ μὴ ἀγαθὰ περι-
10 ποιήσω, ὅρα πῶς ἄτακτος εἶ, καὶ ἀσύμφωνος. Τί
δὲ βούλονται οἱ γνήσιοι φίλοι; ἀργύριον, ἢ φίλον
11 πιστὸν καὶ αἰδήμονα; Εἰς τοῦτο οὖν σπούδαζε μᾶλ-
λον, ὅπως αὐτοῖς χρήσιμος ᾖς. τοὺς γὰρ μὴ τού-
τοις χαίροντας, καὶ ταῦτα ἐκείνων προτιμῶντας, οὐδα-
μῶς

ἀξίῳ. Hoc melius quam ἄξιον, quod eſt in *n. o. q.*

5. εἰ δὲ ὑποβάλλει. Sic recte *m. n.* & *o.* Vulgo ὑποβάλλῃ, quod & *p.* & *q.* habent. De ipſo verbo jam dictum eſt in Nota ad cap. 13, 2. Adjiciendum autem nominativum τις vel λογισμὸς cenſuerat Caſaub. Et habes ſane vſ. 8. diferte adjectum nomen ὁ λογισμὸς, quod h. l. ſubintelligendum, niſi temere a librariis omiſſum eſt.

τοῖς φίλοις. τὸ τοῖς φιλ. βοηθ. *n. o.*

ἐπίπληξον αὐτῷ, *ſcil.* τῷ λογισμῷ, (conf. vſ. 8.) vel ἐκείνῳ τῷ ὑποβάλλοντι. Id in σαυτῷ mutarunt *n.* & *q.* in σαυτὸν vero *o.*

7. ὅτι ταῦτα. Caret ὅτι *q.*

τίς δὲ δύναται δοῦναι. δὲ caret *p.* δύναται δοῦναι dedere Pariſienſes omnes. Inverſe vulgo δοῦναι δύναται. Vide Var. Lect. ad Enchir.

ἃ μὴ ἔχει. ἂν μὴ σχῇ ſcribit Med. fere ut codex Dresd. in Enchir. Sed in vulgarum conſentiunt *n. o. p. q.*

8. λέγε δὲ τούτῳ. Sic percommode dedit *p.* (conf. vſ. 5.) Vulgo λέγε δὲ τοῦτο, ad quam quidem ſcripturam nihil ex Med. adnotavit Gronov. Sed dativum caſum tuentur *n. o. q.* λέγε αὐτῷ ſcribentes, ſive λέγε γε αὐτῷ.

Εἰ δύναμαι. Τί δύναμαι *n. o. p. q.* quod ferri utcumque poterat. Sed haud dubie iſtud præſtat, quod erat editum conſentiente Med.

τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα. Caret ἐμαυτὸν cod. Med. male; oportebat ſaltem τηρῶν τὸν αἰδημ. qua dictione ſubinde utitur Epictetus. Sed Paraphraſtæ magis conveniebat ἐμαυτὸν, quod ipſum & in Enchiridio tenent omnes, & in Paraphraſi *n. o. p. q.* cum edd.

9. τὰ μὴ ἀγαθὰ. Caret μὴ cod. *o.* temere. Mox, pro ὅρα πῶς, eſt ὅρα ὅπως in cod. *n.*

καὶ ἀσύμφωνος. Vulgo καὶ ἀσύμφορος legebatur, quod *contra rationes publicæ utilitatis* interpretatus eſt Caſaub. Et tenent qui-

sis ipse tibi:] ad summa tibi patet aditus? Quod si subjiciat aliquis: at pulchrum [potentia præditum, & ad dignitates, quæ vocantur, evectum] amicis opitulari posse: Increpa tu illum, & respondè: Quid tu dicis *opitulari?* Ut per me pecuniam consequantur? ut apud vulgus illustres & honoratos illos faciam? Ista enim, penes me sunt ipsum, an aliena? Quis autem potest alii præstare; quod ipse non habet? Sed subrepet cogitatio fortasse: Acquire igitur, ut & aliis impertiri queas. Oppone tu: Si ista parari possunt, conservato pudore, fide, libertate: viam monstra tu: [per me nulla mora est.] Si vero id suadet, ut ipse, dum aliis falso credita bona quæro, quæ mea propria bona sunt, eorum jacturam faciam; cogita tu, quam præter æquum & bonum, & contra rationes etiam publicæ utilitatis, id à me requiras. Quid enim genuini amici malint; pecuniam; an amicum fidelem & verecundum? Id igitur, da tu operam potius, ut in istis utilis eis sis, illos autem qui non ista cupiunt, sed illa magis præferenda ducunt, noli in amicitiam tuam admittere. Sed iterum

quidem etiam duæ vetustissimæ *m.* & *p.* idem vocabulum, quod tam mire placuit Merico, ut ad illud hanc etiam adnotationem adscriberet: „Vel hæc una vox asserat „hoc scriptum meliori seculo. „Uruntur optimi scriptores; & is „maxime proprius ejus usus, cum „de *utilitate publicâ* quæritur. „Φέρειν, & συμφέρειν, de fato „& Providentiâ divinâ, non unus; „Antoninus autem acutissime & elegantissime, non uno loco." Quæ quidem disputatio quid valeat ad rem de qua hic agitur, aut quo pacto usus vocabuli ἀσύμφορος vetustatem arguere possit hujus Paraphraseos, fateor me neutiquam pervidere. Mihi sane cum per se valde incommode hoc loco positum illud vocabulum semper ipsum erat: tum vero *rem* quidem, quæ *inutilis* aut *damnosa* esset, ἀσύμφορον græce dici pulcre noveram; an & de *homine* pariter usurpetur, ut ἀσύμφορος dicatur *qui nihil ad communem utilitatem confert*, etiam atque etiam dubito. Quo minus dubitandum duxi, quin percommodum vocabulum ἀσύμφωνος, (id est, *incongruens, inconstans; pugnans ipse tecum*) quod opportune codices nostri *n. o. q.* servarunt, adoptarem.

10. Τί δὲ βούλονται. Deest δὲ in cod. *o.* minus commode.

12μῶς εἰς φίλους τακτέον. Ἀλλ' ἐνοχλοῦσί σοι οἱ λογισμοὶ, λέγοντες· ὅτι, Τοῦτον εἰ στέρξομεν τὸν βίον, οὐδεμία ἡμῶν ἐν τῇ πόλει μνήμη, οὐδ' ὄνομα, οὐδὲ τιμή· λέληθε δὲ τοὺς πολλοὺς, ὅτι καὶ πολίτης εἰμί.
13Ποίαν πάλιν ταύτην τιμὴν λέγουσιν; οὐ χειροτο-
14νήσουσι πρεσβύτην, οὐδὲ ἄρχοντα αἱρήσονται. καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ εἰς τοῦτο ἔταξας ἑαυτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἐπαγγέλλῃ· οὐδὲ γὰρ ἄρχων εἶ, οὐδὲ τῶν τὰ
15κοινὰ πρασσόντων. εἰ δέ τινες, μὴ τούτων ὄντες, εἰς αὐτὰ μᾶλλον ὠθοῦσιν ἑαυτοὺς, τί πρὸς σὲ, τὸν
16ἀνακεῖσθαι θεῷ θέλοντα, καὶ εἰς τοῦτο ὄντα; ἱκανὸν γὰρ ἑκάστῳ, εἰ τῆς ἑαυτοῦ τάξεως ἄξιος φα-
17νείη. Εἰ γὰρ τὴν ἐνάρετον πολιτείαν μεταδιώκεις, τούτων οὐδέν σοι προσήκει. ἐπιζητεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον δι'

12. ἐνοχλοῦσί σοι οἱ λογ. Lubens hoc accepi, oblatum a codice Mediceo. Ceteri cum editis nude ἐνοχλοῦσιν οἱ λογ.

ὅτι, Τοῦτον εἰ στέρξομεν τὸν βίον, οὐδεμία &c. Id est: *Hanc si amplectimur vitam, nulla erit nostri in civitate memoria*, &c. Olim sic edebatur: λέγοντες· τί τουτονὶ στέρξομεν τὸν βίον; οὐδεμία ἡμῶν &c. At aliter libri nostri omnes; in diversa tamen & ipsi inter se abeuntes. Ex cod. Med. hujusmodi scripturam protulit Gronovius: λέγοντες, τοῦτον εἰ μὴ στέρξωμεν. Vbi, si recte posita μὴ negandi particula, τοῦτον τὸν βίον intelligere oportebit *vitam civilem, negotiis hujus seculi & parandis opibus occupatam*: at connexioni orationis multo convenientius videtur, omissa negatione, quam alii omnes libri ignorant, intelligere *vitam asceticam, monasticam, uni Deo consecratam*, quam & initio hujus cap. & mox rursus vs. 17. ἐνάρετον πολιτείαν dicit. Omitto subjunctivum στέρξωμεν male pro indicativo positum. Quod vero, pro vulgato τουτονὶ, τοῦτον εἰ scribit, id & per se commodissimum, & cum quatuor Parisiensibus commune habet idem Mediceus liber. Jam, quod post λέγοντες in Casauboni libro τί erat, in id ipsum quidem etiam noster *p.* consentit; eoque pertinet, quod post τὸν βίον interrogandi notam vulgo ponunt: at, corruptam esse istam voculam, & ex ὅτι decurtatam, docent tres reliqui nostri libri *n. o.* & *q.* qui opportunissime id ipsum prorsus, quod edidimus, dederunt.

μνήμη. μνεία habet solus *o.*

λέληθε δὲ τοὺς πολλοὺς. τοῖς πολλοῖς Med.

13. Ποίαν πάλιν ταύτην τιμὴν λέγουσιν; Caret ταύτην *p.* in contextu, sed in ora adnotatum habet. Mutant verborum seriem *n.* & *o.* sic: Ποίαν ταύτην πάλιν λέγουσι τιμήν; haud sane absurde.

πρεσβύτην, *senatorem* intelligebat Casaub. Vide vero, ne πρεσβευτὴν scripserit noster, id est *legatum*: nam πρεσβύτης quidem vix aliud, nisi *senem*, significat.

14.

iterum cogitationes interpellant. Quid vivere juvat, si nulla nostri in civitate memoria; nullum nomen; nulla dignatio? plerique, ne civem quidem esse me, rescituri sunt. Nos iterum: Quem dicunt honorem: quam dignationem? Non cooptabunt in ordinem Senatorium: non *archonta* [vel, prætorem] constituent. Quid autem mirum, cum nec subductæ vitæ tuæ rationes eo collimarint; nec id in votis tibi fuerit; [vel neque id profitearis:] ut archon esses, aut rem publicam administrares? Si enim alii nullo tali vitæ instituto prohibiti, se inferunt & intrudunt in ista munera, quid hoc ad te, qui Deo te vovisti; & id agis scilicet? Sufficit enim unicuique, si statione sua dignum se præbeat. Si igitur sublimius vivendi institutum [vitam scil. ausleriorem, & solitariam:] amplexus es, ista sectari minime te de-

14. οὐδὲ γὰρ εἰς τοῦτο ἔταξας ἑαυτόν. Nil mutant alii, nisi quod σεαυτὸν habet *q*. Sed ex Med. sic adfertur, σύδέ γ' ἀφέταξας σεαυτὸν εἰς τοῦτο, non incommode, dummodo ἀπέταξας legas. Sed in vulgata adquiescendum putavi.

ἐπαγγέλμ. ἐπηγγείλω cod. Med

οὐδὲ γὰρ ἄρχων εἶ. Adnotavit Casaub. legendum forsan esse, ἵνα ἄρχων ᾖς, ad quam conjecturam refertur ejus interpretatio. Recte vero monuit Gronov. nihil hic aut deesse, aut mutari debere. Exponitur his verbis, quid sit quod dixerit οὐδὲ τοῦτο ἐπαγγέλμ.

15. μὴ τούτων ὄντες. Sic recte *m. n.* & *o.* μὴ τούτων ὄντων *p.* & *q.* cum edd.

ἀνακεῖσθαι θεῷ. τῷ θεῷ unus *o.* καὶ εἰς τοῦτο ὄντα. Rectius, puto, erat futurum καὶ πρὸς τοῦτῳ ὄντα. Sed nil mutant libri: & sic loqui potuit Paraphrastes noster.

16. τάξεως ἄξιος φανείη. Sic scripsi cum *n. o. p. q.* Vulgo τάξεος φανείη ἄξιος.

17. Εἰ γὰρ. Εἰ δὲ habet *o.*. οὐδέν σοι προσήκει ἐπιζητεῖν. Vulgo οὐδέν σοι προσήκει ζητεῖν, non male, sed placuit compositum verbum, quod dedit Med. Quod autem οὐδενός σοι habet idem codex, non probandum. Pro προσήκει, imperfectum tempus προσῆκε ponunt *n. o.* & cum *ν* litera in fine προσῆκεν, quæ, ut ferenda, sic non præferenda vulgatæ scripturæ.

ἀλλὰ μᾶλλον δι' ὧν ὃ ἐπηγγείλω πληρώσεις. Sic fere scriptum in cod. *p.* nisi quod pro δι' ὧν est δ.ῶ aut aliquid simile. Eamdem scripturam debuerat codex Med. in quo id unum peccavit librarius, quod ὃ pronomen omisit. Denique ejusdem scripturæ clarissima vestigia in edd superfunt, ubi priora verba ἀλλὰ μᾶλλον δι' ὧν ὃ recte expressa sunt, sed pro ἐπηγγείλω mendose

18δι' ὧν ὁ ἐπηγγείλω πληρώσεις. Ἀλλ' οὐκ ἔχει ἡ πα-
τρίς, φησιν, ἄνδρα ὅστις μετὰ Φρονήσεως αὐτῆς
19ἡγούμενος, λαμπροτέραν ἀποφήνῃ. Τέως μὲν οὖν
οὗτος ὁ λογισμὸς δείκνυσιν, ὡς εἰς ὃ ἐπηγγείλω
ἀνάρμοστος εἶ. εἰ γὰρ εἰς ἄλλο εἶ χρήσιμος, εἰς τὸ
20παρὸν οὐ χρήσιμος. Εἰ δὲ, ὅτι οὐκ ἔχει ἡγούμενον Φρόνι-
μον, χρή σε ἀνάγκη πληρῶσαι τὴν χρείαν· λείψει αὐτῇ
21καὶ χαλκεὺς καὶ τέκτων, καὶ γραμμα τεύς. εἰ δ' ὅτι-
οῦν δύνασαι ποιῆσαι· πῶς οὐ σκοπεῖς, ὅτι καὶ Θυρωρὸς
22δύνασαι εἶναι, καὶ σαρωτής; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ ὑπο-
βάλλουσί σοι οἱ λογισμοί· τὸ δὲ τοῦ ἡγουμένου καὶ
προέχοντος πρόσωπον μόνον ἁρμόττειν σοι λέγοντες,
οὐκ

ὑπηγγείλω legitur, & indicativus πληρώσεις in subjunctivum πληρώσῃς temere mutatus est. Sententia haud obscura, quam Casaubonus etiam recte in versione expressit: intellige ἀλλὰ μᾶλλον ταῦτα ἐπιζητεῖν προσήκει σοι, δι' ὧν πληρώσεις ὁ ἐπηγγείλω. Quum tamen paulo intricatior ista phrasis visa esset nonnullis, in hanc ab his mutata est, ἀλλὰ μᾶλλον δεῖ, ὁ ἐπηγγείλω, πληρῶσαι. Sic quidem nostri codd. *n. o. q.*

19. Τέως μὲν οὖν οὗτος ὁ λογισμὸς. Vulgo Τέως μὲν οὕτως ὁ λογισμ. Vbi primo particulam οὖν inserui, opportune a cod. Med. oblatam: dein οὕτως (quod quidem ex Med. pariter citavit Gronov.) in οὗτος mutavi cum *n. o. p. q.*

εἰ γὰρ εἰς ἄλλο εἶ χρήσιμος. Olim sic edebant, εἰ γὰρ εἰς ἄλλο χρήσιμος ἦς, cum jota sub ῆς subscripto, quasi subjunctivus esset; cui hic non erat locus. Nec vero ex cod. Med. aliud quid adnotavit Gronov. Ferri potuisset χρήσιμος ἦς absque jota, in imperfecto: sed quoniam in εἶ χρήσιμος consentiebant quatuor nostri libri Parisienses, nulla caussa fuit cur id non reciperem.

20. Εἰ δὲ, ὅτι &c. Nil mutant alii, nisi quod per apostrophum Εἰ δ' ὅτι scribunt *o. p. q.* Mendose vero εἰ δ' ὅ *n.*

λείψει αὐτῇ καὶ χαλκεὺς. Olim λείψει δὲ αὐτῇ χαλκεὺς edd. Sed in id, quod dedi, consentiunt libri nostri omnes *m. n. o. p. q.* Quod ipsum si mendo caret, abrupte utique dictum fuerit. Sententia quidem haud obscura; scilicet, *fieri potest, ut ei etiam desit peritus faber sive aerarius sive lignarius, aut solers notarius; te-ne igitur horum etiam munere fungi oportebit?* Sive, quemadmodum breviter Casaubonus supplevit, *quid si desint illi* &c. quasi græce scriptum esset, Τί, εἰ λείψει αὐτῇ &c.

21. εἰ δ' ὁτιοῦν δύνασαι ποιῆσαι, i. e. *sin, quod quidlibet facere possis.* Opportunissime hoc dedit Med. quod mutilatum erat in *n. o. p. q.* ubi εἰ δ' ὅτι δύνασαι ποιῆσαι. Vulgo vero sic ediderant, εἰ δ' ὅτι οὐ δυν. ποι. quod & in versione expressit Casaubonus.

22. ἀλλὰ ταῦτα μὲν. Carent μὲν *n. o. p.*

τοῦ ἡγουμένου καὶ προέχοντος. τοῦ προηγουμένου καὶ προὐχοντος *n. o. p. q.*

μόνον ἁρμόττειν σοι. μόνου carent *n. o. p. q.* sed ἁρμόττειν recte

cet, sed illa potius, per quæ quod profiteris adimpleas. Sed non habet, inquit, Patria virum, qui prudentia pollens, gubernationem ejus suscipiat; ornatiorem reddat. Hactenus ista ratio [vel cogitatio] procedit, ut te vincat ad id, quod professus es, inhabilem & ineptum esse. Si enim aliud est, in quo operam tuam utiliter collocare possis, haud utilis & opportuna fuerat ad id in quo nunc versaris opere. Sin autem, quia prudenti gubernatore patria destituta est, ideo necesse est te istam suscipere provinciam; quid si desint illi faber ferrarius, aut lignarius, aut vero notarius? Quod si ob imperitiam te excusas ab istis: non vides nihil obstare, quin saltem sis janitor, aut ædituus, cui mundandæ ædis munus incumbat? At de istis nullæ tibi subrepunt cogitationes, sed solam gubernatoris & præsidis personam, quasi tibi convenientem commendan-

 tes,

recte dederunt iidem, pro ἁρμόττειν quod habebat Med. cum edd. Pronomen σοι, quod *n. o. p. q.* cum editis ignorabant, recepi ex Med.

καὶ εἴκειν εὐχαριστοῦντά σε ἐν τῇ τάξει εἰς ἣν κληθῆναι ἠξιώθημεν. id est, *& cedere illi, gratias agentem, in conditione in qua is locare nos dignatus est.* In diversa hic discedunt codices. Ego omni ex parte repræsentavi Mediceæ membranæ scripturam. Vulgo (omisso σε pronomine, quod & Parisienses omnes ignorant) sic edebatur: καὶ εἴκειν εὐχαριστοῦντα εἰς τὴν τάξιν, εἰς ἣν κληθῆναι ἠξιώθημεν. At ἠξιώθημεν, in prima persona pluralis, ipse tamen etiam Casaubonus in versione expressit, ut videatur in græco exemplo, quod ob oculos habuerat, eodem modo scriptum reperisse. In εἴκειν cum Med. & edd. consentiunt *n.* & *q.* neque aliud debuerat *p.* qui suo more ἤκειν scripsit, quemadmodum etiam infra, cap. 36, 2. Sed ἥκειν habet codex *e.*, quod aptius videri poterat ad id, quod cum in Parisiensibus omnibus, tum in editis, sequebatur, εἰς τὴν τάξιν, pro ἐν τῇ τάξει. Sed in his ipsis verbis, & in eis quæ sequuntur, rursus inter se nonnihil dissentiunt iidem Parisienses. In *p.* est εἰς τὴν τάξιν εἰς ἣν κληθῆναι ἠξιώθημεν, quemadmodum (ut diximus) in Casauboni etiam libro scriptum fuisse videtur. Brevius *q.* scribit εἰς τὴν τάξιν εἰς ἣν ἐκλήθης. Rursus aliter & paulo etiam magis concise, εἰς ἣν ἐκλήθημεν τάξιν dant *n.* & *o.* At verbum quidem εἴκειν, in quod omnes fere consentiunt, utique verum videri debuit. Eodem modo infra cap. 36, 2. ait πείθεσθαι αὐτῷ (nempe τῷ θεῷ) καὶ εἴκειν, ubi quidem ἥκειν erat editum, sed εἴκειν ibi & libri nostri & ipsum Enchiridion firmant. Quoniam vero cum εἴκειν parum convenit εἰς τὴν τάξιν, præferendum putavi ἐν τῇ τάξει, quod dedit idem vetustissimus codex Med.

οὐκ ἐῶσιν ἔπεσθαι θεῷ καὶ εἶκειν εὐχαριστοῦντά σε
23 ἐν τῇ τάξει, εἰς ἣν κληθῆναι ἠξιώθημεν. Τίνα οὖν,
φασὶ, χώραν ἔχεις ἐν τῇ πόλει; Ἣν ἔχειν δύνῃ
24 φυλάττων τὸ ἀνακεῖσθαι θεῷ. εἰ δὲ ἐν τῇ πόλει
τιμᾶσθαι θέλων, τῶν οὐρανίων ἐκπέσεις, τί τὸ ὄφε-
λος; οὕτω γὰρ καὶ τῇ πόλει κακὸς πολίτης, καὶ
τοῖς ἀδελφοῖς ἐπαχθὴς ἔσῃ.

λϚ'.

Εἰ προετιμήθη σού τις εἰς ἑστίασιν, ἢ ἐν προσ-
αγορεύσει, ἢ ἐν τῷ παραληφθῆναι εἰς συμβούλιον·
εἰ μὲν ἀγαθὰ ταῦτα ἐστὶ, χαίρειν χρὴ, ὅτι ἔτυχεν
2 αὐτῶν ἐκεῖνος. εἰ δὲ κακὰ, γίνωσκε, ὅτι οὐ δύνασαι,
μὴ τὰ αὐτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ'
3 ἡμῖν, τῶν ἴσων τοῖς ποιοῦσιν ἀξιοῦσθαι. πῶς γὰρ
ἴσον δύναται ὁ μὴ φοιτῶν ἐπὶ θύρας τινὸς τῷ φοι-
τῶντι;

Med. quem & in reliqua hac phrasi secutus sum. Quod si quidem post εἶκειν (quemadmodum cap. 36, 2.) sequeretur καὶ ἀκολουθεῖν, percommode dein εἰς τὴν τάξιν teneri potuisset.

23. Φασὶ, nempe οἱ λογισμοί. Sed id non placuit aliis, qui φῄς scripserunt, ut *n. o. q.* iidemque mox χώραν ἔχειν. At φασὶ & ἔχεις cum editis tuentur *m.* & *p.*

ἣν ἔχειν δύνῃ φυλάττων. Sic commode *m.* & *p.* cum editis, quemadmodum fere est in Enchiridio. ἣν ἔχων δύνῃ φυλάττειν *n. o. q.* quod & ipsum speciosum videri poterat.

τὸ ἀνακεῖσθαι. Perperam τῷ ἀνακ. cod. *o.*

24. τῶν οὐρανίων ἐκπέσεις. Inverso ordine ἐκπ. τῶν οὐραν. scripsere *n.* & *o.* ἐκπέσεις recte tenuere *o.* & *q.* quod cæteri cum edd. in ἐκπέσῃς vel ἐκπέσῃς corruperunt. Probum fuisset ἐκπεσῇ, in verbo medio; sed id quidem nullus e nostris codicibus habet: &, ut hoc loco ἐκπέσεις, sic jam supra περιπέσεις scripserat Paraphrastes noster cap. 4, 1. Rursusque in hoc ipsum ἐκπέσεις infra consentiunt omnes cap. 52.

CAP. XXXII. Enchirid. cap. XXV.

Εἰ προετιμήθη. Aberat vulgo Εἰ particula, nec magnopere desiderabatur. Sed quum eam uno consensu darent quinque nostri codices, non debui spernere, cum præsertim in hujusmodi paraphrasi percommode locum suum tueri videretur.

εἰς συμβούλιον. εἰς συνέδριον *p.* ὅτι ἔτυχεν. ὅτι τέτευχεν *m.*

2. εἰ δὲ κακὰ, γίνωσκε &c. Post εἰ δὲ κακὰ Casaubonus, quemadmodum in versione, sic & in græco contextu, *asteriscos* nonnullos, qui defectum significarent, adjecit. At Gronovius, cum in cod. Med. nullum lacunæ indicium reperisset, Casauboni rationem im-

tes, non permittunt te Deo adhærere, & illi cum gratiarum actione adhærentem, servare locum, in quo nos gratiose collocavit. Sed quem tamen locum, inquiunt, habes in civitate? Quem tenens possis Deo jugiter servire, & pietati vacare. Si enim, dum dignitatem in civitate [terrena] consequi satagis, cœlestibus excidas [vel cœlestia curare desinas;] quid admodum lucratus es, cum nec civitati bonus civis apparebis, & fratribus, [quos deseruisti,] odiosus eris?

XXXII.

Est tibi prælatus aliquis, ad convivium [te præterito, vocatus?] aut in salutatione, aut dandi consilii officio? Si quidem ista bona sunt, gaudere debes ejus causa, quod bona consecutus sit. Sin mala **** Cæterum pro certo habe, cum non eadem agas quæ alii ad ea paranda quæ non sunt in nostra potestate; fieri non posse, ut eadem tibi tribuantur. Nam quæ ratio est, ut ille tantum possit qui fores non frequentat, atque ille qui

improbans: „Temere, inquit, hic „interponuntur asterisci, quum „sententia plena sic sit efferen„da: *Si vero mala* (scil. sint illa, „nempe cœnas captare divitum, „salutari, adhiberi, hoc est, si „non nisi per indignas & malas „artes adquiruntur;) *scias fieri non „posse, ut, non eadem facientis ad „acquirendas res quæ sunt extra po„testatem nostram, tamen paria iis, „qui talia faciunt, nanciscí queas.*“ — Et ego quidem, quum nec in Parisiensibus codicibus ullum esset hiatus indicium, delevi asteriscos: sed, ne quid dissimulem, vereor tamen, ne non satis apte sic cohæreat oratio; & haud ægre credo, intercidisse verba nonnulla in eam fere sententiam, quam in Enchiridio expressam hoc loco legimus, μὴ τὰ αὐτὰ ποιῶν πρὸς τὸ τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τῶν ἴσων &c. Pro τυγχάνειν habet τυχεῖν Med. Nil mutant Parisienses *p.* & *q.* Sed in *n.* & *o.* sic scribitur: οὐ δύνασαι, μὴ τὰ αὐτὰ πράσσων, τυγχάνειν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τῶν ἴσων &c.

3. ἐπὶ θύρας. ἐπὶ θύραις *p.*

ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι. Perperam hæc omisit cod. *o.* Gronovius, cum in Med. προπέμπων pro παραπέμπων invenisset, istud haud dubie verum & restituendum auctori judicavit; immemor scilicet, eâdem notione & παραπέμπειν & προπέμπειν de his qui *honoris causa alios prosequuntur vel comitantur* apud optimos, scriptores usurpari. Atqui & in Enchir. in παραπεμπ. consentiunt libri omnes, & in Paraphrasi nil mutant quatuor nostri Parisien-

τῶντι; ὁ μὴ παραπέμπων, τῷ παραπέμποντι, ὁ μὴ
4 ἐπαινῶν, τῷ ἐπαινοῦντι; Ἄδικος οὖν ὁ λογισμὸς, ὁ
μὴ προέμενος μὲν ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα
5 δὲ βουλόμενος αὐτὰ λαβεῖν. Εἴ τις, τυχὸν, ἔχων
ὀβολὸν, καί σου τὸ ἴσον ἔχοντος, πρόοιτο αὐτὸν, καὶ
λάβοι θρίδακας· σὺ δὲ, μὴ προέμενος, μὴ λάβοις· μὴ οἴου
6 ἔλαττον ἔχειν ἐκείνου. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει τὰς θρί-
7 δακας, οὕτω καὶ σὺ τὸν ὀβολὸν, ὃν οὐ δέδωκας. τὸν
αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τούτοις· οὐ παρεκλήθης εἰς ἑστίασίν τινος; οὐ γὰρ ἔδωκας τῷ πωλοῦντι ὅσου πολεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου πωλεῖ αὐτὸ, θεραπείας,
8 κολακείας. Εἰ ἐκείνου ἐπιθυμῶν βούλει ταῦτα προέσθαι, δὸς, καὶ λήψῃ. εἰ δὲ καὶ ταῦτα θέλεις μὴ
9 προέσθαι, καὶ τοῦ δείπνου τυχεῖν, ἄπληστος εἶ. Εἰ δὲ

sienses, & in παραπέμποντι ipse etiam Mediceus codex consensisse cum cæteris videtur.

4. Ἄδικος οὖν. Ἄδικος τοιγαροῦν n. o. q.

Ad vocab. προῖκα refertur in ora cod. p. scholion, δωρεάν.

αὐτὰ λαβεῖν. ταῦτα λαβεῖν cod. o.

5. τὸ ἴσον. τὸν ἴσον n. p. q.

πρόοιτο αὐτόν. Sic recte n. o. p. q. Perperam vulgo πρόοιτο αὐτοῦ.

καὶ λάβοι θρίδακας. Sic correxi, præeunte quidem non nisi uno cod. q. Vulgo καὶ λάβῃ, quæ verbi forma nec cum particula εἰ, quæ præcessit, nec cum proxime præcedente verbo πρόοιτο satis conveniebat.

σὺ δὲ, μὴ προέμενος, μὴ λάβοις. σὺ δὲ οὐ προεμ. q. Et nunc quidem in λάβῃς consentiebant cum editis Msti nostri omnes: sed in ista librariorum nostrorum negligentia, vocales vici soni continuo confundentium, dubitare non debui quin & hoc corrigerem. Quod si quis tamen, quemadmodum & apud Simplicium eamdem particulam εἰ nonnumquam cum subjunctivo constructam consentientibus libris omnibus observavimus, (vide Not. ad Simpl. p. 55. b.) sic & apud Paraphrasten nostrum ferendum fuisse eumdem morem conrendar, nolim equidem pertinacius repugnare. Tota phrasis σὺ δὲ μὴ πρ. mutata est in cod. o. in hunc modum: σὺ δὲ μὴ λάβῃς τὸν ἴδιον (τὸ ἴσον puto debuerat) μὴ δοὺς ὀβολὸν, μὴ οἴου &c.

6. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἔχει τὰς θρίδακας. Sic percommode Parisienses libri omnes cum edd. Sed in Med. desunt duæ voces ἔχει τὰς; quam rationem probans Gronovius, pronomen ἐκεῖνος ad *venditorem* referri ratus, totum locum sic constituendum censuit: ὡς γὰρ ἐκεῖνος θρίδακας, οὕτω καὶ σὺ τὸν ὀβολὸν οὐ δέδωκας, hac sententiâ: *sicut enim ille* (venditor) *lactucas*, *ita tu quoque obolum non dedisti*. Quæ ratio quam a connexione totius argumentationis aliena sit, facile adparet.

οὕτω καὶ σύ. In cod. p. ne ullum deesset confusionis vocalium genus, σοὶ pro σὺ scribitur. Sic vero & in eodem infra cap. 46,

1.

frequentat? qui non affectatur, atque ille qui affectatur? Iniqua igitur est ista cogitatio, si non numerato quo væneunt illa pretio, gratis ea consequi te postules. Si quis, exempli causa, obolum habeat, tu tantundem: ille obolum suum dat; & lactucas aufert: tu nullum das, nec habes lactucas: An minus te consecutum putas eo, qui lactucas accepit? Ut lactucas habet ille, sic tu obolum, quem non dedisti. Ad eundem modum & hic se res habet. Non vocatus es ad convivium alicujus? nec enim venditori dedisti, quanti vænit convivium. Vendit autem convivator laudatione: vendit obsequio: vendit adulatione. Quod si convivii cupidus, nec illa vis præstare, & tamen istius particeps fieri; iniquus, & avarus es. Si porro tecum

1. est φυτᾷν pro φοιτᾷν. Conf. ad c. 58, 3.

ὃν οὐ δέδωκας. Sic codd. *n.* & *q.* quibus in δέδωκας adsentiuntur *m.* & *o.* ὃν οὐκ ἔδωκας habet *p.* cum edd. Negantem particulam perperam omisit cod. *o.* ὃν δέδωκας scribens. Gronovio delendum visum esse pronomen ὃν, paulo ante commemoravi: in quo quidem an consentientem habuerit suum codicem Med. haud satis adparet.

7. In τῷ πωλοῦντι nil mutant libri: & ferri hoc nullo magno incommodo potest, quamquam facile credas ex τῷ καλοῦντι corruptum esse, quod hoc loco legitur in Enchiridio.

ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου πωλεῖ αὐτὸ, &c. Percommode ὅσου πωλεῖ habet Med. sed in ὅσου πωλεῖται cum editis consentiunt *n. o. p. q.* ne sic quidem male. At in eis, quæ sequuntur, in diversa abeunt libri. In edd. sic vulgo legebatur: ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐπαίνου ἐκεῖνος πωλεῖ αὐτὸ, θεραπείας, κολακείας. In *n. o.* & *q.* sic scribitur: ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον ἐκείνου· πωλεῖ γὰρ αὐτὸ θεραπείας καὶ κολακείας. Quæ sunt ex conjectura emendata, cum verisimilior aliquis codex illam dedisset scripturam, leviter corruptam, quæ in nostro cod. *p.* superest: ὅσου πωλεῖται τὸ δεῖπνον. ἐκείνου πωλεῖ αὐτὸ, θεραπίας, κολακίας. Vides, ἐκείνου ex ἐπαίνου fuisse detortum. Veram scripturam (ἐπαίνου πωλεῖ αὐτὸ, θεραπείας, κολακείας.) tenuit codex Med. pariter ἐκείνου & ἐκεῖνος nesciens.

8. δὸς καὶ λήψῃ. εἰ δὲ καὶ ταῦτα θέλεις μὴ προέσθαι. Decem hæc verba aberant in editis. Desunt eadem in cod. *o.* & ibi quidem, quo dissimularetur aliquo modo vulnus, in præcedentibus verbis nonnihil immutatum est, parum quidem feliciter; sic enim habet: Εἰ ἐκείνου ἐπιθυμεῖς οὐ χρὴ ταῦτα προέσθαι, καὶ τοῦ δείπνου τυχεῖν. Casaubonus, superiora verba tenens, Εἰ ἐκείνου ἐπιθυμῶν βούλει ταῦτα προέσθαι, nec lacunam eo ipso loco, ubi aliquid decrat, odoratus, in eisdem illis

δὲ σκοπήσεις, τί ἔξεις ἀντὶ τοῦ δείπνου, πολλὰ εὑρήσεις· τὸ μὴ ἐπαινέσαι, ὃν οὐ θέλεις· τὸ μὴ ἀνασχέ-
10σθαι αὐτοῦ, καὶ ὧν αὐτὸς ἥδεται· τὸ μὴ πάντα τὰ προσόντα αὐτῷ, κἂν κακὰ ὦσι, θαυμάσαι· τὸ μὴ συνθέσθαι ψέγοντι πολλάκις τοὺς αὐτοῦ κρείττονας·
11τὸ ἀπηλλάχθαι τῆς τῶν ὑπηρετούντων περιεργίας,
12καὶ ὧν ἀποσκώπτουσιν εἰς τοὺς κεκλημένους. καὶ γὰρ τὸ ἀνασχέσθαι, δυσκατόρθωτον. καὶ τὸ ἀνθυπακοῦσαι, παραχώδες, καὶ πάντας διεγεῖρον εἰς ἐπίπληξιν κατά σου, ὡς τὴν ἀγάπην παράξαντος, καὶ τὸν κεκληκότα ὑβρίσαντος, καὶ πολλῶν ἐκκόπτοντος τὴν σπουδήν.

λγ'.

Τὸ βούλημα τῆς φύσεως καταμαθεῖν ἐστιν ἐξ ὧν
2 οὐ διαφερόμεθα. οἷον· ἄλλου παιδάριον κατέαξε τὸ ποτήριον· πρόχειρον εὐθύς, ὅτι, τῶν γεγονότων ἐστίν.
3 ἴσθι οὖν, ὅτι, ὅτε καὶ τὸ σὸν κατεάγη, τοιοῦτόν ἐστιν οἷον

superioribus verbis peccatum esse suspicatus erat: itaque post ἐπιθυμῶν asterisco posito, satis esse putavit ad medendum laboranti orationi, si sic legeretur, Εἰ ἐκείνου ἐπιθυμῶν μὴ βούλει ταῦτα προέσθαι &c. quam emendationem & in subjecta nota commendavit, & in latina versione expressit. Peropportune vero decem illa verba, quæ dixi, communi consensu dedere codices *m. n. p. q.* nisi quod in *m.* desit καὶ quod inter εἰ δὲ & ταῦτα insertum habent cæteri.

9. Εἰ δὲ σκοπήσεις. Recte σκοπήσεις *n. o. p. q.* Vulgo σκοπήσῃς edebatur. Mox τί ἔξεις recte habet Med. cum edd. Corrupte τί ἔξειν *p.* quod correcturi alii, τί ἐξὴν ἔξειν scripserunt, ut quidem habent *n. o. q.* Porro in ἀντὶ τοῦ δείπνου recte consentiunt *m. n. p. q.* Mendose ἐπὶ τοῦ δείπνου habet unus cod. *o.* ἀπὸ τοῦ δείπνου edd.

εὑρήσεις. εὕρῃ scribit *q.* suo more. Vide ad cap. 13, 3. Mox recte ἐπαινέσαι dedere libri nostri, pro ἐπαινῆσαι, quod erat editum.

ἀνασχέσθαι. ἀνέχεσθαι *n. o. q.* αὐτοῦ καὶ ὧν αὐτὸς ἥδεται. ἡδῆται edd. perperam, & invitis nostris Msstis. Pro καὶ ὧν scribunt καὶ οἷς *n. o. q.* non ferentes atticismum, in quem consentiunt *m.* & *p.* cum edd.

10. κακὰ. Corrupte καλὰ Med. ψέγοντι. ψέγοντα cod. *o.* αὐτοῦ κρειττ. ἑαυτοῦ κρ. *n.*

11. περιεργίας. περιεργείας *p.*

12. καὶ γὰρ τὸ ἀνασχέσθαι. ἀνέχεσθαι suo more scribunt *n. o. q.*

pendas, quæ consequare loco convivii; multa reperies; non laudare te, quem nolis: mores ipsius & ineptias tolerare non coactum: non omnia ipsius, qualiacunque, etiam mala, admirari: non assentiri denique melioribus sæpius obtrectanti: præterea, vitare te ministrantium molestam curiositatem, & probrosa quibus appetere solent vocatos diæta. Nam & ita tolerare, [ut placeas:] arduum pariter, & illiberale est; & repugnare, rixosum est: omnibus illico in te insurgentibus, & tanquam fraternæ concordiæ turbatorem, & eum qui convivium præbuit, contumelia afficientem; & multorum qui aderant alacritatem obtundentem, increpantibus.

XXXIII.

Naturæ propositum ex iis rebus, quæ ad nos nihil attinent, cognosci potest. Ex. grat. alterius [vicini: vel amici:] servulus poculum fregit: In promptu illud statim est: Ita fieri solere. Memento igitur, si & tuum confractum fuerit, eandem tui quoque poculi naturam esse,

q. Commode vero καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀνεχ. habet *n.*

ἀνθυπακοῦσαι. Prorsus corrupte ἀνθυμακοῦσαι suo ex exemplo ediderat Casaub. pro quo ille ἀντιμαχῆσαι legendum suspicatus est. In ἀνθυπακοῦσαι vero, & ipsum quidem inauditum aliàs verbum, consentiunt quinque nostri Mssri; quod videndum, satis-ne sanum sit, &, si sanum, an *refragari* significet.

διεγείρον. Sic percommode dedit Med. διεγείρει edd. διήγειρεν *n. o. p. q.*

καὶ πολλῶν. Miror, solum cod. *o.* τῶν πολλῶν dare.

ἐκκόπτοντος dedere quinque nostri codices. Vulgo nude κόπτοντος.

CAP. XXXIII. Enchirid. cap. XXVI.

2. ἄλλου παιδάριον κατεάξε τὸ ποτήριον. Sic commode edd. nec aliud adfertur ex Med. At Parisienses omnes κατεᾴξῃ habent: quod quidem statim videtur casu irrepsisse in vetustiorem aliquem; e quo cum accepissent alii, hi deinde ἂν conjunctionem præmiserunt, ut esset ἄλλου παιδ. ἂν κατεάξῃ. Sic quidem *n. o. q.* sed *p.* solum κατεάξῃ habet absque ἄν. Præterea τὸ articulum ante ποτήριον omittunt iidem pariter omnes.

Post πρόχειρον εὐθὺς adjiciunt λέγειν codd. *n. o. q.* Post γεγονότων vero verbum ἐστὶν percommode *omittit* Med.

3. ὅτι ὅτε. ὅτι caret *q.* Mox κατεάγῃ rectius Schroederus edidit, quam, quod erat in duabus Berkelianis editionibus & in Blancar-

4 οἷον καὶ τὸ τοῦ ἄλλου. Ταῦτα μετατίθει καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα. ἐὰν παιδίον ἄλλου, ἢ ἀδελφὸς, ἢ φίλος τελευτήσῃ, οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐκ ἐρεῖ, ὅτι ἀν-
5 θρώπινον. μέμνησο οὖν, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀνθρώπινον συνέβη. καὶ ὃ πάντως καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ποιήσει ὁ χρόνος, προσεχέτω ἡ σύνεσις.

6 Ὥσπερ ὁ σκοπὸς πρὸς τὸ ἀποτυγχάνειν οὐ τίθεται, οὕτως οὐδὲ κακοῦ φύσις ἐν τῷ κόσμῳ γέγονε.

7 Μή σε ταράξῃ λοιδορῶν τις, ἢ κακηγορῶν. ἄτοπον γὰρ οὕτως σε εὐχερῆ εἶναι, ἵνα, ὅταν θέλῃ τις ψεύδεσθαι, σὺ ταράττῃ.

λδ'.

2 Τὰ καθήκοντα, ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται. Πατήρ ἐστι; δέον ἐπιμελεῖσθαι· παραχωρεῖν ἁπάντων, ἀνέ-
3 χεσθαι λοιδορουῦντος, πείοντος. Ἀλλὰ κακὸς πατήρ ἐστι.

cardiana, κατεάγῃ cum subscripto iota.

4. τὰ μείζονα. τὰ μείζω *n.*

ἢ ἀδελφὸς, ἢ φίλος. Sic quatuor Parisienses. ἢ ἀδελφὸς ἢ ἄλλος edd. ἢ ἀδελφοῦ, ἢ φίλου Med. quod placuerat Gronovio.

ὅστις οὐκ. ὃς οὐκ *n.* & *o.*

5. τοῖς ἀπαιδεύτοις ποιήσει. Sic cod. *p.* cum edd, ἐπὶ τοῖς ἀπαιδ. ποιήσει Med. quod unice verum censuit Gronovius, istud ne Græcum quidem esse contendens. τοὺς ἀπαιδεύτους πείσει *n. o. q.*

In προσεχέτω ἡ σύνεσις nil variant libri. Ego vero, quænam vis hoc loco insit verbo προσεχέτω, fateor mihi non satis liquere. Suspicabar παρεχέτω vel παρεχέσθω, scil. σοὶ, *præstet tibi.*

6. Ὥσπερ ὁ σκοπὸς &c. Ab his verbis initium Capitis λδ'. numeratur in codd. *n.* & *o.* (Apud nos in Enchiridio est cap. XXVII.) In codd. *p.* & *q.* capita distinguuntur sicut in editis, usque ad cap. 59. Articulum ὁ ante σκοπὸς omittunt *n. o. q.*

ἐν τῷ κόσμῳ. ἐν κόσμῳ *n. o. q.* γέγονε. γέγονεν *n. p.*

7. Μή σε ταράξῃ. Ab his verbis fit initium Cap. λέ. in codd. *n.* & *o.* Respondet autem hæc sectio nostro capiti XXVIII Enchiridii. Μήτε ταράξῃ habet Med.

λοιδορῶν τις. Mutato ordine ταράξῃ τις λοιδορῶν *n. o. q.*

ἢ κακηγορῶν. Placuit hoc, quod dedit Med. Vulgo ἢ κατηγορῶν, nec e Parisinis aliud quid est enotatum.

ἄτοπον γὰρ οὕτως σε εὐχερῆ εἶναι. Sic idem Med. οὕτως εὐχερῆ absque σε cod. *p.* cum edd.

ἄτοπον

esse, qualis alterius. Jam transfer hæc ad majora. Si vicini filius, aut frater, aut de propinquis alius obierit, nemo est cui non statim succurrat, ita natos esse homines. Memento igitur, si & tuorum aliquis obierit, humanum id quoque. Et quod tempus ipsis vel imperitissimis adfert, fac ut prudentia tibi repræsentet remedium.

Quemadmodum aberrandi causa meta non ponitur: sic nec mali natura in mundo existit.

Si quis tibi convitietur, aut te criminetur: nolito commoveri animo. Indignum fuerit, usque adeo in alterius esse te potestate, ut quoties visum fuerit illi mentiri, tu doleas.

XXXIV.

Officia [ut plurimum:] pro *relationibus* & qualitatibus personarum definiuntur. Pater est? officii admonetur filius, ut curam ejus habeat; cedas ei in omnibus; toleret convitiantem, ferientem. Sed pater malus est. Num

ἄτοπον γάρ σε εὐχερῆ οὕτως εἶναι π. ὁ. ἡ.

ὅταν θέλῃ τις ψευδ. Caret τις solus Med. Recte vero θέλῃ dant quinque Mssti. Mendose vulgo θέλει.

CAP. XXXIV. Nobis in Enchir. Cap. XXX.

2. παίοντος. Perperam πταίοντος π.

3. πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει οἰκειωθῇς, ἀλλὰ πρὸς πατέρα. Vocabulum πατέρα post ἀγαθὸν, cum abesset editis, adjeci consentientibus quinque Mssts. In his vero, quæ sequuntur, nihil ab editis, quod quidem enotatum repererim, discedunt Mssti. Vbi si recte scriptum est οἰκειωθῇς in subjunctivo, sic accipies: *An igitur —— conciliatus esses?* Sed malim utique ᾠκειώθης in indicativo, quod est in Enchiridio. Vtrumvis vero teneas, fuerit vel post ipsum hoc verbum, vel deinde post πρὸς πατέρα *interrogandi signum* ponendum, quod neutro loco vulgo ponunt. Poterat quidem etiam οἰκειωθῇς absque interrogatione teneri, si initio sic dixisset, μὴ οὖν οὐ πρὸς ἀγ. παρ. intelligendo scilicet, ὅρα οὖν, μὴ οὐ πρὸς ἀγ. παρ. *vide ne non sis bono patri a naturâ conciliatus, sed patri.* Ut nunc leguntur verba, monuit Casaubonus, ante ἀλλὰ πρὸς πατέρα ex Enchiridii scriptura olim vulgata intelligendam vel

ἐστι. Μή τι οὖν πρὸς ἀγαθὸν πατέρα φύσει οἰκειω-
4 θῆς, ἀλλὰ πρὸς πατέρα; οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς, θεσπίσας
5 τιμᾷν σε τὸν πατέρα, προσέπεν, ἀγαθόν. αὐτὸ
δὲ τοῦτο χρεωστεῖς, τὸν πατέρα τιμῆσαι, διακρῖναι
δ' οὐ, ἀλλ' ἐν πᾶσιν εἰκεῖν, πλὴν τοῦ θεῷ ἐναντιοῦ-
6 σθαι. θεὸς γὰρ πρὸς πατέρα πολλῷ καὶ ἀσυγκρίτῳ
7 τῇ διαφορᾷ σεβαστέος. ὁ μὲν γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων δὲ
ἀγαθότητα παρήγαγεν, ὁ δὲ ὄργανον γέγονε τῆς
θείας προστάξεως.

λέ.

Ὁ ἀδελφὸς ἀδικεῖ; τήρει τοιγαροῦν τὴν τάξιν τὴν
σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν, μηδὲ σκόπει τὶ ἐκεῖνος ποιήσει,
ἀλλὰ τί σοὶ ποιήσαντι κατὰ φύσιν ἔξει ἡ προαίρεσις.
2 σὲ γὰρ ἄλλος οὐ βλάψει, ἐὰν μὴ σὺ θέλῃς. τότε
δ' ἔσῃ βεβλαμμένος, ὅταν ὑπολάβῃς βλάπτεσθαι.
3 οὕτω πρὸς φίλον, οὕτω πρὸς γείτονα, τὴν ἐπιβάλ-
λουσαν σχέσιν τήρει.

λϛ.

Τῆς πρὸς θεὸν εὐσεβείας ἴσθι, ὅτι τὸ κυριώτατον
ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτοῦ ἔχειν, ὡς
ὄντος, καὶ διοικοῦντος τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως·
καὶ

vel adjiciendam οὐκ, negativam particulam.

4. προσέπεν, ἀγαθόν. προσεῖπε τὸν ἀγαθόν n. & o.

5. αὐτὸ δὲ τοῦτο χρεωστεῖς. Nil mutant Parisienses, nisi quod χρεωστῆς scripsit p. Sed in cod. Med. referente Gronovio fuit αὐτὸ δὲ το .. ἐχρεωστεῖς. Et „Videtur fuisse, ait, αὐτὸ δὲ τόδε „χρεωστεῖς."

τὸν πατέρα τιμῆσαι. τὸ τὸν πατ. τιμ. scribunt n. & o. ubique paulo verbosiores, ut jam sæpe vidimus.

εἰκεῖν. ἥκειν p. suo more.

5. πρὸς πατέρα. πρὸς πατέρας dant n. o. p. q. Suspicatus eram πρὸ πατέρος, sed percommode habet πρὸς istâ notione, quam in versione recte expressit Casaubonus.

CAP. XXXV. Pertinet ad posteriorem partem capitis XXX Enchiridii ex nostra editione.

1. ἀδικεῖ. ἀδικεῖ σε scribit q.

τήρει τοιγαροῦν. Posteriorem vocem, cum deesset editis, adjeci præeuntibus Msstis m. n. o. p. nescio an & q.

μηδὲ

Num igitur natura cum patre bono conjunctus es? Minime, sed cum patre. Neque enim Deus, cum in lege sua *Patrem tuum honorare te* præcepit, addidit *bonum*. Hoc igitur muneris tui est, patrem ut honores, non ut dijudices; sed in omnibus illi morem geras, quæ divinæ legi non sunt contraria. Deus enim si cum patre componatur, longe majore, & quæ comparationem non admittit, mensura venerandus. Ille enim ex nihilo, sola bonitate motus, nos creavit. Hic autem instituti à Deo ordinis [ad hominum procreationem:] fuit instrumentum.

XXXV.

Frater injurius est? Tu igitur *relationis* ordinem, quo illi conjunctus es, tuere: nec quid ille agat, considera; sed quibus agendis, tuum institutum naturæ futurum sit consentaneum. Te enim alius non lædet, nisi ipse velis. Tum autem læsus eris, cum te lædi existimaris. Sic igitur erga amicum, *relationem* quam tibi natura commendat, serva.

XXXVI.

Religionis erga Deum, præcipuum illud esse scito, rectas de eo opiniones habere; ut esse eum, & mundum bene & juste gubernare, persuasum habeas: tum vero

μηδὲ σκόπει. καὶ μὴ σκόπει *n. o. q.*

τί ἐκεῖνος ποιήσει. ποιήσει dedere omnes *m. n. o. p. q.* Mendose vulgo ποιῆσαι. Vbi Casaubonus in Nota ποιεῖ σοι scribere jussit, vel ἐποίησε. Ego ποιήσει ex ποιεῖ σε detortum suspicor.

2. θέλῃς recte dedere *n. o. q.* Perperam θέλεις *p.* (nescio an & Med.) cum edd. Idem vero *p.* mox etiam ὑπολάβεις scribit pro ὑπολάβῃς.

δ' ἔσῃ. δὲ ἔσῃ *n. o.*

3. ἐπιβάλλουσαν recte quinque nostri Mssti. Perperam vulgo ὑποβάλλουσαν.

CAP. XXXVI. Nobis in Enchirid. cap. XXXI.

1. περὶ αὐτοῦ ἔχειν. ἔχειν περὶ αὐτοῦ *n. &c o.*

2 καὶ πείθεσθαι αὐτῷ, καὶ ἥκειν, καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόν-
3 τα εἰς οἵαν σε βούλεται τάξιν εἶναι. οὕτω γὰρ
οὔτε μέμψῃ ποτὲ τὸν θεὸν, οὔτ' ἐγκαλέσεις, ὡς
4 ἀμελούμενος. Ἄλλως δὲ τοῦτο οὐχ οἷόν τε κατορθοῦν,
ἐὰν μὴ ἄρῃς ἀπὸ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τοῖς
ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ εἶναί τι ἀγαθὸν ἢ κακόν.
5 Ἐὰν γὰρ ὑπολάβῃς τι τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὸν, ἢ
κακὸν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν ὀρέγῃ,
καὶ περιπίπτῃς οἷς ἐκκλίνεις, μέμφεσθαί σε καὶ
6 δυσφημεῖν τὴν διοίκησιν. ἀμήχανον δὲ βλάπτεσθαι,
εἰ μὴ τὸν τὸ βλάπτον ἀγαθὸν ὁριζόμενον, φεύγοντά
τε τὸ ὠφελοῦν, ὡς ἐπίπονον, καὶ προστρέχοντα τῷ
7 προσαυτίκα, ὡς ἡδεῖ. ἔνθεν πατὴρ ὑπὸ υἱοῦ λοιδορεῖται,
ὅταν τῶν δοκούντων ἀγαθῶν τῷ παιδὶ μὴ μεταδῷ. ἔν-
8 θεν ὁ γεωργὸς αἰτιᾶται τὸν θεὸν, ἔνθεν ὁ ναύτης ἔνθεν
οἱ τοὺς ἀδελφοὺς ἢ τέκνα ἀπολλύντες οἴονται ἀδικεῖ-
σθαι.

λζ'.

2. ἅκειν recte *n. o. q.* ἧκειν *p.* ἥκειν edd. consentiente Med.

ἑκόντα εἰς οἵαν σε βούλεται τάξιν εἶναι. Abest σε in Med. quod pronomen imperite intrusum Gronbvius censuit ab aliis, non videntibus, verbum εἶναι non per se stare, sed ad ἑκόντα esse referendum. Ego vero Atticorum illam pleonasmum (ἑκόντα εἶναι) pulcre novi: ad de eo hic quidem non erat cogitandum, ubi ab ἑκόντα longe remotum stat verbum εἶναι.

3. οὔτ' ἐγκαλ. Exserte οὔτε ἐγκαλ. scribunt *n. o. q.* lidem vero mox ὡς ante ἀμελούμενος omiserunt.

4. ἄρῃς ἀπὸ τῶν ἐφ' ἡμῖν. Praepositionem ἀπὸ, quæ aberat vulgo, opportune dedere *m. n. o. p. q.* Mox vero in ἐπὶ τοῖς consentiunt Mssti cum editis, ubi equidem ἐν|τοῖς| exspectaveram.

5. Ἐὰν γὰρ — ἢ κακὸν. Praetermissa hæc sunt in *o.* solitâ librarii illius negligentiâ.

περιπίπτῃς οἷς ἐκκλίνεις. Sic recte codd. *m.* & *p.* cum edd. Temere ὧν ἐκκλ. *n. o. q.* Conf. ad cap. 3. sect. 4.

6. τὸν τὸ βλάπτον ἀγαθὸν ὁριζόμενον. *qui, quod nocet, id bonum esse statuit.* Vertit Casaubonus, quasi esset τοῦ βλάπτοντος ὡς ἀγαθοῦ ὀρεγόμενον. Sed minime solicitandum verbum ὁριζόμενον. Perperam vero τὸ βλαπτὸν acute scribebatur in edd. nescio an consentientibus Msstis. Ego quidem haud cunctanter τὸ βλάπτον correxi, quemadmodum mox sequitur τὸ ὠφελοῦν. Ferri potuisset βλαπτικὸν, si dedissent libri.

προστρέχοντα τῷ προσαυτίκα, ὡς ἡδεῖ. Vulgo προσέχοντα, sed percommode πρόστρεχοντα, (i. e. *adcurrentem, præcipitantem sese*) dedere

vero ut pareas illi, cedas illi, & cuicunque te muneri destinarit, libenter amplectaris. Sic enim fiet, ut nec incuses unquam, vel tanquam neglectus, de eo conqueraris. Hoc autem præstare non aliter potes, quam si iis quæ in potestate nostra non sunt abjudicatis, in iis tantum quæ penes nos sunt, boni & mali naturam collocaris. Nam si quid illorum, quæ penes nos non sunt, bonum aut malum credideris, aliter non poterit, quin cum iis frustratus fueris quæ cupiebas, & in ea quæ nolles incideris, providentiam Dei culpes, & ei maledicas. Sed nec illud potest, ut unquam ille lædatur, nisi qui quod vere nocet [vel, vere nullum est:] ut bonum appetit, quod autem vere utile est, (vel bonum:) quasi damnosum & ærumnosum fugit, & quæ præsentia sunt & momentanea, eis, ut maxime iucundis adhæret. Hinc fit ut & patri filius convitietur, cum quæ in bonis habentur, filio non impertierit: quod agricola & nauta Deum accusent: quod denique qui fratres aut natos amittunt, injuria se affici existimant.

XXXVII.

dere quinque nostri Mssti. In eis, quæ sequuntur, nil mutant Parisienses. Vbi utrum insolitum illud προσαυτίκα ex usu Paraphrastæ nostri pro παραυτίκα positum sit, an ex hoc a librariis detortum, non equidem definiam. Commodum etiam videri poterat, si abesset ὡς particula; ut hoc diceret, προστρέχοντα τῷ παραυτίκα ἡδεῖ. Sed pro προσαυτίκα aliud habent vetustæ membranæ Med. nempe προσαύνει, unde τῷ προσαυγεῖ scribendum Gronovius statuit, hac sententiâ: *falli eum, qui res splendidas & fulgentes & nitore suo adblandientes (ut sunt magistratus & προεδρίαι) ambiat, easque captet, ut in quibus dulcedo vitæ resideat.* Possis vero etiam suspicari, sic olim scriptum fuisse, τῷ προσηνεῖ καὶ ἡδεῖ. conf. infra cap. 49, 3. & Enchir. cap. 34.

7. μὴ μεταδῷ. Perperam abest μὴ in cod. *p.*

8. ἢ τέκνα. ἢ τὰ τέκνα *n.* ἀπολλύντες. ἀπολοῦντες *o.* ἀδικεῖσθαι. ἠδικῆσθαι *n. o. q.*

λζ'.

Προσφορὰς προσφέρειν, καὶ δεομένοις ἐπαρκεῖν, ἑκάστῳ προσήκει καθαρῶς, καὶ μὴ ἐπισεσυρμένως, ἢ ἀμελῶς, μηδὲ γλισχρῶς, μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν.

λή.

Προσευχόμενοι, μὴ περὶ χρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων
2 τῶν ἐκτὸς αἰτώμεθα· μᾶλλον δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ αἰτώμεθα πάντοτε, ὅτι καὶ προγινώσκει ὧν χρῄζομεν, καὶ κήδεται πάντων.

λθ'.

Σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω σοι. δι' ὀλίγων δὲ λαλείσθω
2 τὰ ἀναγκαῖα. Εἰ δὲ καὶ τοσαύτη χρεία γένοιτο ὥστε λαλεῖν, ὅρα μὴ περί τινος κοσμικοῦ, ἢ βρωμάτων, ἢ δόξης. μάλιστα δὲ πάντων οὐ λαλήσεις πε-
4 ρὶ ἀνθρώπων, ψέγων, ἢ συγκρίνων τινας. Εἰ δὲ ἄλλοι τῶν τοιούτων λόγων ἄρξονται, καὶ οἷος ἦ, μετά-
5 γαγε τὸν λόγον ἐπὶ τὸ προσῆκον. εἰ δὲ ἀδυνατεῖς τοῦτο ποιεῖν, σιώπα.

μ'.

Γέλως μή σοι πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος.

μά.

CAP. XXXVII. Pertinet ad extremam partem capitis XXXI. Enchiridii.

ἑκάστῳ προσήκει. Deest ἑκάστῳ in Med.

ἢ ἀμελῶς. μήτε ἀμελῶς *n.* & *o.* μηδὲ γλίσχρως. μήτε γλ. *n. o.* μηδὲ ὑπὲρ δύν. καὶ ὑπ. δυν. *n. o. q.*

CAP. XXXVIII. Spectat ad Enchiridii caput XXXII.

2. μᾶλλον δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ αἰτώμεθα πάντοτε, ὅτι καὶ &c. Omissis prioribus omnibus, loco istorum nil aliud habet Med. nisi hæc verba, εἰδότες ὅτι καὶ &c. Quod sicut mihi non displicet, sic non ausim cum Gronovio confirmare, esse illam unice veram Paraphrastæ nostri scripturam. Priora ista si teneas, pro ὅτι deinde equidem ὅστις malebam, ad αὐτοῦ referendum. Pro eodem αὐτοῦ unus cod. *q.* τοῦ Θεοῦ habet: pro αἰτώμεθα vero (quod cum editis tenent *p.* & *o.*) εὐχώμεθα est in *n.* & *q.* Tum καὶ post ὅτι ignorant *n. o. q.*

κήδε-

XXXVII.

Præterea, ad Dei cultum pertinet, ut oblationes offeramus, & egenorum neceſſitatibus ſubveniamus, pure & nitide: non negligenter, non ſordide, ſed neque ſupra facultates.

XXXVIII.

Cum Deum precamur, ne de re, pecuniis, aut omnino rebus ad externa quælibet pertinentibus precemur: ſed id potius, & continuo, ut *fiat ejus voluntas:* qui quibus indigeamus jam rebus multo ante novit, & nos ſemper curat.

XXXIX.

Ut plurimum, ſilentium præſta: quæ autem neceſſaria, paucis dicantur. Quod ſi ita res poſtulet, ut loquendum tibi ſit, vide ne de rebus mundanis, de cibis, aut dignitate, tua ſit oratio. Sed ante omnia id cave, ne de aliis, aut vituperans, aut alium alii præferens. Alii autem ſi tales ſermones aggrediuntur, quantum in te eſt; traduc eorum ſermonem ad alia quæ magis eos deceant. Sin id ſupra tuas vires eſt, tu ſaltem fac ſileas.

XL.

Riſus ne ſit multus, nec ob multa, nec effuſus.

κήδεται πάντων. Sic recte quinque noſtri Mssti. κήδεταί πάντοτε edd.

CAP. XXXIX. Pertinet ad Enchirid. cap. XXXIII. 2. 3.

2. χρεία γένοιτο. χρεία γένηται *n. o. q.*

4. τῶν τοιούτων λόγων. Ignorant vocem λόγων edd. Et potuerat illa nullo incommodo abeſſe: ſed cum ſtdarent eamdem Mssti noſtri omnes, repudiari non debuit.

ἄρξωνται. Perperam ἄρξωνται Med.

καὶ οἷος εἶ. Sic recte *m. n.* & *o.* καὶ οἷος ἦς edd. cum *p.* & *q.*

5. τοῦτο ποιεῖν. τοῦτο ποιῆσαι *p.* non male.

CAP. XL. Enchirid XXXIII. 4.

πυλυς εστω. πολὺ εστω *p.*

μηδὲ ἀνειμ. μὴ καὶ ἀνειμ. *n.*

μά.

2 Ἐστιάσεις τὰς ἐν οἰκίαις κοσμικῶν ἀποκρούου. εἰ δέ ποτε γένηται καιρὸς, ἐντετάσθω σοι ἡ προσοχὴ, μή 3 ποτε ὑποσυρῇς εἰς ἰδιωτισμόν. ἴσθι γὰρ ὅτι ἐὰν ὁ ἑταῖρος μεμολυσμένος ᾖ, καὶ τὸν συναναστρεφόμενον αὐτῷ συμμολύνεσθαι ἀνάγκη.

μβ'.

Τὰ περὶ τὸ σῶμα μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς παρα- 2 λάμβανε. Τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ὅλως περίγραφε.

μγ'.

Ἐγκράτειαν τῶν σωματικῶν εἰς δύναμιν ἀσκητέον· καὶ παντὶ σθένει τὰ εἰς αὐτὴν συντελοῦντα μετα- 2 διώκειν ὀφείλεις. μὴ μέντοι ἐπαχθὴς γίνου τοῖς ἄλλοις, μηδὲ ἐλεγκτικός· μηδὲ πολλαχοῦ, ὅτι αὐτὸς ἄκρως σωφρονεῖς, παράφερε.

μδ'.

CAP. XLI. Enchir. XXXIII. 6.

1. ἀποκρούου recte *m. n. o. p. q.* ἀπόκρουε edd.

2. ἐντετάσθω σοι ἡ προσοχὴ. ἐντετάσθω σοι (σοῦ cod. *o.*) ὁ νοῦς εἰς προσοχὴν καὶ εἰς προσευχὴν, *n.* & *o.*

3. ἐὰν ὁ ἑταῖρος. recte sic *p.* ut est in Enchiridio. Vulgo ἐὰν ἑταῖρος edebatur absque artic. ἐὰν ὁ ἕτερος *n. o.* ἐὰν ἕτερος *q.*

συμμολύνεσθαι dedere *n.* & *o.* Vulgo nude μολύνεσθαι, nec id male. Vide Var. Lect. in Enchirid.

CAP. XLII. Enchir. XXXIII. 7.

μέχρι τῆς χρείας ψιλῆς παραλάμβανε. τῆς caret *q.* Verborum ordinem commode sic mutant *n.* & *o.* μέχρι τῆς ψιλῆς παραλάμβανε χρείας.

Τὸ δὲ πρὸς δόξαν, ἢ τρυφὴν, ὅλως περίγραφε. Si e vetere libro ductum est ὅλως, non recentioris alicujus docti viri inventum; nihil impedit quo minus credamus, consulto hoc a Paraphraste positum esse pro ἅπαν, quod eodem loco legitur in Enchiridio. At vocem istam, quam Casaubonus quidem nullâ adjectâ notâ edidit, libri nostri ad unum omnes ignorant: sed hi rursus in duas abeunt partes, quarum neutra specie caret. ὅρῳ περίγραφε habet Med. id est, *justo modo atque termino circumscribe.* Parisienses vero sic scribunt: τὸ δὲ πρὸς δόξαν ἢ

XLI.

Convivia in sæcularium domibus devita. Sed si quando tulerit occasio, animadversio intendatur, ne forte in vulgares mores prolabaris. Scito enim si alius pollutus fuerit, eum etiam qui familiariter cum ipso versatur, effugere non posse, quin & ipse polluatur.

XLII.

Quæ ad corpus pertinent, ad usus necessarios adhibe. Quicquid autem ad ostentationem aut delicias, repudiato.

XLIII.

Quæ ad voluptates corporeas attinent, in iis continentiam, quantum potes, exerce, & quæ ad eam tuendam conducunt, totis viribus persequere. Ne tamen aliis ideo molestus sis, vel vitio verte; vel quod ipse perfecte contineas, identidem subinfer.

ἢ τρυφὴν ὁρῶν, περίγραφε, i. e. *quidquid autem ad ostentationem aut ad delicias spectat, circumscribe.* At hi iidem (Parisienses nostros dico) pariter omnes manifeste in eo peccarunt, quod primum vocabulum capitis sequentis, a sequenti oratione abruptum, cum ipso verbo περίγραφε copulaverint. Atque id quidem primum per meram librarii hallucinationem ita crude factum, quemadmodum etiamnunc in cod. *p.* videre licet; ubi sic scribitur, περίγραφε ἐγκράτειαν. Deinde ab aliis incrustatus error, ἐγκράτειαν in ἐγκρατείᾳ mutantibus. Itaque περίγραφε ἐγκρατείᾳ scriptum in *n.* & *o.* ἐγκρατείᾳ περίγραφε in *q.* Omnes vero deinde a verbis Τῶν σωματικῶν novi capitis initium faciunt.

CAP. XLIII. Respondet sectioni 8. capitis XXXIII Enchiridii.

1. De prima voce hujus capitis vide quæ proxime ante dicta sunt.

In ἀσκητέον recte consentiunt codices Paris. Mendose ἀσκουτέον editum erat a Casaub. & repetitum a Berkelio. Errorem correxit Blancardus. In cod. Med. vitiose pariter ἀσκλητέαν scriptum.

ἄκρως σωφρονεῖς. Caret ἄκρως *q.* Mox pro παράφερε, παράφαινε scribit unus cod. *o.*

μδ'.

Ἐάν τις σε λοιδορῶν κακῶς λέγῃ, μὴ πειρῶ τοῖς
ἀπαγγέλλουσί σοι ἀπολογεῖσθαι, ἢ μόνον, ὅτι, Οἰό-
2 μενος ἐκεῖνος ἔργον ποιεῖν κακῶς με λέγει· καὶ οὐκ
ἔχω ἐξουσίαν ἄλλον κωλύειν οὐ προέθετο ποιεῖν ἔργου,
3 οὕπω ἐμαυτὸν δυνηθεὶς κωλύσαι παθῶν. καὶ ὅτι, Εἰ
μὴ ἤμην ἄξιος τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀκοῦσαι, οὐκ ἂν
ἤκουον. μάλιστα ἐὰν αἰσθηθῇς ὅτι τῶν λεχθέντων
περί σου ἔπραξάς τι.

με'.

Ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ἢ ἐν τοῖς δημοσίοις τόποις ἐπιπολὺ
2 παριέναι, οὐκ ἀναγκαῖον. Εἰ δέ ποτε καιρὸς καλέσοι,
μηδενὶ ἄλλῳ φαίνου σπουδάζων, εἰ μὴ σεαυτῷ· τουτ-
έστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, οἷα ἂν ὦσι.
3 βοῆς δὲ, καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ πολὺ συγκινεῖ-
σθαι, ἢ ἀγανακτεῖν περὶ τῶν γινομένων, παντελῶς
4 ἀπέχου. καὶ μετὰ ἀπαλλαγὴν, μὴ πολλὰ περὶ τῶν
γεγενημένων διαλέγου, μηδὲ ἃ εἶδες Φιλονείκει ἐξηγεῖ-
σθαι· μάλιστα δὲ, ὅσα μὴ λυσιτελεῖ, πρὸς τὴν
σὴν

CAP. XLIV. Enchir. XXXIII. 9.

1. οἰόμενος ἐκεῖνος ἔργον ποιεῖν. An idem dicit, quod in Enchir. c. 42. dicitur καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος? Sic accepisse Casaubonus videtur. An ἔργον ποιᾶν est *operæ pretium facere*, *magnum aliquid facere?*

κακῶς με λέγει. Deest *με* in Med quod adnotavit Gronov. ad cap 33. cui id consulto & recte factum visum erat, non satis video quâ caussâ.

2. οὔπω ἐμαυτὸν δυνηθεὶς κωλύσαι παθῶν. Perperam *δυναθεὶς* scriptum erat in ed. Berk. prima & in Blanc. (Nempe sic & in ed. Casauboni, ut nunc video, erat expressum.) Verba aliter ordinant *n. o. q. οὔπω ἐμ. κωλ. παθ. δυνηθεὶς*, & pro *δυνηθεὶς* in *o.* est *δυνηθείην.*

3. τὰ τοιαῦτα. Deest τὰ in *n. o. q.*

αἰσθηθῇς. Sic recte Parisienses omnes. Perperam *αἰσθεθῇς* edd.

CAP. XLV. Enchir. XXXIII. 10.

2. καιρὸς καλέσοι. καὶ καιρὸς καλέσει cod. *o.*

Φαίνου σπουδάζων. Imperite *Φαίνεσθαι σπούδαζε n.* & *o.*

μόνα τὰ γινόμενα. Deest *μόνα* cod. *q.* Tota autem ista sententia, *τουτέστι, θέλε γίνεσθαι — — — οἷα ἂν ὦσι*, aliâ ratione & multo plu-

XLIV.

Si quis per convitium male de te loquitur, ne contende iis qui tibi renuntiant, purgare te: sed hoc tantum, si quicquam, respondе. Nempe, quod ille sibi faciendum credidit; male de me loquitur, ego vero quis sum, qui alium ab opere quod sibi proponit persequendo impediam, qui proprias animi mei perturbationes prævenire nondum valeo? Et præterea, nisi dignus ego, qui ista audirem; non ita contigisset: præcipuè, si tibi conscius es, aliquid te, quod affine sit iis, quæ tibi objecta sunt, commisisse.

XLV.

Fora, & quævis alia publica loca, frequentare te, nihil necesse est. Sed si quando tempus tulerit, nulli te, nisi tibi ipsi studere appareat: hoc est, ea duntaxat fieri velis, quæ fiunt, qualiacunque sunt. Clamore autem, aut arrisione, aut corporis motu crebriore, approbationem tuam testari, aut indignari ob ea quæ fiunt, penitus abstineto. Ac post discessum, ne multus de iis quæ acta sunt, tibi sit sermo; neque affecta quæ videris, aliis narrare, præcipue quæ ad institutam vitæ rationem, quam profiteris, nihil utilitatis afferunt. Sæ-

pluribus verbis enunciata est in codd. *n.* &. *o.* qui sic habent: τουτέστι, μόνῳ τῷ πράγματι πρόσεχε, δι' ὃ ἐκεῖσε πάρει· κἀκεῖνο δι' ὀλίγου καὶ ταχέως περάνας, ἀταράχως ὑπόστρεφε. (ὑπόστρεψον cod. *o.* καθορθοῦται δέ σοι τοῦτο, ἐὰν μὴ ὡς θέλεις φιλονεικῇς τὰ πράγματα γίνεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον ὡς γίνεται θέλῃς. βοῆς δὲ &c.

3. συγκινεῖσθαι: Sic percommode cum editis dant Mssti omnes, uno cod. *o.* excepto, in quo est συγκεῖσθαι, tum ibidem inter lineas συγγίνεσθαι.

ἢ ἀγανακτ. περὶ τῶν γινομένων. Desunt hæc verba in *n.* & *o.*

4. γεγενημένων. γινομένων *q.*

ἃ εἶδες. Sic recte *m. n. o. q.* Mendose ἃ ἴσθι *p.* ἃ ἴσθης edd.

μάλιστα δὲ. Ex Med. hoc recepi. καὶ μάλιστα habet *q.* Cæteri conjunctione carent cum editis.

ὅσα μὴ λυσιτελεῖ. ὅταν μὴ λυσιτελεῖ *n.* ὅταν μὴ λυσιτελῇ *o.*

5.

5 σὴν πολιτείαν. Εἰ γὰρ περὶ τούτων πολλάκις εἶποις, ἐμφαίνεις ὅτι ἐθαύμασας τὴν θέαν ὧν ἔφυγες.

μϛ'.

2 Εἰς οἰκίας τινῶν μὴ εἰκὴ μηδὲ ῥᾳδίως πάριθι. παριὼν δὲ τὸ σεμνὸν καὶ εὐσταθὲς καὶ ἀνεπαχθὲς φύλαττε.

μζ'.

Ὅταν φοιτᾷν ἀνάγκη πρός τινα τῶν λαμπρῶν τοῦ κόσμου, λόγισαι, ὅτι οὐχ εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον· καὶ 2 ὅτι οὐ μηνυθήσῃ· καὶ ὅτι ἀκούσεις, Τί θέλει ὁ περιττὸς οὗτος; ὅτι ἀποσκώψουσί σε οἱ παῖδες· ὅτι ἐρεῖ σοι 3 ἐκεῖνος, ὅτι ὑπερβαίνει σε ἃ αἰτεῖς. Καὶ μηδέποτε εἴπῃς ἐν σεαυτῷ, ὅτι ταῦτά σοι οὐ ποιήσουσιν· ἢ ὅτι αἰδεσθήσονται τὸ ἐπάγγελμα. Ἐὰν γὰρ οὕτω συντύχῃς, καὶ τύχῃ ταῦτα γενέσθαι, ἀταραχῶς ὑποδέξῃ τὰ γινόμενα, 5 ὥστε μεμελετηκὼς αὐτά· ἐάν τε μηδὲν τούτων συμβῇ, εὐχαριστήσεις τῷ Θεῷ, λέγων, Ἐγὼ μὲν μεμελέτηκα ἃ ἤμην ἄξιος ὑποστῆναι· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία προέστη μου, καὶ οὐδὲν τούτων εἴασε γενέσθαι.

μή.

5. εἶποις recte dedere *m. n.* & *q.* quod aptius cum præcedente εἰ congruit, quam εἴπῃς, quod habent *o.* & *p.* cum edd.

τὴν θέαν ὧν ἔφυγες intellige *spectaculum rerum hujus seculi, quas tu fugisti, vitam monasticam seligens:* nam ea est ἡ σὴ πολιτεία, quam paulo ante nominavit.

CAP. XLVI. Enchir. XXXIII. 11.

Εἰς οἰκίας τινῶν. Εἰς οἰκίαν τινὸς *n. o.*

μὴ εἰκῇ. Sic recte *m.* & *p.* Et inserto verbo, μὴ ἐπιβῇς εἰκῇ *n. o.* Corrupte μὴ ἦκε edd. μὴ οἰκεῖ *q.* φύλασσε recte *n. o. p. q.* & φύλαττε *m.* quod perinde est. At vulgo φύλαξαι, quod prorsus contrarium.

CAP. XLVII. Enchir. XXXIII. 12.

1. Φοιτᾷν. Φυτᾷν *p.*

οὐχ εὑρήσεις. Perperam, & invitis Msstis, erat οὐκ εὑρ. in editionibus quas vidi omnibus. (Sic & in ipsius Casauboni edit.)

καὶ ὅτι οὐ μηνυθ. Particulam καὶ, qua carent alii, adscivi ex Med.

2. ὅτι ἀκούσεις. ὅτι ἀκούσῃ dant *n. o. p. q.* in medio verbi genere; non male.

pius enim de iis loquendo, manifestum erit te admiratum esse, quæ invitus spectasse, volebas videri.

XLVI.

Ad quorundam [qui ostentando ingenio scilicet id agunt, non ut prosint] publicas recitationes, ne veni, neque facile accede. Si tamen accesseris, gravitatem & constantiam tuere; & id una cave, ne cui sis molestus.

XLVII.

Cum necessitas aliqua te cogit quempiam adire de mundi magnatibus, proponito tibi fore ut domi eum non invenias: ut non illi renuntieris, ut tibi dicatur, Quid sibi vult præclarus ille vir? ut te famuli irrideant: ut ipse denique tibi dicat: supra te est quod requiris. Nunquam autem tibi veniat in mentem, non ista te passurum, sed professionem tuam reverituros eos. Si enim ita ibi contingat, & ista vere evenient, imperturbatus ea feres, ut quæ tibi prius meditata & prævisa fuerint. Si nihil autem contingat tale; Deo gratias ages & dices: Ego quidem quæ merebar pati, meditatus ante fueram: sed Dei bonitas adfuit mihi, & non permisit.

ὁ περιττὸς οὗτος equidem in ista connexione non tam cum Casaubono *præclarus ille vir* vertam, quam *importunus hic*; proprie, *nimius*, *abundans*, *supervacaneus*, id est, *quo facile caremus*, *qui non est hujus loci*, *quo nobis nihil opus est*: aut, *curiosus*, *rerum ad se nil pertinentium speculator*.

ἀποσκώψουσί σε commode dedit Med. Vulgo ἀποσκώψουσιν εἰς σε, consentientibus quidem Parisiensibus.

ὅτι ὑπερβαίνει. Deest h. l. ὅτι in *n.* & *o.*

ἃ αἰτεῖς. Sic Med. Cæteri cum editis ὁ αἰτεῖς, nec id male.

4. Ἐὰν γὰρ οὕτω συντύχῃς. Verte: *Si enim sic* (nempe, *ut dixi*) *adieris*.

5. ἐάν τε. ἐὰν δὲ *n. o.*

ἐγὼ μὲν μεμελέτηκα. Particulam μὲν, qua carent alii, opportune dedit Med. Quod vero mox idem habet codex, αἴτιος ὑποστῆναι, (pro ἄξιος, in quod consentiunt reliqui omnes,) recipere non sum ausus, quamquam improbare minime velim.

μή.

Ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἀπέστω τὸ σεαυτοῦ τινων ἔργων
2 ἢ ἀρετῶν ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. οὐ
γὰρ, ὥσπερ σοι ἡδύ ἐστι τὰ σὰ λέγειν, οὕτω καὶ
3 τοῖς ἄλλοις τούτων ἀκουστέον. ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τὸ
εἰς εὐτραπελολογίαν ἐμπεσεῖν· πάντως γὰρ τὴν
πρός σε αἰδὼ τοῦ πλησίον ἐκλύει, καὶ παρασκευάζει
4 γελοιολογεῖν· ἐξ ὧν καὶ λακερολογία τίκτεται. ὅταν
οὖν αἴσθῃ τι τοιοῦτον, ἐὰν μὲν οἷος ᾖς, καὶ ἐπί-
πληξον· εἰ δὲ μὴ δύνῃ, τῷ γε ἀποσιωπᾶν καὶ ἐρυ-
θριᾶν δῆλος γίνου δυσχεραίνων τοῖς τοιούτοις.

μθ'.

Ὅταν φαντασία ἡδονῆς ἐκπεσάσῃ σε, μνήσθητι
ἀμφοτέρων τῶν χρόνων, καθ' ὃν τε συγκαταθήσῃ τῇ
δοκούσῃ ἡδονῇ, καὶ καθ' ὃν πράξας, ὕστερον μετα-
2 νοήσεις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ λοιδορήσῃ· τούτοις τε ἀν-
τίθες,

CAP. XLVIII. Enchir. XXXIII. 14-16.

1. ἀπέστω τὸ σεαυτοῦ. Sic omnes, excepto Med. in quo est ἀπέστω τῷ νῷ σεαυτοῦ. quod cum præclare scriptum judicaret Gronovius, nescio ubi τὸν νοῦν ipse habuerit.

τινων ἔργων. Commode ἔργων τινῶν n. o. p. q.

ἐπὶ πολὺ καὶ ἀμέτρως μεμνῆσθαι. Nil mutant alii; unus p. μεμνῆσθαι initio ponit ante ἐπὶ πολύ.

3. ἐπισφαλὲς δὲ καὶ. Postremam particulam, cum abesset ab editis, dedere Mssti nostri omnes.

τὸ εἰς εὐτραπελολογίαν. τὸ caret cod. o. εὐτραπελολογίαν dedere codd. m. & p. εὐτραπελιλογίαν edd. εὐτραπελίαν n. o. q.

καὶ παρασκευάζει γελοιολογεῖν. Hæc videtur utique vera esse scriptura, quam ex vetustissimis membranis Mediceis commendavit Gronov. quæ varie deinde ab aliis primum corrupta est, tum rursus ex conjectura in aliud mutata. Corrupte καὶ παρασκευάζει γε δοσολογεῖν scribit p. καὶ παρασκευάζει δωρολογεῖν edd. (ubi Casaub. in Notis μωρολογεῖν corrigere jussit.) καὶ παρασκευάζει δισολογεῖν q. sed adjectâ inter lineas post primam syllabam aliâ literâ σ, ut sit δισσολογεῖν, quod speciosum sane erat. καὶ παρασκευάζει γε βωμολοχεῖν est in n. ubi rursus speciosum per se verbum foret, nisi præmissa γε particula, quæ non erat hujus loci, aliud olim hic scriptum fuisse proderet. Illius particulæ importunitatem intelligens alius librarius, sic correxit, καὶ παρασκευάζει δὲ βωμολοχεῖν, quemadmodum est in cod. o.

καὶ

XLVIII.

In familiaribus congressibus, absit factorum tuorum, aut virtutum frequens & immodica commemoratio. Nec enim, ut tibi jucundum est tua narrare, ita & aliis eadem audire. Periculosum autem est ad jocos & facetias delabi & tui observantiam apud vicinos minuere, vel maxime idoneum: sed & ad *stultiloquium* viam munit: ex quibus & *turpiloquium* etiam nascitur. Cum autem tale quid in aliis deprehendis: si tibi fas est, objurgatione deterreto: sin id non potes, saltem silentio simul & pudore tuo omnibus liqueat, offendi te istiusmodi sermonibus.

XLIX.

Si voluptatis alicujus imago animo tuo obversans te irritat, memento utriusque temporis, & ejus, quo voluptati, victus succumbes; & quo postea pœnitebit te, & ipse tibi convitians, exprobrabis. Ad hæc, oppone;

καὶ λακεροlογία. καὶ ἀκαιροlογία dabant edd. consentientibus *n. o. p. q.* in quo per se nihil admodum erat quod suspicionem movere debuisset. At Casaubonus tamen, in subjecta Nota, (respiciens Enchir. XXXIII. 16.) ex καὶ αἰσχρολογία corruptum censuit. Sed docuere eædem vetustæ membranæ Florentinæ, aliud quid sub vulgato isto latere: nempe cum in his καὶ λακαιροlογία scriberetur, ex λακεροlογία corruptum hoc esse perspecte vidit Gronovius; quod ipsum haud cunctanter restituendum Paraphrastæ nostro putavi. Habes apud Hesychium: Λακερόν· εἰκαῖον & Λακέρυζα· πράκτρια, ἀοίδορος, φλύαρος, μεγάλα πράζουσα, ἢ λάλος. Et apud Suidam, Λακερύζεσθαι· λογοποιεῖσθαι, ἢ λοιδορεῖσθαι.

4. ὅταν οὖν αἴσθῃ. οὖν particulam, omissam ab aliis, recte tenuere *m.* & *q.*

τῷ γε ἀποσιωπᾶν. Placuit inserta vocula γε, quam quidem ex omnibus nostris libris non nisi unus cod. *q.* tenuit, sed in Enchiridio in eadem sententia agnoscunt omnes. At idem cod. *q.* cum *n.* & *o.* pro ἀποσιωπᾶν, nude σιωπᾶν habet.

CAP. XLIX. Enchirid. cap. XXXIV.

1. συγκαταθήσῃ. συγκατάθῃ Med. quod ex συγκατατίθῃ corruptum esse potest.

σεαυτῷ. ἑαυτὸν *n. o. q.*

λοιδορήσῃ. Sic bene *q.* cum edd. λοιδορήσεις *n.* & *o.* nec id male. Corrupte λοιδόρησαι vel λοιδορῆσαι *m.* & *p.*

τίθες, ὅπως περιγενόμενος χαίρεις, καὶ ὅτι ἄμεινον συνεσθέναι ἑαυτῷ νικήσαντι, καὶ καθαρῶς εὐχο-
3 μένῳ. μή σε ἡττήσῃ τὸ προσηνὲς αὐτῆς, καὶ ἐπαγωγόν. βέλτιον γὰρ τούτου, καὶ ἡδύτερον, τὸ συνεσθέναι ἑαυτῷ ταύτην νενικηκότι τὴν νίκην.

ν΄.

Ὅταν ποῦς τι, διαγνοὺς ὅτι σου συμβάλλεται τῇ πολιτείᾳ, οἱ δὲ ἄλλοι ἄλλως περὶ αὐτοῦ ὑπολαμβάνουσιν, ὅρα μὴ φύγῃς αὐτὸ διὰ τὴν τῶν ἄλλων ὑπόληψιν.
2 Εἰ μὲν γὰρ οὐκ ὀρθῶς ποιεῖς, αὐτὸ τὸ ἔργον φεῦγε· εἰ δὲ ὀρθῶς, τί φοβῇ τοὺς ἐπιπλήξοντας οὐκ ὀρθῶς;

να΄.

Ὅταν συνεσθίῃς τινὶ, μὴ, τί παραβάλλει ἐκεῖνος ἐδώδιμον, λογίζου· ἀλλὰ, τί ποιήσας ἀνεπαχθὴς αὐτῷ φανήσῃ, καὶ μᾶλλον αἰδήμων.

νβ΄.

Ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς ἐπάγγελμα, καὶ ἐν αὐτῷ ἀσχημονήσεις, καὶ οὗ ἠδύνασο ἐκπληροῦν ἐκπέσεις.

νγ΄.

Καθάπερ ἐν τῷ περιπατεῖν προσέχεις, μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ στρέψῃς τὸν πόδα· οὕτω πρόσεχε μὴ βλάψῃς

In postremis verbis nil variant libri nostri: quibus in verbis quid ex veteri Enchiridio sumtum sit, quid a Nilo mutatum, quid denique a librariis corruptum, ægre definias.

Κεφ. νϛ'. CAP. LVI. Nobis XXXVII.

Κεφ. νζ'.

Ἐν τῷ περιπατεῖν καθάπερ προσέχεις μὴ ἐπιβῇς ἥλῳ, ἢ στρέφῃς τὸν πόδα σου. οὕτω πρόσεχε, μὴ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν βλάψῃς τὸ σεαυτοῦ. καὶ τοῦτο ἐὰν ἐφ' ἑκάστου ἔργου παραφυλάξωμεν, ἀσφαλέστερον ἀψόμεθα ἑκάστου ἔργου.

Κεφ. νή.

Μέτρον κτήσεως, τὸ σῶμα ἑκάστου· ὡς ὁ πους, ὑποδήματος. ἐὰν ἐπὶ τούτου στῇς, φυλάξεις τὸ μέτρον. ἐὰν δὲ ὑπερβῇς, ὡς κατὰ κρημνοῦ λοιπὸν ἀνάγκη φέρεσθαι. καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑποδήματος· ἐὰν ὑπερβῇ τὸν πόδα, γίνεται εἴτε κατάχρυσον ὑπόδημα, εἴτε πορφυροῦν, εἴτε κεντητόν. τοῦ γὰρ ἅπαξ ὑπὲρ τὸ μέτρον, ὅρος οὐθεὶς ἐστιν.

Κεφ. νθ'.

Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κύριαι καλοῦνται. τοιγαροῦν, ὁρῶσαι, ὅτι

Κεφ. νζ'. CAP. LVII. Nobis XXXVIII.

Pro ἥλῳ mendose ἵλῳ habebat Ms. Haf. Mox vero in eodem στρέψῃς scriptum erat, paulo commodius quam στρέφῃς, quod est in ed. Rom. & Ms. Par.

βλάψῃς dedit uterque codex. βλάβῃς ed. Rom.

παραφυλάξωμεν. ἐὰν παραφ. scribit cod. Par. commode, si paulo ante abesset ea particula; quam tamen & ibi habet idem codex cum aliis.

Κεφ. νή. CAP. LVIII. Nobis XXXIX.

Ad τὸ σῶμα ἑκάστου, in ora Ms. Haf. adnotatur καὶ ἔστω. Quod qui adnotavit, mihi visus erat καὶ στῳ scribere debuisse; quo indicaretur, in aliis libris pro ἑκάστου legi ἑκάστῳ.

φυλάξεις. Perperam φυλάξῃς Ms. Par.

γίνεται εἴτε κατάχρυσον &c. Suaresius, posito post ὑποδήματος nudo commate, post γίνεται interpunxit orationem, ut verbum hoc ad superiora referretur. Commodius codices nostri verbum γίνεται ad sequentia referunt.

οὐθεὶς ἐστιν scripsi cum codd. Par. & Haf. οὐδεὶς ἐστιν ed. Rom.

Κεφ. νθ'. CAP. LIX. Nobis XL.

οὐδὲν

ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμῶνται τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, καὶν τούτῳ πάσας ἔχειν τὰς ἐλπίδας. προσέχειν οὖν ἄξιον, ἵνα αἰσθῶνται, ὅτι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι, καὶ αἰδήμονες.

Κεφ. ξ'.

Ἀφυΐας σημεῖον, τὸ ἐνδιατρίβειν τοῖς περὶ τὸ σῶμα· οἷον, ἐπὶ πολὺ γυμνάζεσθαι, ἢ ἐπὶ πολὺ ἐσθίειν, ἢ ἐπὶ πολὺ πίνειν, ἢ ἐπὶ πολὺ ἀποπατεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρέργῳ ποιητέον· περὶ δὲ τὴν γνώμην ἔστω ἡ πᾶσα ἐπιστροφή.

Κεφ. ξά.

Ὅταν τίς σε κακῶς ποιῇ ἢ κακῶς λέγῃ· μέμνησο, ὅτι καθήκειν αὐτῷ οἰόμενος ποιεῖ ἢ λέγει. οὐχ οἷόν- 2
τε οὖν ἀκολουθεῖν αὐτὸν τῷ σοὶ φαινομένῳ, ἀλλὰ τῷ αὑτῷ. ὥστε, εἰ κακῶς φαίνεται, ἐκεῖνος βλάπτεται ὥσπερ καὶ ἐξηπάτηται. καὶ γὰρ τὸ ἀληθὲς συμπε- 3

 πλεγμέ-

οὐδὲν αὐταῖς. οὐδὲν αὐτῶν Ms. Par. male.

συγκοιμῶνται percommode dedere Mss. Par. & Haf. συγκοιμᾶσθαι ed. Rom.

ὅτι ἐπ' οὐδενὶ. Corrupte ὅτι ἐπ' οὐδὲν ἄλλῳ.

In fine capitis adduntur verba ἐν σωφροσύνῃ in ed. Rom. quæ verba ignorant uterque noſtrorum codicum.

Κεφ. ξ'. CAP. LX. Nobis XLI. Nihil toto hoc capite variant libri.

Κεφ. ξά. CAP. LXI. Nobis XLII.

1. Ὅταν τίς σε κακῶς ποιῇ ἢ κακῶς λέγῃ. Hac potiſſimum ſcriptura uſum eſſe Nilum, probabile mihi factum erat conferenti inter ſe varias rationes, quæ in libris noſtris obtinent. Romæ ſic edidit Suareſius: Ὅταν τις κακῶς σὲ ποιῇ ἢ κακῶς σὲ λέγῃ. Mendoſe prorſus codex Par.: Ὅταν τίς σε καλῶς ἢ κακῶς λέγῃ. Breviſſime codex Haf.: Ὅταν τίς σε κακῶς λέγῃ. Non vero prætermiſſum h. l. a Nilo fuiſſe verbum ποιῇ, intelligi ex eo debet, quod mox conſentientibus libris legitur, ποιεῖ ἢ λέγει.

2. εἰ κακῶς φαίνεται. Sic Ms. Par. εἰ κακὸς φαίνεται Haf. εἰ κακῶς αὐτῷ φαίνεται ed. Rom.

ἐκεῖνος βλάπτεται. Pariſienſem rurſus in hoc ſecutus ſum. Hafnienſis quidem βέβλαπται habet

πλεγμένον ἐάν τις ὑπολάβῃ ψεῦδος, οὐ τὸ συμ-
4 πεπλεγμένον βέβλαπται, ἀλλ' ὁ ἐξαπατηθείς. Ἀπὸ
τούτων ὁρμώμενος, πράως ἔξεις πρὸς τὸν λοιδοροῦντα·
ἐπιφθέγγου γὰρ ἐφ' ἑκάστου, ὅτι, Ἔδοξεν αὐτῷ.

Κεφ. ξβ'.

Πᾶν πρᾶγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲν ἀφόρητον, τὴν
δὲ φορητήν. Ἐὰν οὖν ὁ ἀδελφός σε ἀδικῇ, ἐντεῦθεν αὐτὸ
μὴ λάμβανε, ὅτι ἀδικεῖ· αὕτη γὰρ ἡ λαβὴ ἔστιν αὐ-
τοῦ οὐ φορητή. ἀλλὰ ἐκεῖθεν μᾶλλον, ὅτι ἀδελφὸς,
ὅτι σύντροφος. καὶ λήψῃ αὐτὸ, καθ' ὃ φορητόν
ἐστιν.

Κεφ. ξγ'.

Οὗτοι οἱ λόγοι ἀσύνακτοι· Ἐγώ σου πλουσιώτερος,
ἐγὼ ἄρα σου κρείττων· ἐγώ σου λογιώτερος, ἐγώ σου
ἄρα κρείττων. ἐκεῖνοι δὲ μᾶλλον συνακτικοί· Ἐγώ
σου πλουσιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα κτῆσις κρειττόν τῆς
σῆς· ἐγώ σου λογιώτερος, ἡ ἐμὴ ἄρα λέξις κρείσ-
σων

habet cum ed. Rom. quemadmodum paulo post habent omnes.

ὅσπερ καὶ ἐξηπάτηται. Sic corrigendum putavi, cum ὥσπερ καὶ ἐξηπ. darent Par. & Haf. & ὥστις ὥσπερ καὶ ἐξηπ. ed. Rom.

Κεφ. ξβ'. CAP. LXII. Nobis XLIII.

Ἐὰν οὖν ὁ ἀδελφ. Sic conciliandam putavi scripturæ disſentionem quæ eſt in libris. Ἐὰν οὖν ἀδελφ. dabat Ms. Haf. cum ed. Rom. Ἐὰν δὲ ὁ ἀδελφ. Ms. Par. Placuiſſet Ἐάν σε ὁ ἀδελφὸς ἀδικῇ.

αὕτη γὰρ ἡ λαβή. αὕτη conſulto poſui pro αὐτή, quod erat in utroque cod. & in ed. Rom. ἡ articulum, quem omiſerat Suareſius, adjeci præeunte utroque noſtro codice.

Pro καθ' ὃ, junctim καθὸ ſcriptum erat in Haf. ut eſt in ed. Rom.

Κεφ. ξγ'. CAP. LXIII. Nobis Cap. XLIV.

ἀσύνακτοι. Conſentiunt quidem in ἀσύνταχτοι Mſsti noſtri & ed. Rom. Sed quoniam paulo deinceps veriſſimam ſcripturam συνακτικοὶ tenuit codex noſter Pariſienſis, intelligi par erat, & hoc loco veram ſcripturam ἀσύνακτοι a Nilo olim fuiſſe poſitam, librariorumque inſcitia deinde corruptam.

συνακτικοί. Sic, ut modo dixi, perſpicue dedit Ms. Par. συνταχτικοί Haf. & ed. Rom.

ἐγώ σου λογιώτερος —— κρείσσων τῆς σῆς. Omnia hæc deſunt in Ms. Par. ſed eodem modo,

σων τῆς σῆς. σὺ δέ γε οὔτε κτῆσις εἶ, οὔτε λέξις.

Κεφ. ξδ'.

Λούεταί τις ταχέως· μὴ εἴπῃς, ὅτι, Κακῶς· ἀλλ' ὅτι, Ταχέως. πίνει τις πολὺν οἶνον· μὴ εἴπῃς, ὅτι, Κακῶς· ἀλλ' ὅτι, Πολύ. πρὶν ἢ γὰρ τοῦ γνῶναι τὸ πρᾶγμα, πόθεν οἶσθα, εἰ κακῶς; Οὕτως οὐ συμβήσεταί σοι, ἄλλων μὲν φαντασίας καταληπτικὰς λαμβάνειν, ἄλλοις δὲ συγκατατίθεσθαι.

Κεφ. ξέ.

Μηδαμοῦ σεαυτὸν εἴπῃς φιλόσοφον, μηδὲ λάλει τὸ πολὺ ἐν ἰδιώταις περὶ τῶν θεωρημάτων. οἷον, ἐν συμποσίῳ, μὴ λέγε πῶς δεῖ ἐσθίειν, ἀλλ' ἔσθιε ὡς δεῖ. Μέμνησο γὰρ, ὅτι οὕτως ἀφῃρήκεισαν οἱ φιλόσοφοι πανταχόθεν τὸ ἐπιδεικτικὸν, ὥστε ἤρχοντο πρὸς αὐτοὺς βουλόμενοι ὑπ' αὐτῶν φιλοσόφοις συσταθῆναι, κἀκεῖνοι ἀπήγαγον αὐτοὺς· οὕτως ἠνείχοντο παρορώμενοι.

do, quo edidi, dedit Haf. unde etiam ſatis adparet quid occaſionem dederit lapſui alterius librarii. In ed. Rom. mutata paululum ſerie verborum legitur ἐγὼ σοὺ λογιώτερος — — λέξις τῆς σῆς κρείσσων.

Κεφ. ξδ'. CAP. LXIV. Nobis XLV.

ἀλλ' ὅτι, Πολύ. Magis placuit hoc πολύ· quod dedere Mss. Par. & Haf. quam πολύν· quod habet ed. Rom. cum aliis Enchiridii libris.

πρὶν ἢ. Iunctim πρινὴ Ms. Haf. & ed. Rom. Mox, pro οἶσθα, corrupte ἤσθα habet ed. Rom.

Οὕτως οὐ. Mirum videri poteſt, quod in οὕτω οὐ conſentiant Mss. Par. & Haf.

Κεφ. ξέ. CAP. LXV. Nobis XLVI. 1.

φιλοσόφοις συσταθῆναι. Conſentiunt quidem Mssti noſtri cum ed. Rom. in mendoſam ſcripturam φιλόσοφοι συσταθ. quam Suareſius latine ſic vertit: *qui Philoſophi ab iis inſtitui volebant.* Sed nec hæc ſententia, nec ulla alia, verbis iſtis ineſt: & manifeſte repugnat ipſa hæc ſententia perſpicuis verbis quæ mox ſequuntur, οὕτως ἠνείχοντο παρορώμενοι, id eſt, *ita æquo animo ferebant ſi ab aliis*

Κεφ. ξϛ'.

Ὥστε κἂν περὶ θεωρήματός τινος ἐμπέσῃ λόγος ἐν ἰδιώταις, σιώπα τὸ πολύ· μέγας γὰρ ὁ κίνδυνος, εὐ-
2 θὺς ἐμέσαι ἃ οὐκ ἔπεψας. καὶ ὅταν εἴπῃ σοί τις, ὅτι οὐδὲν οἶσθα, καὶ σὺ μὴ δηχθῇς, τότε ἴσθι ὅτι ἀρχὴ τοῦ ἔργου. ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ χόρτον φέροντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει πόσον ἔφαγεν· ἀλλὰ
3 τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα, ἔρια ἔξω φέρει καὶ γάλα. Καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλὰ τὰ ἀπ' αὐτῶν πεφθέντα ἔργα.

Κεφ. ξζ'.

Ὅταν εὐτελῶς ἡρμοσμένος ἦς τὰ κατὰ σῶμα, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τούτῳ· μηδ', ἂν ὕδωρ πίνῃς, ἐκ πάσης ἀφορμῆς λέγε, ὅτι, Ὕδωρ πίνω. κἂν ἀσκήσαί ποτε

aliis negligerentur: nam ab his sane non *negligebantur* aut *parvi æstimabantur*, qui *se ab illis institui cupiebant*. Quare haud dubie scriptura ista ex librariorum stupore orta est, (a quibus idem error in aliis etiam Enchiridii libris commissus) & cunctari non debui, quin scripturam unice veram Nili restituerem.

οὕτως ἠνείχοντο. οὕτω ἠνειχ. erat in Haf.

Κεφ. ξϛ'. CAP. LXVI. Nobis cap. XLVI. sect. 2.

In Ms. Haf. caput hoc non (ut pleraque alia) a majusculâ saltem literâ incipitur, sed arcte cohæret cum superiori. Sic & in Ms. Par.

2. δηχθῇς recte dedit Ms. Par. Corrupte δεικθῇς Ms. Haf. & ed. Rom. Sed, paulo superius, perperam ἔπεμψας scribit idem Ms. Par. pro ἔπεψας.

ἄρχη. ἀρχὴ τοῦ ἔργου dabat Ms. Haf.

ἔρια ἔξω φέρει καὶ γάλα. ἐρίῳ — — καὶ γάλακτι habet ed. Rom.

Et ἐρίῳ quidem habet etiam Ms. Par. sed recte ἔρια dabat Ms. Haf. & in γάλα consentit codex uterque. Vocales ω & α & aliâs subinde permutatas inter se a librariis vidimus.

3. πεφθέντα. Perperam πεμφθέντα Ms. Haf. Quod vero ad terminationem verbi spectat, consentiunt Mssti & ed. Rom. Miror tamen, ni πεφθέντων scriptum Nilus reliquit.

Κεφ. ξζ'. CAP. LXVII. Nobis Cap. XLVII.

Ὅταν εὐτ. ἡρμ. ἦς. Sic corrigendum putavi locum varie corruptum in libris. Ὅταν εὐτελῶς εἰ ἡρμοσμένος τὰ κατὰ ed. Rom. Ὅταν εὐτ. ἡρμοσμ. εἶ Ms. Haf. Ὅτ. εὐτ. ἡρμοσμ. ἢ κατὰ Ms. Par.

ὅτι, Ὕδωρ πίνω. Sic percommode Ms. Haf. ὅτι ὕδωρ πίνεις ed. Rom. ὅτι ὕδωρ πίνῃς Ms. Par.

Κεφ. ξή'.

ποτε πρὸς πόνον θελήσῃς, σαυτῷ, καὶ μὴ τοῖς ἔξω. μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε· ἀλλὰ, διψῶν ποτε σφοδρῶς, ἐπίσπασαι ψυχροῦ ὕδατος, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς.

Κεφ. ξή.

Ἰδιώτου στάσις καὶ χαρακτήρ· οὐδεμίαν ποτὲ ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ ὠφέλειαν ἢ βλάβην, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔξω. Φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτήρ· πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

Κεφ. ξθ'.

Σημεῖον προκόπτοντος· οὐδένα ψέγει προχείρως, οὐδένα ἐπαινεῖ, οὐδένα μέμφεται, οὐδενὶ ἐγκαλεῖ. ** κἂν τις αὐτὸν ἐπαινῇ, καταγελᾷ τοῦ ἐπαινοῦντος 2
αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ· κἂν ψέγῃ, οὐκ ἀπολογεῖται. περίεισι δὲ καθάπερ οἱ ἄῤῥωστοι, εὐλαβούμενοί τι 3
κινῆσαι τῶν καθισταμένων, πρὶν πῆξιν λαβεῖν. **

Κεφ. ξή. CAP. LXIX. Nobis XLVIII. 1.

Κεφ. ξθ'. CAP. LXIX. Nobis cap. XLVIII. sect. 2.

Σημεῖον. rectius Σημεῖα habent alii Enchiridii libri.

ψέγει προχείρως. Posteriorem vocem agnoscit Ms. Par. cum ed. Rom. sed ignorabat Ms. Haf.

Verba οὐδένα ψέγει habet codex Ms. uterque; sed desiderantur in ed. Rom.

2. Post οὐδενὶ ἐγκαλεῖ *defectus signa* interposui. Nam quæ h. l. in Enchiridio leguntur verba, οὐδὲν περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ——— ἑαυτῷ ἐγκαλεῖ, non sane a Nilo prætermissa, sed veteris alicujus librarii negligentiâ a superiori ἐγκαλεῖ ad posterius aberrantis, intercidisse videri debent.

αὐτὸς παρ' ἑαυτῷ. Sic corrigere non dubitavi. Perperam αὐτὸν παρ' ἑαυτῷ Mssti & ed. Rom.

3. εὐλαβούμενοι. Commodius εὐλαβούμενος legitur in Enchiridio.

In fine Capitis rursus *asteriscos* adposui, qui defectum indicarent. Nam quæ hic porro leguntur in Enchirid. tum & quæ ibidem capite XLIX. nostræ editionis continentur, non consulto omnia a Nilo prætermissa videntur.

Κεφ. ό.

* Ὅτι δ' ἂν ἐρῇ τις περί σου, μὴ ἐπιστρέφου. τοῦτο γὰρ οὐκέτι σόν ἐστιν.

Κεφ. οά.

Εἰς ποῖον ἔτι χρόνον ἀναβάλλῃ τὸ τῶν βελτίστων ἀξιοῦν ἑαυτὸν, καὶ ἐν οὐδενὶ παραβαίνειν τὸν διαιροῦντα λόγον; Παρείληφας τὰ θεωρήματα, οἷς ἔδει συμβάλλειν, συμβέβληκας. ποῖον ἔτι διδάσκαλον προσδοκᾷς, ἵνα εἰς ἐκεῖνον ὑπερθῇ τὴν ἐπανόρθωσιν τὴν σεαυτοῦ; οὐκέτι εἶ μειράκιον, ἀλλὰ ἀνὴρ ἤδη τέλειος. Ἐὰν οὖν ἀμελήσῃ, καὶ ῥαθυμήσῃς, καὶ ἀεὶ προθέσεις ἐκ προθέσεως ποιῇ, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ· λήσεις σεαυτὸν οὐ προκόψας, ἀλλ' ἰδιώτης διατελέσεις, καὶ ζῶν, καὶ ἀποθνήσκων. Ἤδη οὖν σεαυτὸν ἐκβιοῦν ἔθιζε ὡς τέλειον, ὡς προκόπτοντα· καὶ πᾶν τὸ βέλτιστον φαινόμενον ἔστω σοι νόμος ἀπαράβατος. κἂν ἐπίπονόν τι, ἢ ἡδύ, ἢ ἔν-

Κεφ. ό. CAP. LXX. Nobis Cap. L. Et hoc caput in ipso initio manifeste truncatum est: quare & hic rursus *defectus signum* adposui.

Κεφ. οά. CAP. LXXI. Nobis LI.

1. καὶ ἐν οὐδενὶ. Nil mutat Haf. Sed in Ms. Par. abest ἐν præpositio. Idem vero et mox mendose παραβαίνει scribit pro παραβαίνειν.

In τὸν διαιροῦντα cum ed. Rom. consentit Ms. Par. Sed Haf. τὸν ἐρῶντα dabat, quod ex τὸν αἱροῦντα detortum videri poterat.

2. συμβέβληκας. Sic nostri omnes, absque καὶ copula. In Haf. vero etiam interrogandi signum post hoc verbum positum fuisse videtur, pro quo nudum punctum habet Par. cum ed. Rom.

ποῖον ἔτι διδασκ. Particula ἔτι abest in ed. Rom. sed agnoscit eam codex uterque mstus.

ὑπερθῇ. Sic (ni fallunt excerptæ nostræ notulæ) prorsus habet Ms. Par. ὑπέρθῃ ed. Rom. & Ms. Haf.

3. ἐκ προθέσεως ποιῇ. ποιῇ recepi ex Ms. Par. ποιῇς habebat Haf. cum ed. Rom.

ὁρίζῃς correxi, cum ὁρίζεις darent Mssti nostri & ed. Rom. Mox προσέξεις rectè dederunt Mssti Par. & Haf. pro mendoso προσέξῃς, quod erat in ed. Rom.

λήσεις. Corrupte λύσεις Haf.

5. κἂν ἐπίπονόν τι ἢ ἡδὺ ἢ ἔνδοξον ἢ ἄδοξον. Sic scriptum reliquisse

ἔνδοξον, ἢ ἄδοξον προσάγηταί σοι· μέμνησο, ὅτι νῦν ὁ ἀγὼν, καὶ ὅτι ἤδη πάρεστι τὰ Ὀλύμπια, καὶ οὐκ ἔστιν ἀναβάλλεσθαι οὐκέτι· καὶ ὅτι παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν καὶ ἀπόλλυται προκοπὴ καὶ σώζεται. Καὶ 6
Παῦλος οὕτω διετέλεσεν ἐπὶ πάντων προάγων ἑαυτὸν μηδενὶ ἄλλῳ προσέχειν ἢ τῷ λόγῳ. σὺ δὲ, καὶ εἰ μή πω Παῦλος εἶ, ὡς Παῦλος εἶναι βουλόμενος ὀφείλεις βιοῦν.

Κεφ. οβ'.

Ἀποκτεῖναί μέν τις με δύναται, βλάψαι δὲ οὔ.

Κεφ. ογ'.

[Παρήγγειλε γὰρ ὁ Κύριος, μὴ δυναμένους βλάψαι μὴ φοβεῖσθαι, λέγων· Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀπο-

I 5 κτει-

liquisse Nilum collegi e vestigiis scripturæ quam offerebant libri. Nempe κἂν ἐπίπονόν τι ᾖ, εἴ τι ἔνδοξον ἢ ἀδ. Mss. Par. & Haf. κἂν ἐπίπονόν τι ᾖ, εἴ τι ἡδὺ, ἢ ἐνδ. ἢ ἀδ. ed. Rom. Suspicari potueras κἂν ἐπίπονόν τι ᾖ, εἴ τε τι ἡδὺ &c. sed & intricatior sic futura erat oratio, & deinde προσάγεται in indicativo desiderabatur, quod habebat quidem Ms. Haf. at in subjunctivum προσάγηται consentiunt Ms. Par. & ed. Rom.

προσάγηταί σοι. Omnino σοι fuit corrigendum, pro quo erat σε in Msstis nostris & in ed. Rom.

παρὰ μίαν ἧτταν καὶ ἔνδοσιν. Possis ἔντασιν pro ἔνδοσιν suspicari. Sed potuit etiam sic, ut libri habent, scribere Nilus.

προάγων ἑαυτὸν μηδενὶ ἄλλῳ προσέχειν. Sic Ms. Par. cum ed. Rom. Neque aliud erat in Ms. Haf. nam in Meibomii notulis haud dubie turbarum nonnihil est hoc loco; sed facile intelligitur, hoc dici debuisse: „pro προσάγων, „quod est in Meibomii contextu, „fuisse προάγων in Ms. Haf. & „pro προσέχων, quod habet Mei„bomius, προσέχειν fuisse in „Haf."

In ora codicis Par. h. l. adscripta hæc sunt verba ex Epist. II. ad Timoth. cap. 4, 7. Ὁ Παῦλος ἀγωνισάμενος ἔλεγεν· Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.

Κεφ. οβ'. CAP. LXXII. Nobis cap. LIII. sect. 3.

Κεφ. ογ'. CAP. LXXIII. Quæ hoc loco posita sunt in ed. Rom. ea prorsus ignorabat Ms. Haf.

finiens

κτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. Φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.]

finiens hunc libellum in verbis βλάψαι δ' οὔ. Et in eisdem verbis finem libello facit Parisiensis codex, conclusione ea, quam ad hoc caput retulit Suaresius, minutis literarum formis ad marginem adscripta: ubi quidem initio brevioribus verbis sic scripsit: Παρήγγειλε ὁ Κύριος, λέγων, Μὴ φοβηθῆτε &c. tum in fine prætermisit ista, Αὐτῷ ἡ δόξα — — Ἀμήν. Sunt autem hæc e Paraphrasi huc translata; quare uncis inclusi, utpote a Nili Enchiridio aliena.

EPI-

EPICTETI
STOICI
ENCHIRIDION

AB

ANGELO POLITIANO

E GRÆCO VERSVM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-814145-p0145-6

ANGELI POLITIANI

IN EPICTETI STOICI ENCHIRIDION

e Græco a se interpretatum.

AD LAURENTIUM MEDICEM EPISTOLA. *)

Cænea Lapitham, eum qui cum Centauris pugnaverit, Laurenti Medices, *adeo vulneribus inviolabilem telisque impervium fuisse scribit Pindarus, ut, cum in eum Centauri ingentem quandam sylvarum molem facto unanimiter impetu ingessissent, recto (ut idem inquit) pede terram sciderit. At vero Epictetus hic noster ea non a Vulcano, ut Achilles atque Æneas, sed a natura ipsa ac ratione arma accepit, quæ non modo se a telis & ferro, sed a metu quoque & dolore cæterisque animi perturbationibus tutum inviolabilemque præstiterint. Bellum qui-*

*) In transscribenda cum hac Epistola Politiani, tum ejusdem Versione Enchiridii, illud maxime secutus sum exemplum, quod adjectum est primæ editioni Basileensi Enchiridii Græci, anno MDXXXI apud And. Cratandrum impressæ; cum quo exemplo, ubi opus videbatur, contuli duo alia, quorum alterum in Basileensi editione secunda, quæ ex officina Hervagiana anno MDLIV prodiit, alterum in Blancardi editione Enchiridii exhibetur. De ipsa Politiani versione vide sis quæ a nobis dicta sunt in Præfat. ad Enchiridii editionem criticam p. XIV seq. SCHWEIGH.

quidem hic vir non cum Centauris, ut ille, sed cum fortuna cumque opinione acerrimum gessit: quas ita ambas fudit atque fugavit, ut eas ex universa quoque hominum vita exterminaverit. Qui quum & servus esset, & claudus, & Homerico Iro pauperior, haud tamen dubitavit, diis sese amicum notissimo apud Græcos districho adseverare. Legerat enim apud Platonem in eo dialogo, qui Alcibiades primus aut de Natura Hominis inscribitur, eum proprie vereque Hominem esse, cujus omnis in rationali animo substantia existeret. Quapropter quicquid extra hunc hominem foret, id ad se minime pertinere arbitratus est. Neque id verbis tantum aut libris, sed vita quoque ipsa præ se tulit. Ita enim sese ab externorum cura avocavit, ut Romæ ejus domus ne januam quidem ullam habuerit: quippe in qua, præter vilissimum cubile, nihil omnino esset.

Hujus de vita ac moribus ingens volumen (quod tamen olim culpa temporum interiit) Arrianus vir clarissimus conscripsit; eque ejus libris quasi florem quendam, qui hunc Platonicum, hoc est verum hominem in libertatem vindicaret, excerpsit, atque in volumen redegit: quem quia librum ad manum semper habere oporteat, Enchiridion, quo nomine militaris pugiunculus significatur, inscripsit. Sermo autem in eo omnino efficax est, atque energiæ plenus, & in quo mira sit ad permovendum vis. Suos enim quivis adfectus in eo agnoscit, adque eos emendandos ceu quodam aculeo excitatur. Omnia vero ordinem inter se mirum habent, omnibusque veluti lineis (quamvis in plura id opus capita sit distinctum) ad excitandum rationalem animum, quasi ad ipsum centrum contendunt: ut is & suæ dignitatis curam habeat, & propriis actionibus secundum naturam utatur. Stylus autem, qualem res postularet, concisus est, dilucidus, quique omnem respuat ornatum,

Pytha-

Pythagoreorumque præceptis, quas illi diathecas vocant,) quam similimus.*

*Hoc ego opus quum Latinum facere aggrederer, ut indulti a te nobis hujus tam suavis ocii rationem aliquam redderem; in duo omnino mendosissima exemplaria incidi, pluribusque locis magna ex parte mutilata. Quapropter quum & cætera quæcunque usquam exemplaria extarent, non dissimilia his esse audirem: permisi mihi, ut, sicubi aliqua capita aut deessent aut dimidiata superforent,**) ea ego de Simplicii verbis, qui id opus interpretatus est, maxima (quantum in me esset) fide supplerem. Quod si non verba ad unguem, (id nullo modo fieri poterat) at sensum certe ipsum purum syncerumque Latinum a nobis redditum arbitror. Quod ne quempiam fortasse perturbet, quemadmodum Aristarchus Homeri versus, quos ipse non probaret, ita nos singula ipsa capita, quæ nostris quidem verbis explicentur, obelo, hoc est veru, jugulavimus. ***)*

Suffurare igitur, Laurenti, *tuis occupationibus ociolum aliquod, si potes, quod libelli hujus lectioni impertias.*

*) *Hypothecas* (ὑποθήκας) scribere voluerat vir doctissimus, ut est apud Simplicium in Præfatione ad Comment. in Enchir. quæ Præfatio ob oculos ei hoc loco versabatur. Schw.

**) Quod de *dimidiatis capitibus* dicit, pertinet ad Codicem ex eorum genere, quos *Simplicianos* nominavi; quo de genere dictum est in Commentatione de Enchiridii Codicibus Manuscriptis, Editioni nostræ criticæ præfixa, p. 86 seqq. Exemplar, in quo integra *aliqua capita defuisse* ait, illud ipsum esse videtur, de quo dixi in præfatione ad eamdem nostram Enchiridii editionem p. 78. Schw.

***) Hoc dicere videtur interpres, singulari notâ se distinxisse omnia ea loca, quibus Enchiridii verba, cum in exemplari defuissent, conjecturâ magis, quam certa ratione, a se essent suppleta. At mihi quidem nullam videre contigit Versionis hujus editionem, in qua cautio ista fuisset adhibita. Schw.

pertias. Id enim disciplinæ genus in eo est, quod si recte perpendas, non cuiquam magis aliorum, quam ingentis fortunæ viris conveniat. Sed quod in toto hoc libello pluribus explicatur, id omne Epictetus duobus his verbis, quæ etiam frequentissime usurpabat, comprehendere est solitus: SUSTINE ET ABSTINE. *Patriam hic vir Hierapolim Phrygiæ urbem habuit. Romæ Epaphrodito cuidam, Neronis familiari, serviit; atque ad Marci usque Antonini tempora pervenit. Domitiano autem imperante, ejus dominatu offensus, Roma Hierapolin**) *migravit; ratus verum esse quod est apud Tragicum: Patriam esse cujusque, ubi quis recte ageret. Tanta vero apud omnes homines ejus vitæ admiratio extitit, ut Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus ob ejus auctoritatem veniisse tradat. Nos ad te nunc non lucernam Epicteti, sed ejus imaginem animi, quæ multo plus lucis habeat,* Laurenti, *mittimus. Nam quum universam tuæ pulcherrimæ bibliothecæ supellectilem, quam tute nobis utendam concessisti, nuperrime scrutarer; hoc unum merito opusculum, quasi ex horto floseulum, quod tibi offerrem, delibavi. Hic enim unus est liber, nisi me opinio fallit, qui & naturæ isti tuæ ad magna quædam semper atque ardua excitatæ, & his tam duris temporibus, quibus te undique fortuna exercendum accepit, maxime omnium conveniat. Vale.*

*) Immo Nicopolin Epiri, ut satis notum. SCHW.

EPICTE-

EPICTETI ENCHIRIDION

ANGELO POLITIANO INTERPRETE.

CAP. I. [Nobis Cap. I. 1. 2.]

Quæ in Nobis sint, quæve non: qualiave quæque sint.

Eorum quæ sunt, partim in nobis est, partim non est. In nobis est opinio, conatus, appetitus, declinatio, & (ut uno dicam verbo) quæcunque nostra sunt opera. Non sunt in nobis, corpus, possessio, gloria, principatus, & uno verbo, quæcunque nostra opera non sunt. Quæ igitur in nobis sunt, naturâ sunt libera, nec quæ prohiberi impedirive possint. Quæ in nobis non sunt, ea imbecilla, serva, & quæ prohiberi possint, atque aliena.

CAP. II. [Nobis Cap. I. 3.]

Quid ex eorum quæ Nostra, quæque Aliena sint, ignoratione notitiaque eveniat.

Si, quæ naturâ sunt libera, serva putabis, & aliena quæ sunt, propria, impedieris, dolebis, turbaberis, incusabis Deos atque homines. Si vero quod tuum est, id solum tuum esse putabis, & alienum quod revera est, alienum; nemo te coget unquam, nemo prohibebit, ne-

minem culpabis, neminem accusabis, invitus nihil ages, nemo te lædet, inimicum non habebis.

CAP. III. [Nobis Cap. I. 4.]

Quod Aliena omittenda, Nostra curanda; quodque utraque adsequi non est.

Si ergo talia expetis, memento non oportere modice commotum ea attingere, sed partim omnino dimittere, partim in præsentia rejicere, ac primo tui ipsius curam agere. Si autem & hæc ipsa velis, regnare scilicet, dives esse, & domesticos dirigere; fortasse neque hæc ipsa consequeris, quia priora quoque expetis: illa vero nullo modo consequeris, quæ sola homini felicitatem pariunt.

CAP. IV. [Nobis Cap. I. 5.]

Quo nos pacto in aspera quavis imaginatione gerere oporteat.

Continuo igitur in quavis aspera imaginatione disce considerare, imaginationem esse illam, neque id omnino esse quod videtur. Deinde scrutare id, & examina his regulis, quas habes; primâque hac & maxime, utrum circa ea sit, quæ sunt in nobis, an quæ non sunt. Quod si circa aliquod eorum sit, quæ in nobis non sunt, promptum hoc esto, Nihil ad me.

CAP. V. [Nobis Cap. II.]

Quomodo tractanda sint, quæ in Nobis sunt.

Memento, adpetitus promissionem esse, ut consequaris quod appetis: declinationis autem promissionem, ut in id non incidas quod declinas. Qui ergo appetitus promissione excidit, infortunatus est: qui autem in id,

id, quod declinat, incidit, male est fortunatus. Si ergo sola declinas, quæ præter eorum naturam sunt, quæ in te sunt, nunquam in id incides quod declinabis. Morbum autem si declines, aut mortem, aut paupertatem, male fortunatus eris. Aufer igitur declinationem ab omnibus, quæ non sunt in nobis, eamque transfer in ea, quæ præter eorum naturam sunt quæ in nobis sunt: appetitum vero penitus in præsentia aufer. Si enim appetis quæ in nobis non sunt, ab aliquo eorum excidas necesse est: quantum vero eorum, quæ sunt in nobis, appetere expediat, nondum tibi constat. Solo animi conatu aut avocatione utere leviter, & cum supputatione, & remisse.

CAP. VI. [Nobis Cap. III.]

Quomodo tractanda quæ in Nobis non sunt.

In unoquoque eorum, quæ aut delectant, aut utilitatem præbent, aut diliguntur, memento considerare, quale id quidque est, incipiens a minimis. Si ollam diligis, dic, ollam diligo: eâ enim fractâ, non perturbaberis. Si filium tuum amas, aut uxorem, dic te hominem diligere: mortuo enim, non perturbaberis.

CAP. VII. [Nobis Cap. IV.]

Quomodo præparari in actionibus oporteat, ut perturbatione vacemus; ac primo, per Meditationem.

Quum rem quampiam aggressurus es, redige tibi in memoriam, qualisnam ea res sit. Si lotum abis, præpone tibi quæcunque in balneo fiunt, irrorantes, inquietos, conviciantes, furantes; atque ita tutius rem aggredieris. Si autem continuo dices, lavari volo, propositumque meum, quod secundum naturam est, servare, & in quacunque re similiter, non peccabis. Hoc

enim pacto si quid inter lavandum impedimenti accidit, in promptu hoc tibi erit: Non hoc volebam solum, sed & meum propositum quod est secundum naturam, servare: non servabo autem, si molestè feram quæ fiunt.

CAP. VIII. [Nobis Cap. V.]

De Perturbatione declinanda, per eorum naturæ considerationem, quæ nos perturbant.

Perturbant homines non res ipsæ, sed rerum opiniones; ut, mors nihil terribile; alioqui & Socrati visa foret: sed quia opinio de morte terribilis, ideo illa terribilis. Igitur quum aut impediamur aut perturbemur, aut doleamus; nunquam alium accusemus, sed nos ipsos, hoc est, opiniones nostras.

CAP. IX. [Nobis Cap. V. extr.]

Ratio superioris præcepti; triplicisque hominum gradus assignatio.

Ineruditi est, alios culpare, quum quid male agat. Ejus qui jam coepit erudiri, se ipsum. Eruditi, neque alium, neque se ipsum.

CAP. X. [Nobis Cap. VI.]

Quomodo tractanda quæ de externis videntur eligenda.

Ob nullam alienam excellentiam te efferas. Si equus superbiens dicat, Pulcher sum, ferendum esset. Tu vero quum dicis superbiens, Pulchrum habeo equum; memento, te ob pulchrum equum superbire. Quid est ergo tuum, præter usum imaginationum? Ergo quum in usu opinionum secundum naturam te habebis, tum vero superbias: ob aliquod enim tuum bonum superbies.

CAP. XI.

CAP. XI. [Nobis Cap. VII.]

Quæ nobis ex Externis concedantur, quoque iis pacto sit utendum; per similitudinem.

Quemadmodum in navigatione, ubi in portum est ventum, si exeas aquatum, incidit ut cochleas in itinere aut bulbulos colligas, animum tamen ad navigium intentum habere convenit, & sæpe respicere an gubernator vocet; &, si vocet, omnia illa abjicere, ne vinctus eo conjiciaris instar pecudum: sic in vita, si pro bulbulo aut cochleola uxorcula nobis aut filiolus præbeatur, nihil sit prohibendum. Si autem gubernator vocet, curre ad navigium, relinquens hæc, neque respiciens. Si autem sis senex, nunquam procul a navigio discede, ne forte vocatus desis, inque id vinctus conjiciaris. Qui enim volens non sequitur, necessitate hoc patietur.

CAP. XII. [Nobis Cap. VIII. & IX.]

Quo pacto sine perturbatione & noxia Externis adquiescere possimus.

Ne velis, quæ fiunt, fieri ut velis; sed velis quæ fiunt, ut fiunt: & prosper eris. Morbus, corporis est impedimentum; propositi vero minime, nisi ipsum velit: claudicatio, cruris impedimentum est, propositi vero minime. Atque hoc in quocunque incidentium considera: inveniesque id alterius esse impedimentum, non tuum.

CAP. XIII. [Nobis Cap. X.]

Quod impossibilia non sunt quæ præcipiuntur, quando vires animo adversus omnia insunt.

In quocunque incidentium memento tecum ipse quærere, quam tu vim habeas ad ejus usum. Si malum habeas, vim bonam invenies; ut, ad voluptates

continentiam: si labor offeratur, invenies robur: si convicium, patientiam. Atque hoc pacto assuetus, ab imaginationibus non perturbaberis.

CAP. XIV. [Nobis Cap. XI.]

Quales præbere nos oporteat, quum Externa amittimus.

Nunquam in re quapiam dicas, Perdidi hoc; sed, Reddidi. Puer obiit? redditus est. Ager ereptus? nonne & hic redditus est? Sed malus est vir, qui abstulit. Quid ad te, per quem repetierit qui dedit? Quousque autem tibi præbeantur, velut alienorum curam habe, ut hospitii viatores.

CAP. XV. [Nobis Cap. XII.]

Responsio ad objecta, quæ de superiori præcepto emergunt: ac regula, quâ talia eligentes, ab ærumnis non exerceamur.

Si proficere vis, dimitte has considerationes: Si rem meam neglexero, nutrimentis carebo. Nisi puerum puniam, malus erit. Præstat enim fame obire sine dolore & metu, quam in affluentia vivere cum perturbatione: præstat & puerum malum esse, quam te infelicem dominari. *) Igitur a minimis incipias oportet. Effusum est oleum; ablatum vinum? Considera, tanti abs te emi quietem securitatemque animi: gratis autem nihil adquiritur. Si autem voces puerum, cogita, posse illum non audire, aut audientem nihil eorum agere, quæ velis. Sed non tanti is est, ut propter eum tute perturberis.

CAP. XVI.

*) Pari modo in nostro cod. *Paris.* g. junguntur κακοδαίμονα ἄρξαι. At id non modo per se incommodum, sed & hoc nomine prorsus non ferendum, quod ea ratione desit imperativus, qui ad proxime sequentem dictionem requiritur. Quare Politianus bis positum verbum ἄρξαι statuit; primum in infinitivo, *dominari*; deinde in imperativo, *incipias oportet*. SCHW.

CAP. XVI. [Nobis, initium Cap. XIII.]

Contra vulgi de nobis existimationem.

Si proficere vis, ne moleste feras, si propter ea, quæ extrinsecus sunt, demens aut stultus videaris.

CAP. XVII. [Nobis Cap. XIII.]

Adversus inanem Gloriam.

Ne velis rei cujusquam gnarus videri. Et, si quibus esse aliquis videare, ne crede tibi ipsi. Scis enim, non facile esse, & propositum tuum secundum naturam servare, & iis qui sunt extrinsecus, placere: sed necesse est, ut, qui alterum curet, alterum negligat.

CAP. XVIII. [Nobis Cap. XIV. 1.]

Quibus studendum sit, quibus non sit.

Si velis liberos uxoremque tuam & amicos vivere, *) stultus es. Quæ enim in te non sunt, vis in te esse: & quæ aliena, tua. Atque ita, si puerum peccare non vis, stultus es. Vis enim, ut vitium non sit vitium. Si autem velis appetens aliquid, eo non excidere, hoc potes: hoc igitur exercere potes.

CAP. XIX. [Nobis Cap. XIV. 2.]

Quæ nos servos faciant, quæve Liberos.

Dominus cuiusque est is, qui, quæ ille vult aut non vult, potest aut dare aut auferre. Qui ergo liber esse vult, neque velit quicquam, neque fugiat eorum quæ sunt in aliis: alioqui ut serviat necesse est.

*) Græcam vocem πάντοτε bus, prætermiserat Politiani cocum nonnullis e nostris codici- dex. SCHW.

CAP. XX. [Nobis Cap. XV.]

Regula electionis præsentium, præteritorum, & futurorum, per Similitudinem.

Memento, oportere te in convivio versari: in quo si fercula ad te perveniunt, extenta manu modeste carpe. Si transit qui fert, ne eum detine: si nondum pervenit, ne procul appetitum extende, sed expecta dum ad te veniat. Sic erga filios, sic erga uxorem, sic erga principatus, sic erga divitias: erisque aliquando dignus deorum convivio. Si vero, quæ appositа fuerint, non capies, sed contemnes, tunc vero non modo deorum conviva, sed collega eris. Id enim quum facerent Diogenes & Heraclitus, atque his similes, merito & divini erant, & vocabantur.

CAP. XXI. [Nobis Cap. XVI.]

Quo pacto imaginationi moderandum circa ea quæ fugienda videntur.

Quum flentem videas in luctu, quia ejus filius aut peregre absit, aut obierit, aut bona dilapidaverit; cave ne te imaginatio corripiat, tanquam in malis sit ille, quum sit in externis. Sed statim in promptu habeto: Non hunc casus hic torquet, (quia alium non torquet;) sed opinio. Quantum igitur ad sermonem pertinet, versare audacter cum illo: quin imo &, si inciderit, simul geme: cave tamen, ne & intrinsecus gemas.

CAP. XXII. [Nobis Cap. XVII.]

Quid ad nos attineat, quidve supra nos sit; aptissima similitudine.

Memento, actorem te esse fabulæ, quamcunque is velit, qui docet: si brevem, brevis; si longam longæ.

gæ. Si mendicum agere te velit, & tunc ingenioſe age: ſi claudum, ſi principem, ſi privatum. Ad te enim pertinet, datam tibi perſonam bene agere: eligere, ad alium.

CAP. XXIII. [Nobis Cap. XVIII.]

Quo pacto & in Adverſorum expectatione imaginationi moderandum ſit.

Si corvus adverſum crocitabit, ne te imaginatio corripiat; ſed ſtatim tecum ipſe dijudica, & dic: Nihil mihi hæc ſignificant, ſed vel corpori meo, vel gloriolæ, vel natis, vel uxori. Mihi vero omnia proſpera ſignificant, ſi voluero. Quicquid enim horum incidat, in me eſt ut ex iis utilitatem capiam.

CAP. XXIV. [Nobis Cap. XIX. 1.]

Cauſa ſuperioris ſenſus, & quaſi concluſio.

Invictus eſſe poteris, ſi in nullum certamen deſcendes, quod ut vincas, in te non eſt.

CAP. XXV. [Nobis Cap. XIX. 2.]

Quæ via ad Libertatem expeditiſſima ſit.

Vide, ne quenquam, quem tu aut honore aut potentia aut fama præſtantem videas, beatum dicas, ab imaginatione videlicet corruptus. Nam ſi ſubſtantia boni in iis eſt, quæ ſunt in nobis, ibi neque invidia, neque æmulatio locum habet. Tu autem non imperator aut conſul eſſe vis, ſed liber. Vna autem via ad hoc eſt, contemptus eorum quæ in nobis ſunt.

CAP. XXVI. [Nobis Cap. XX. & XXI.]

Solutio eorum, quæ superioribus obstare videntur.

Memento, non qui conviciatur, aut verberat, injuriam facere; sed opinionem de hoc, velut injuriam facere. Quum te igitur quis irritat, tua te opinione scito irritari. Quamobrem a principio enitere, ne te imaginatio corripiat. Si enim semel per aliquod tempus eam continebis, facilius tui ipsius compos eris. Mors, & exilium, & omnia quæ terribilia videntur, ante oculos tibi continuo sunto; maxime vero omnium mors: neque quicquam unquam humile cogitabis, neque quicquam cupies nimis.

CAP. XXVII. [Nobis Cap. XXII.]

SECVNDA PARS; *Qua eum, qui jam profecerit, instituit; eaque primo dissolvit, quæ philosophari incipientibus occurrunt.*

Si Philosophiam cupis, præpara te continuo, ut irridearis, ut subsanneris a multis; ut dicant: Repente nobis Philosophus emersit; &, Vnde nobis hoc supercilium? Tu vero supercilium quidem ne habe: quæ vero tibi optima videntur, ita retine, tanquam sis a Deo in hac acie collocatus. Quod si persistes in iisdem, & qui te prius irridebant, iidem postea admirabuntur. Si vero iis terga dederis, duplici irrisione afficieris.

CAP. XXVIII. [Nobis Cap. XXIII.]

*Quod a se ipso ad externos *) conversio, Philosophi statum destruit.*

Si quando evenerit, ut ad ea, quæ extra sunt, te convertas, velisque cuipiam placere, scito, te de statu decidisse.

*) Videtur *ad externa* scripsisse, non *ad externos*. Sane sic mox perspicue in ipsius contexti versione scripsit, *ad ea quæ extra sunt*. SCHW.

cidisse. Satis igitur tibi in omnibus sit, Philosophum te esse. Si autem videri etiam vis, tibi ipsi videare, & satis erit.

CAP. XXIX. [Nobis Cap. XXIV.]

Solutio emergentium in ejus animo cogitationum, qui Philosophiam aggrediatur.

Hæ te cogitationes non crucient: Honore carebo, neque usquam ullus ero. Si enim carere honore, in malis est; (ut certe est:) non potes in malo esse propter aliud, non magis quam in turpi. Nunquid igitur tuum opus est, principatu potiri, convivio accipi? Minime. Quomodo igitur hoc est honore carere? Quomodo vero neque usquam ullus eris, quem in iis solis esse oportet, quæ sunt in te, in quibus tibi ipsi maxime *) esse licet? Sed amicis prodesse non potero? Quid tu ais, prodesse? Non habebunt abs te argentum? neque eos cives Romanos facies? Quis tibi ergo dixit, esse hæc in nobis, & non aliena opera? Quis autem potest dare alteri, quod ipse non habet? Posside igitur, inquit, ut & nos habeamus. Si possum possidere servans verecundum, fidum, & magnanimum; ostende viam, & possidebo. Si vero æquum ducitis, mea me bona perdere, ut vos quæ bona non sunt acquiratis, vos ipsi videte, quam iniqui fitis, quamque ingrati. Quod si fidum verecundumque amicum argento præponitis, in hoc vos mihi opitulamini: neque ea me agere æquum ducite, quibus hoc perdam. Sed patria, quantum in me erit, adiumento carebit. Rursus, quod tu hoc ais adiumentum? Porticus non habebit per te, neque balneas? Quid tum? neque enim calceos habet per cerdonem, neque arma per fabrum? Satis est autem, si suum quisque opus expleat. Quod si ei quempiam alium compares civem fidum

*) Vide, ne *maximi* scripserit, aut *maximo*. Schw.

fidum & verecundum, nihil-ne ei prodes? Utique. Neque tu igitur inutilis illi eris. Quo igitur ordine in civitate ero? Quo poteris, servans simul te fidum & verecundum. Quod si, dum illi prodesse velis, hæc perdas, quem tu illi usum adferes, qui impudens infidusque evaseris?

CAP. XXX. [Nobis Cap. XXV.]

Continuatio eorum solutionis, quæ philosophari incipientem impediunt.

Præpositus tibi est quispiam in convivio, aut in salutatione, aut in consilio? Si hæc bona sunt, gaudere te oportet, quia his potitus sit ille: si mala, ne ægre fer, quia tibi non acciderunt. Memento autem, non posse te, hæc solummodo facientem, paria cum cæteris consequi in his quæ in nobis non sunt. Quomodo ergo paria habere potest, alicujus fores non frequentans, cum eo qui frequentat; non deducens, cum deducente; non laudans, cum laudante? Injustus igitur eris atque inexplebilis, si his nequaquam relictis, quibus illa emuntur, ea gratis volueris. Sed quanti emuntur lactucæ? Obolo, si ita contingat. Vt igitur, quum quis obolum præbens accipiat lactucas, tu non præbens non accipias, haud minus habere te censes eo qui accipit: (ut enim ille habet lactucas, sic tu obolum non dedisti:) eodem modo hic evenit. Non vocaris ad cujusquam convivium? Non enim, quanti convivium emitur, dedisti. Laude id vendit; ministerio vendit. Da igitur, si tibi conducit, quanti emitur. Quod si & illa amittere non vis, & hæc accipere, inexplebilis es, & stolidus. Nihil igitur habes pro coena? Nempe habes, quod non laudas quem non vis: quod non ea perfers, quæ ad ejus limen perferuntur.

CAP. XXXI.

CAP. XXXI. [Nobis Cap. XXVI.]

Quæ sint communia etiam ex Naturæ voluntate.

Voluntas naturæ perpendi ex his potest, in quibus alteri ab alteris non differimus. Velut, quum alienus puer fregerit poculum, in promptu statim est, esse id ex iis quæ fiunt. Scito igitur, quum tuum fuerit fractum, talem te esse oportere, qualis fueris, quum alienum frangeretur. Idem ad majora quoque transfer. Alienus obiit filius, aut uxor: nemo est qui non dicat, humanum id esse. Sed quum suus cujusque obiit, statim, Hei mihi! &, Me miserum! Oportebat autem meminisse, quid nobis accidat, quum de aliis idem audimus.

CAP. XXXII. [Nobis Cap. XXVII.]

Mali naturam in mundo non esse.

Quemadmodum non ideo sagittarii signum figitur, ut non attingatur: sic neque mali natura in mundo fit.

CAP. XXXIII. [Nobis Cap. XXVIII. & XXIX. 1.]

Quæ putanda sit Animi perturbatio; quidve agendum, ne in eam incidamus.

Si quis tuum corpus imperium habenti traderet, ægre ferres. Quod autem tu tuam mentem cuivis tradis, ut, quum tibi convicia dicuntur, perturbetur illa & confundatur, nonne te pudet? Quidquid igitur aggressurus es, ejus initium primo, tum quid deinceps sequatur, considera: atque ita rem aggrediare. Id si non feceris, nunquam ipsam prompte aggredieris, nihil eorum cogitans quæ futura sunt. Postmodum vero, cum quædam apparebunt turpia, pudore afficieris.

CAP. XXXIV.

CAP. XXXIV. [Nobis Cap. XXIX. & seqq.]

Efficax considerandi exemplum, quid quaque in re, quam simus aggressuri, accidere possit.

Vis Olympia vincere? Et ego, per Deos; magnificum enim est. Sed considera & initia & consequentia, atque ita rem aggredere. Oportet bene se instituere, necessariis vesci, abstinere condimentis, exerceri ad necessitatem, ad præscriptam horam, in æstu, in frigore, frigidam non bibere, non vinum, si ita ferat res; totum te denique præfecto ipsi, ceu medico, tradere: tum in certamen prodire, & interdum manum vulnerari, talum distorqueri, multam haphen deglutire, interdum vero & flagellari; postque hæc omnia superari. His animadversis, si adhuc vis, abi certatum: sin minus, instar puerorum deges, qui nunc palæstritæ ludunt, nunc gladiatores, nunc tuba canunt, mox tragoedum agunt. Ita & tu nunc athleta, nunc gladiator, nunc orator, nunc philosophus; toto vero animo nihil: sed velut simius, quicquid cernis, imitaris; aliudque ex alio tibi placet. Non enim cum animadversione rem aggressus es, neque circumspectans, sed temere, & per frigidam cupiditatem. Sic nonnulli quum philosophum intuentur, aut quum a quopiam audiunt, Bene Socrates dicit, & qui potest dicere ut ille? volunt & ipsi statim philosophari. Homo considera primo, quænam aut qualis sit ea res quam aggrederis: deinde naturam tuam consule, utrum id tolerare possis. Vis esse luctator, aut pentathlus? Aspice brachia tua, aspice lumbos, aspice femora. Aliud enim aliis aptum rebus natura parens largita est. An te censes, hujusmodi rebus studentem, eodem modo vesci posse, eodem modo potum sumere, eodem modo irasci, eodem modo moerere? Vigilare oportet, laborare, secedere a propriis bonis, a pueris contemni, derideri ab omnibus, universis in rebus minus auctoritatis habere, in honore, in magi-

stratu,

stratu, in judicio, in cæteris omnibus. Hæc, inquam, omnia considera; &, utrum pro his indolentiam, libertatem, quietem malis, animadverte. Quod ni malis, cave ea aggrediaris; ne instar puerorum, modo Philosophus, modo publicanus, paulo post rhetor, postremo Cæsaris procurator fias. Hæc invicem nequaquam conveniunt. Illud oportet, hominem esse te vel bonum vel malum: aut ad interiora te vertas necesse est, aut ad exteriora: vel Philosophi locum teneas, vel idiotæ.

CAP. XXXV. [Nobis Cap. XXX.]

Quod Officia a Natura ducuntur; quodque, ut se quisque adversus quempiam habeat, considerantur. Tum de Officiis erga Homines.

Officia habitibus pensantur. Pater appellatur: curandus est; cedendum ei in omnibus; ferendus, quum aut objurgat, aut verberat. Sed malus pater est? At natura te non bono patri, sed patri conciliavit. Frater injurius est? Vide, quo tu loco sis, non quid ille faciat. Propositum tibi est, ut secundum naturam tu facias. Nemo enim te lædit, nisi volentem: tum læsus eris, quum te lædi opinaberis. Sic ergo a cive ad civem, a vicino ad vicinum, ab imperatore ad imperatorem officium invenies, si considerare habitus assuesces.

CAP. XXXVI. [Nobis Cap. XXXI.]

Officia erga Deos.

Pietatis erga Deos id maximum esse scito, ut de ipsis bene sentias; putesque & eos esse, beneque ac recte gubernare: tum ut ita te compares, parêre eis, atque omnibus cedere quæ fiant, neque invitum sequi, quasi omnia ex optimo consilio efficiantur. Hoc enim pacto neque Deos unquam culpabis, neque incusabis, qua-

quasi neglectus. Id vero aliter efficere non potes, nisi ab iis te avoces, quæ in nobis non sunt; inque iis tantum, quæ sunt in nobis, bonum ac malum ponas. Quod si eorum aliquid bonum esse aut malum opineris, necesse est, ut, quum ea non consequaris quæ velis, aut in ea incidas quæ nolis, conqueraris, atque oderis ejus rei causam. Omne ad hoc animal natum est, ut, quæ noxia videntur, eorumque causas, fugiant, atque ab his avertantur; utilia vero, & eorum causas, quærant atque admirentur. Non potest igitur, qui se lædi putat, eo quod lædere videtur gaudere: unde et ipsa læsione gaudere impossibile est. Vnde et patri filius conviciatur, quum his, quæ bona videntur, filium non impertit. Et Polinicen atque Eteoclem hoc inter se discordare compulit, quod tyrannidem bonum esse putabant. Propter hoc agricola conviciatur diis, propter hoc nauta, propter hoc mercator, propter hoc ipsum quibus aut uxores aut liberi interiere. Vbi enim utilitas, ibi pietas. Quamobrem, qui ea curat appetere atque evitare quæ oportet, is eo tempore etiam pietatem curat. Libare autem et sacrificare secundum patrios mores unumquemque decet pure, absque lascivia, absque negligentia, non parce, non supra facultatem.

CAP. XXXVII. [Nobis Cap. XXXII.]

Qualem se ad Divinationem adhibere, de quibus Vatem consulere, quomodo divinationibus uti oporteat: in quo simul et officium erga Deos et erga nos ipsos existit.

Quum ad Divinationem accedis, memento, ignorare te quid sit eventurum, atque ideo vatem adire, ut ex eo id audias. Quale autem quidque sit, si philosophus es, non ignoras. Si enim ex iis est, quæ in nobis non sunt, necessarium profecto est, neque bonum id esse, neque malum. Tolle igitur abs te, quum vatem adis, appetitum ac declinationem: aliter enim tremens va-

vatem adibis. Sed quum noris, quicquid eventurum sit, susque deque esse, & nihil ad te; licebit, quodcunque id sit, eo bene uti; neque te quisquam prohibebit. Fidens igitur deos, tanquam consultos, adi. Mox, ubi tibi quid consuluerint, memento, quos in consilium acceperis; quibusque sit obaudire, nisi parueris. De his autem (ut & Socrates dictabat) consulendus est vates, quorum omnis consideratio relationem ad exitum habet; cujus cognoscendi occasio neque ex ratione nobis, neque ex arte aliqua, sit præbita. Quamobrem quum tantum periclitandum tibi fuerit cum amico aut cum patria; ne consule, an periclitaturus sis. Nam si tibi vates dixerit, adversa apparuisse exta, manifestum est aut mortem significari, aut corporis impedimentum, aut exilium. Sed dictabit ratio, teque confirmabit, ut cum amico & patria pericliteris. Maximo igitur vati, hoc est, ipsi Pythio intende, qui eum de templo expulit, qui amico opem non tulerit.

CAP. XXXVIII. [Nobis Cap. XXXIII. 1-3.]

Officia erga Nos ipsos: ac de iis primo, quæ ad morum constantiam faciunt, quæve eam impediunt: & de Sermone inprimis ac Silentio.

Statue tibi ipsi formulam quandam ac regulam, quam deinceps serves, & quum tecum ipse es, & quum in homines incidis. Silentium sit plurimum; loquere necessaria, & paucis, & raro. Aut quandoque, quum te ad aliquid dicendum tempus vocat, dic quidem, sed non de quavis re, non de gladiatorum pugna, non de cursu equorum, non de athletis, non de epulis vel poculis singulatim: maxime vero omnium non de hominibus, vituperans, aut laudans, aut cum cæteris judicans. Si igitur possis, demuta eorum sermones, qui

tecum sunt, in id quod deceat. Quod si inter extraneos te deprehensum videas, tace.

CAP. XXXIX. [Nobis Cap. XXXIII. 4.]

De Risu.

Risus neque multus sit, neque ob multa, neque solutus.

CAP. XL. [Nobis Cap. XXXIII. 5.]

De Jurejurando.

Jusjurandum refuge, si possis, prorsus: si minus, quum licet.

CAP. XLI. [Nobis Cap. XXXIII. 6.]

Adversus Cupiditatem; ac primo, de Conviviis.

Convivia cum extraneis ac vulgaribus respue. Quod si quando tempus incidat, intentum habe animum, ne in vulgarem statum defluas. Scias enim, necessarium esse, qui cum inquinato conflictetur, & ipsum inquinari.

CAP. XLII. [Nobis Cap. XXXIII. 7.]

De eorum, quæ ad Corpus pertineant, usu.

Quod ad corpus attinet, ad purum usque usum sume; velut cibum, potum, vestem, domum. Quod autem ad gulam aut delicias pertinet, penitus circumscribe.

CAP. XLIII.

CAP. XLIII. [Nobis Cap. XXXIII. 8.]

De re venerea.

Circa rem veneream, quantum in nobis sit, ante nuptias pure agendum est. Quod si cogimur, quæ tamen sunt legitima, assumenda. Ne sis tamen molestus utentibus, neque redargutor; neve sæpius objice, te non uti.

CAP. XLIV. [Nobis Cap. XXXIII. 9.]

Adversus iracundiam; & quales nos erga Detractores præbeamus.

Si quis ad te deferat, Ille de te male dicit; ne excusa quæ dicantur, sed responde: Ignorat ille & alia quæ mihi adsunt mala, alioqui non sola hæc diceret.

CAP. XLV. [Nobis Cap. XXXIII. 10.]

De Spectaculorum cupiditate.

Ad Theatra sæpe accedere necessarium non est. Quod si quando tempus incidat, cave, ne cuiquam magis studere videaris, quam tibi. Velis, quæ fiunt, ita fieri, ut fiunt: eum tantummodo vincere, qui victor fuit. Status autem ne sit gravis, sed constans cum quadam lætitia. Egressus spectaculo, multa de his, quæ facta sint, ne disputa, quando ad te corrigendum non faciunt; neque de omnibus sermonibus, qui dicti sint.

CAP. XLVI. [Nobis Cap. XXXIII. 11.]

De Auscultationum cupiditate.

Ad recitantes ne accede, neque his vel raro intersis. Quod si intersis, gravitatem constantiamque ita serva, ut molestia vaces.

CAP. XLVII. [Nobis Cap. XXXIII. 12.]

De congressu cum Potentioribus.

Congressurus cum aliquo, & eorum præsertim qui potentiores videntur, præpone tibi, quid in hoc feciſſet Socrates aut Zeno. Neque dubitabis, quo te pacto gerere oporteat.

CAP. XLVIII. [Nobis Cap. XXXIII. 13.]

Quomodo præparare nos debeamus, Potentiorem adituri.

Quum aditurus quempiam eorum es, qui magna poſſunt, præpone tibi ipſi, fore ut non admittaris intro ad eum, ut excludaris, ut tibi fores non pateant, ut te ille negligat. Tum cogita, an cum iis eum adire expediat. Vbi adieris, fer quæ fiunt: neque tu tecum dicas unquam, Talia non merebar. Vulgare enim eſt, quæ extrinſecus ſunt, calumniari.

CAP. XLIX. [Nobis Cap. XXXIII. 14-16.]

De Congreſſibus cum plurimis.

In congreſſibus abſit, ut de tuis aut operibus aut periculis nimium atque immodice memineris. Non enim, quemadmodum tibi de tuis periculis meminiſſe, ita & aliis, quæ tibi acciderint, audire eſt jucundum. Abſit etiam, ut riſum moveas: eſt enim res vulgaris, & neſcio quo modo ducit ad vilitatem: & hæc unà venerationem, qua te proſequantur qui adſint, remittere poteſt. Nonnunquam vero & in ſermonis obſcoenitatem trahit. Quod ſi quando incidat, tum, ſi res & tempus fert, obſcœnitate utentem increpa: ſin minus, at ſaltem taciturnitate & rubore oſtende, eum te ſermonem ferre iniquo animo.

CAP. L.

CAP. L. [Nobis Cap. XXXIV.]

Quomodo resistendum Voluptati.

Quum voluptatis cujuspiam imaginationem capis, quemadmodum in cæteris, serva te ipsum, ne ab ea corripiaris. Sed excipiat te res ipsa, atque aliquod tute spacium cape. Tum utrumque tempus animo voluta, & quo voluptate potieris, & quo jam potitus, pœnitentia adficieris. Teque ipsum tute increpa. His vero oppone, quantopere, si abstinueris, gaudebis, teque ipsum tute laudabis. Quod si res postulare videtur, ut rem aggrediaris; cave, ne suis te blandimentis atque illecebris superet. Tum oppone, quam melius sit, hujus certaminis victoriam tibi ipsi conscire.

CAP. LI. [Nobis Cap. XXXV. & XXXVI.]

Agendum bonum propter se ipsum, reliquis neglectis; ac primo dæ Justitia.

Quum judicaris faciendam tibi rem, idque facias; ne da operam, quo minus te facientem alii videant, etiamsi aliud quippiam ea de re multi sint opinaturi. Si enim non recte facis, ipsum opus fugiendum est: si recte, ne metue increpaturos non recte. Vt enim hoc, Aut dies, aut nox est, adversus disjunctum magnam habet dignitatem; adversus autem conjugatum, indignitatem: sic & majorem partem eligere, magnam erga corpus dignitatem habet; ad servandam autem quam in convivio communionem oportet, indignitatem habet. Si quando igitur cum aliquo convivaris; memento, ne ad eorum quæ apposita sunt dignitatem adversus corpus aspicias: sed adversus quoque animum, qualem decet convivam, te serva.

CAP. LII. [Nobis Cap. XXXVII.]

Quod non bonum simpliciter, sed quod nobis faciat, eligendum.

Si personam induisti supra tuas vires, neque eam sustines, &, quod implere potueras, omisisti.

CAP. LIII. [Nobis Cap. XXXVIII.]

Quomodo animum vel ab irrationalibus affectibus vel a suo perverso judicio servemus.

Inter deambulandum quemadmodum caves, ne clavum calces, aut pedem distorqueas: ita cave, ne quod in te ipso dominatur, offendas. Et hoc si in quavis re servemus, tutius illam aggrediemur.

CAP. LIV. [Nobis Cap. XXXIX.]

De eorum, quæ ad Corpus pertineant, possessione.

Modus possessionis unicuique corpus est, velut pes calcei. Si in hoc ergo consistas, modum servabis: si excedas, in præceps feraris necesse est. Velut in calceo, si supra pedem extendas, fit aureus calceus, deinde purpureus, deinde punctabundus. Nullus enim terminus est, ubi modum semel excesseris.

CAP. LV. [Nobis Cap. XL.]

De officio & cura erga Vxorem.

Mulieres statim a decimo quarto anno dominæ vocantur: his enim viri ob concubitum blandiuntur. Virorum ergo culpâ sibi deinceps nimis placent. Monendæ igitur sunt, fore apud nos in honore nihil ob aliud, nisi si modestæ sint, & virum revereantur.

CAP. LVI. [Nobis Cap. XLI.]

Degeneris signum; deque nimio Corporis cultu.

Degeneris signum est, insistere iis quæ corporis sunt, ut, plurimo exercitio, plurimo corporis cultui. Sed

Sed & consensus cujusdam supervacanei signum est: quibus enim gaudemus, cum iisdem consentimus. Oportet igitur nimiam corporis curam velut abs re esse arbitrari: maxime vero curam ejus habere, quod ipso utitur corpore.

CAP. LVII. [Nobis Cap. XLII.]

Præceptum ad Patientiam & Mansuetudinem.

Quum quisquam tibi male facit aut dicit, memento, illum suo se officio fungi arbitrantem facere aut dicere. Esse igitur non potest, ut is, quod tibi videtur, sequatur, sed quod sibi ipsi. Quod si male sibi videtur, ipse læditur, qui & deceptus est. Verum enim conjugatum, si quisquam falsum arbitretur, non conjugatum ipsum læditur, sed qui decipitur. Si ab his igitur movearis, mitem te adversus conviciantem præbebis. Loquere igitur: sic in quavis re ipsi est visum.

CAP. LVIII. [Nobis Cap. XLIII.]

Quod res omnes partim alteræ alteris consentiunt, partim dissident.

Omnis res duas habet ansas: alteram, qua ferri possit: alteram, qua non possit. Frater si injurius sit, ne eum inde capias, quod scilicet est injurius; hæc enim ejus ansa est, qua ferri non possit: sed inde magis, quod frater est, quod tecum educatus; atque ita inde eum capias, unde ferri possit.

CAP. LIX. [Nobis Cap. XLIV.]

De sermonum congruentia.

Hi sermones non congruunt: Ego sum ditior te; ego igitur melior sum. Ego sapientior te, ego igitur

melior te. Hi autem magis congruunt: Ego te ditior sum; mea igitur possessio, quam tua, melior est. Ego te sapientior; mea igitur oratio, quam tua, melior. Tu vero neque possessio es, neque oratio.

CAP. LX. [Nobis Cap. XLV.]

De judicio rerum exacto.

Lavatur quis cito? Ne dicas, male eum lavari, sed cito. Bibit quis multum vini? Ne dicas, Male; sed, Multum. Nisi enim ejus consilium scias, unde scis, an male? Sic enim accidet, ut aliorum adprehensivas imaginationes accipiamus, aliis autem assentiamus.

CAP. LXI. [Nobis Cap. XLVI.]

Adversus gloriam atque Ostentationem; & primo circa Scientiam.

Nullo modo te ipsum dixeris Philosophum; neque multum loquere inter eruditos de speculationibus: sed fac aliquid ex ipsis speculationibus. Veluti, in convivio, ne dic quo pacto oporteat comesse; sed comede, ut oportet. Memento enim, & Socratem undecunque abstulisse ostentationem. Quod si de aliqua speculatione sermo inter ineruditos incidat, tace ut plurimum: magnum enim periculum est evomere quæ non concoxeris. Et quum quis dixerit, te nihil scire, idque te non remordeat, tum scito initium esse operis. Nam & oves non herbam evomentes pastoribus ostendunt, quantum comederint; sed cibum intus concoquentes, vellera extra ferunt & lac. Et tu igitur ne speculationes ineruditis ostenta, sed ex his concoctis opera.

CAP. LXII.

CAP. LXII. [Nobis Cap. XLVII.]

Adversus sobrietatis tolerantiæque ostentationem.

Quum attenuato sis corpusculo, ne tibi ob id place. Neque, si aquam bibas, ex quavis occasione dic, Aquam bibo. Sed cogita, quam sint mendici abstinentiores nobis, quamque tolerantiores: tum quod alia non habeamus bona, quæ alii habent. Quod si exerceri velis ad laborem ac patientiam, tecum ipse hoc fac: neque ab externis videri velis, ut qui vim patientes a potentioribus, quo populum convocent, statuas inscendunt, & se vim pati clamant. *) Ostentator enim totus extra vergit, & patientiæ atque abstinentiæ bona destruit, quum eorum finem statuit esse multorum opinionem.

CAP. LXIII. [Nobis Cap. XLVIII.]

Descriptio triplicis habitus, Ineruditi, Philosophi, & Proficientis.

Ineruditi status & formula est: nunquam a se ipso expectare utilitatem aut nocumentum, sed ab externis. Philosophi status & formula: omnem utilitatem ac nocumentum a se ipso expectare. Signum Proficientis hoc est: neminem vituperat, neminem laudat, de nemine queritur, neminem accusat, nihil de se ipso dicit, ceu si sit aliquis, aut aliquid sciat. Quum in re quapiam aut impeditur aut prohibetur, se ipsum accusat. Et, si quis ipsum laudet, ridet laudantem ipse secum: &, si vituperet, non se expurgat. Degit autem instar valetudinarii, cavens aliquid eorum, quæ sunt in se, commovere priusquam ad soliditatem perveniat: appetitum omnem a se ipso sustulit: declinationem vero in ea tantum,

*) Temere hæc e Simplicii Comment. p. 313 seq. translata sunt; ubi quidem ab auctoris mente prorsus aberraverat ille interpres. SCHW.

tum, quæ sunt contra naturam, eorum videlicet quæ sunt in nobis, transtulit: conatu ad omnia remisse utitur: an stultus, an rudis dicatur, minime curat: utque uno explicem verbo, quasi adversarium se ipsum observat, & quasi insidiatorem.

CAP. LXIV. [Nobis Cap. XLIX.]

Quod verba propter opera.

Quum quis ideo gloriatur, quod Chrysippi sententias interpretetur, dicat ipse secum: Nisi operte Chrysippus scripsisset, nequaquam haberem unde gloriarer. Sed scripsit Chrysippus, non ut quis eum interpretaretur, sed ut secundum se operaretur. Si ergo scriptis utar, tum eorum bono fuero consecutus. Si autem interpretantem admirer, aut etiam interpretari ipse possim, Grammaticum, non Philosophum, admirer aut agam. Quid autem prodest, medicamenta quædam invenisse descripta, eaque intelligere atque aliis tradere, ipsummet ægrotantem minime eis uti.

CAP. LXV. [Nobis Cap. L.]

Quod in his perseverandum.

In proposito perseverandum, velut in lege, est. Perstа igitur, velut, si hæc transscendas, impius sis futurus. Quod si quis de te dixerit, ne cura: id enim non tuum est.

CAP.

CAP. LXVI. [Nobis Cap. LI.]

Quod ſuperſedendum non eſt, ſed quamprimum ad hæc incumbendum.

Quo te usque differs, ut jam te aliquando dignum his, quæ optima ſunt, putes, neque usquam transgredi hæc ſtatuas? Quod ſi diem de die termino adjicias, non proficis, ſed deficis. Jam nunc igitur adſueſce, ut tanquam perfectus vivas, omnibusque quæ accidant recte utaris. Et quacunque in re arbitrare propoſitum tibi certamen: neque ullum diem negligas: quo enim die non proficis, deficis. Hoc igitur pacto Socrates virorum omnium ſapientiſſimus evaſit. Quod ſi ipſe nondum es Socrates: at vivere debes, ut qui Socrates velis eſſe.

CAP. LXVII. [Nobis Cap. LII.]

Tres loci in Philoſophia, eorumque inter ſe ordo.

Primus ac maxime neceſſarius locus eſt in Philoſophia, qui ad uſum ſpeculationum pertinet; velut eſt, Non mentiri. Secundus, qui ad demonſtrationes; velut eſt, cur mentiri non oporteat. Tertius, qui ad confirmandas & proſpiciendas *) ſpectat: hoc eſt, quo pacto, & unde demonſtrare id poſſimus verum eſſe aut falſum. Igitur tertius quidem locus neceſſarius eſt ob ſecundum; ſecundus vero ob primum; maxime omnium neceſſarius, & in quo quieſcere oporteat, primus eſt. Nos vero contra facimus: tertio enim loco immoramur, inque eo omne noſtrum ſtudium conterimus.

CAP.

*) Vide, ne *perſpiciendas* ſcripſerit. Schw.

CAP. LXVIII. [Nobis Cap. LIII.]

Tres antiquorum ſententiæ in promptu habendæ: quarum prima Cleanthis, Euripidis ſecunda, tertia Platonis eſt.

Semper hæc in promptu habenda. Primum: Si renitar, malus ero, gemensque ac plorans ſequar. Secundum: Neceſſitas omnia ſurſum verſus ad divinam cauſam ducit, volentia & invita. Eam qui lætus ſequitur, is vere eſt ſapiens. Sed & tertium: O Criton, ſi ita diis placet, ita fiat. Me vero Anytus & Melitus interimere quidem poſſunt, lædere autem non poſſunt.

ENCHIRIDII EPICTETI

FINIS.

AD

AD

SIMPLICII COMMENTARIVM

IN EPICTETI ENCHIRIDION

VARIÆ LECTIONES,

EMENDATIONES ET NOTÆ

AUCTORE

IOH. SCHWEIGHÆVSER.

LIBRORUM INDEX,

e quibus ductæ sunt Emendationes & Variæ Lectiones ad Simplicii Commentarium in Enchiridion spectantes.

Ed. Ven. *est* Veneta editio princeps, *quæ anno MDXXVIII in forma quadrata prodiit; de qua dictum est in Præfatione ad criticam nostram editionem Enchiridii pag. XVI. Ea plurimis quidem mendis scatet: sed tamen probas lectiones bene multas ex eadem revocare debui, temere ab Heinsio desertas.* Wolfii conjecturæ & emendationes *continentur in ejusdem Notis, Latinæ Versioni Simplicii adjectis, quæ Basileæ anno MDLXIII impressa est. Tractavi vero etiam exemplum editionis Venetæ idem illud, quo ipse olim* Wolfius *usus erat; quod mihi e Bibliotheca publica Basileensi, quæ illud hodie possidet, commodatum erat. In cujus exempli oris cum præter eas Wolfii emendationes, quæ typis deinde excusæ sunt, aliæ passim nonnullæ ejusdem manu scriptæ legantur, ex his etiam subinde unam alteramve citavi.* Ed. Heins. *vel* Ed. Lugd. *est editio a* Daniele Heinsio *curata, quæ* Lugduni Batavorum *MDCXL in lucem emissa est; de qua copiose dixi in Præf. ad Enchir. p. XLIV sqq. Eidem editioni Lugdunensi adjectæ sunt* Cl. Salmasii *Notæ & Animadversiones, quæ quidem non ultra primum Enchiridii caput progrediuntur. Ad ejusdem* Lugdunensis editionis Paginas, *quas etiam ad oram nostræ editionis Commentarii Simplicii adnotandas curavimus, retulimus nostras Notas & Varias Lectiones: & quidem, quo facilius reperiret Lector quem-*

quemnam ad locum pertineret quævis ex noſtris Adnotationibus, quamlibet editionis Lugdunenſis paginam in tres fere partes æquales partiti ſumus, quarum primam literâ a, *mediam literâ* b, *poſtremam literâ* c, *inſignivimus.* Londinenſem Editionem *poſtquam nihil proprii habere cognovi, rarius inſpexi, & vix umquam in Notis noſtris citavi.*

Cod. Arg. *eſt codex noſter manuſcriptus* Argentoratenſis, *quem eumdem in Var. Lect. in Enchiridio partim eâdem notâ* Arg. *partim notâ* Ax. *inſignivi: de quo vide dicta in Præf. ad Enchir. p. XCI ſeq. rurſusque p. XCIII ſq.*

Pa. *eſt codex MS.* Pariſienſis, *num. MCMLIX. quem in Varietate lectionis in Epicteti Diſſertationibus notâ* Pc. *diſtinxi; ſed in Var. Lect. Enchiridii pariter, atque hic,* Pa. *inſignivi. De quo uberius dictum eſt in Præf. ad Enchir. p. LXXVII ſqq. Hunc codicem, æque ac Argentoratenſem, ipſe tractavi, & adcurate totum excuſſi.*

Pb. Pc. Pi. *ſunt iidem* Pariſienſes *codices Mssti, quos in Var. Lect. Enchir. eisdem notis diſtinxi: de quibus codicibus dixi in Præfat. ad Enchir. pag. XC ſeqq.* Pb. *eſt codex MCMLX.* Pc. *eſt cod. MMLXXII. quem eumdem in Var. Lect. Ench. partim* Pc. *partim* Pe. *nominavi.* Pi. *eſt codex Italicus, nuper Bononia Pariſios transvectus. Hi tres codices operâ & ſtudio filii noſtri Godofredi Schweighæuſer Pariſiis excuſſi collatique ſunt; & quidem, quod ad ipſum Enchiridion ſpectat, integri & continuo tenore; quod vero ad Simplicii Commentarium pertinet, nonniſi difficilioribus & controverſis in locis, quos (ſex, octo, plus minus, quaque in pagina) excutiendos prædicto juveni deſignaveram, curatiusque præ cæteris inſpiciendos commendaveram. Ex quinque iſtis Codicibus Manuſcriptis, unum codicem* Pa. *quamquam nec antiquum, nec per ſe diligenter admodum ſcriptum, ad inſtaurandam veram Simplicii ſcripturam amplius fere, quam reliqui ſimul omnes, contuliſſe, facile intelliget ſtudioſus lector. Ex eodem codice lacunam, quæ erat p.* 153 *ed. Heinſianæ, inſigni ſupplemento explere nobis licuit.*

Vha. Vhb. Vpa. Vpb. Vpc. Vpd. *ſunt libri partim* Hamburgenſes, *partim* Pariſienſes, *quos eisdem notis in Var. Lect. Enchiridii inſignivi; de quibus ibidem in Præf. p. XVII ſeqq. dictum eſt. Sunt ſcilicet impreſſa exempla* Venetæ editionis, *plurimas partim in ora, partim in ipſo con-*

contextu, emendationes & conjecturas manu adnotatas *habentia*. (*Brevitatis causſa*, *pro* Vha. & Vhb. *plerumque conjunctim ſcripſi* Vhab. *ſic* & Vpabcd. *pro* Vpa. & Vpb. & Vpc. & Vpd.) *Et his quidem libris caute utique fuit utendum; quoniam, quamquam haud dubiæ magna, ac fortaſſe plurima pars illarum Emendationum e codicibus mſstis. ductæ ſunt, tamen, quid ex Mſstis ductum eſſet, quid conjecturæ deberetur virorum doctorum, non ſemper certa quadam ratione potuit discerni. Nam in* Vhb. *quidem, itemque in* Vpb. & Vpd. *lectiones aut emendationes adlatæ nullâ prorſus notâ diſtinguuntur, niſi quod in Vpa. interdum Wolfius nominatim laudetur. At in* Vpc. *conſtanter diſtingui videntur lectiones, quæ e vetere codice ductæ, ab his quæ vel e Wolfii vel ex alterius (neſcio cujus) docti viri conjecturâ adnotatæ ſunt: quarum illæ hac notâ γρ. (id eſt, γράφεται) inſigniuntur, hæ literam* p. *adjectam habenti; quâ quidem literâ quid potiſſimum ſignificetur*, (*latinum-ne verbum* pone, *id eſt* ſcribe, corrige; *an gallicum* peut-être; *an, quia natione Britannus fuit cujus manu ſcriptæ omnes illæ notulæ ſunt, anglicum* perhaps, *ſive quid denique aliud) adſequi non potui. Interdum, ſed raro quidem, in eodem libro hæc nota* vt. *occurrit; (ut ad p.* 97. *a. ed. Heinſ. ad p.* 298. *c. &c.) ac ſemel etiam, ubi duæ adferuntur ſcripturæ, alteri adjecta eſt nota* vt. *alteri* la. (*ad p.* 283. *b.*) *ubi oboriri ſuſpicio poterat*, la. *indicare codicem* Laurentianum, *id eſt, Mediceum Florentinum*, vt. *vero* Venetum *aut* Vaticanum: *ſed id quidem minime auſim confirmare. Singularem plerumque inter ſe ſimilitudinem habent libri Vha. & Vpa. In his ſubinde diſerte monetur, e* codice manuſcripto *ductam eſſe lectionem in ora adnotatam: aliis lectionibus, in Vha. præſertim, adjecta eſt brevis nota* v. c. *quæ mihi & ipſa haud dubie indicare viſa eſt, eſſe illas lectiones e mſto codice ductas: utrum vero eisdem duabus literis* v. c. *ſignificentur duæ voces* vetus codex, *an* Venetus *aut* Vaticanus codex, *non definiam, ſed id hi viderint, quibus excutiendorum Venetorum Vaticanorumque codicum data fuerit facultas. Raro in libro* Vha. *occurrit nota* v. M. (*ut ad p.* 4. *c. ed. Heinſ. & ad p.* 12. *b.*) *qua poſſit ſignificari* vetus Manuſcr. *aut* Vatic. *vel* Venet. Mſc. *aut etiam* Vat. (*vel* Ven.) & Med. *Semel videre memini* c. M. (*ad p.* 83. *c.*) *quod poteſt* cod. Med. *valere. At hæc quidem, ut dubia prorſus, in medio relinquo. Cæterum quam plurimæ in eisdem libris* Vha. & Vpa. *lectio-*

nes laudantur, quæ, licet haud dubie e msto aliquo codice ductæ sint, nullam tamen notam, qua a virorum doctorum conjecturis dignoscantur, adjectam habent. In codice Vpd. variæ lectiones & emendationes non ultra folium 90. editionis Venetæ (quod respondet paginæ 290. ed. Heins.) progrediuntur: sed in Vhab. & in Vpabc. per totum librum usque ad finem continuantur.

De Nanfiano codice *dixi in Præf. ad Enchir. p. XLVII sq. Eo usus erat Heinsius, qui ejusdem operâ lectionem Enchiridii & Simplicii constituit in editione Lugd. Bat. MDCXL.*

Vossianus codex, *a Salmasio subinde laudatus, non erat codex manu exaratus, (non magis quam Nansianus;) sed exemplum impressum Venetæ editionis, collatum cum exemplari manu exarato, ut ipse Salmasius in Præf. ad Simpl. docuit. Erat igitur similis nostris Vhab. & Vpabcd. Et plures quidem ex eis lectionibus, quas ex illo codice citavit Salmasius, haud dubie non e codice Msto ductæ sunt, sed partim Wolfii, partim alius cujusdam viri docti, & ipsius fortasse Ger. Jo. Vossii ingenio & conjecturæ debentur.*

AD

SIMPLICII COMMENTARIUM

IN ENCHIRID.

NOTÆ ET VARIÆ LECTIONES.

Ed. Heinſ. p. 1

a ΤΙΤ. ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ. Sic recte Pa. & ex emend. quidem etiam Pi. Cæteri perperam ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ cum edd. Mox vulgo εἰς τὸ τοῦ Ἐπικτ. Ἐγχ. ſcribunt, ubi τοῦ articulum omiſi cum Pa. in quo tamen codice paulo pluribus verbis exhibetur titulus, in hunc modum: Σιμπλικίου Φιλοσόφου, εἰς τὸ Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον, Ἐξήγησις ἀρίστη.

Ad Simplicii Præfationem.

b Ἀρριανὸς. Perperam & hic & mox iterum iterumque Ἀριανὸς ſcribit Pc. & Ἀρειανὸς Arg. Pb. & Pi. quo nomine deſignari ſolebant qui Arii ſectam ſequebantur. γέγονε recte dedere Mssti. γέγονεν edd. τὸ Ἐπικτήτου Ἐγχειρ. Sic Arg. Pbc. Vhab. & Vpbc. cum ed. Lugd. τοῦ Ἐπικτ. ed. Ven. *Articulus* prorſus *abeſt* in Pa. non male.

c καὶ τοῦτο αὐτὸ opportune dedit Pa. id eſt, *hunc ipſum quoque, hunc pariter libellum.* Reliqui vulgo, minus commode, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνετ. ubi ſi

p. 1 c tenendum αὐτὸς, oportebat ὁ αὐτὸς, *idem Arrianus.* Probum est καιριώτατα, idem fere valens ac κυριώτατα, quod & Wolfio in mentem venerat, & in Vpad. adnotatum est; *opportunissima, quæ maxime ad rem faciunt, præcipua.* Μασσαληνὸν, quod ex cod. Voss. laudaverat Salmasius, dedere quinque nostri Mssti, & Vhab. & Vpb. Intelligi autem voluit idem Salmasius *M. Valerium Messalinum* eum, qui consul fuit anno urbis DCCCC, Antonini Pii decimo: quod ego nec confirmare, nec negare ausim. Articulum adjicit Arg. πρὸς τὸν Μασσαλ. quem ignorant alii. Quod vero idem Salmas. adnotavit, per participium τεθαυμακότι, quod sequitur in præterito tempore positum, diserte significari, *decessisse jam tum Epictetum, cum Messalino Enchiridion inscriberet Arrianus,* id mihi quidem haud ita perspicuum videri profiteor.

ἐν τοῖς Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν γραφόμενα εὑρίσκεται. Verbum εὑρίσκεται, cum in ed. Ven. defuisset, in ed. Lugd. e Nansiano codice adjectum est: & abest quidem pariter in codd. nostris Arg. Pb. Pc. Pi. sed recte illud tenet optimus Pa. adnotatumque pariter e vetere codice habent Vhab. & Vpabcd. Quod vero in eadem ed. Lugd. legitur ἐν τοῖς Ἀρριανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτήτου γραφομένοις, præpositionem istam περὶ unde arripuerit Heinsius, nescio: certe eam cum ed. Ven. ignorant quinque nostri Mssti, nec vestigium ejus in Vhab. aut Vpabcd. comparet. Nimirum turbasse Heinsium videtur illud γραφομένοις, quod vulgo consentientibus libris sequebatur, in dativo casu positum, qui ad ἐν τοῖς quidem percommode relatus videri poterat, sed quo fiebat ut reliquæ orationi non constaret ratio. Laboranti itaque orationi succursurus hic editor, præpositionem illam περὶ ex ingenio interposuit, memor fortasse similium A. Gellii verborum, XVII. 19. cum ait: *Arrianus —— in libris, quos de Dissertationibus ejus* (Epicteti) *composuit.* At titulus illorum librorum non erat Ἀρριανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν, sed Ἀρριανοῦ, Ἐπικτήτου Διατριβαί, vel Ἀρριανοῦ τῶν Ἐπικτήτου Διατριβῶν βιβλίον πρῶτον, δεύτερον &c. Itaque hoc loco ad ἐν τοῖς Ἀρρ. τῶν Ἐπικτ. Διατρ. per usitatissimam ellipsin intelligi debebat βιβλίοις; sed ad id, quod initio ait, τὰ δὲ αὐτὰ, inferri nunc debuit γραφόμενα.

Ad

Ad quam connexionem orationis non adtendens ani- p. 1
mum vetus aliquis librarius γραφομένοις scripsit; eâdem c
prorsus ratione, qua paulo ante pro τεθαυμακότι in codd. Arg. Pb. Pc. & Pi. τεθαυμακότα scribitur, quasi ad proxime præcedens nomen τὸν Ἐπίκτητον referretur illud participium. Quibus rationibus inductus, hoc loco γραφόμενα corrigere, nullius licet codicis auctoritate suffultus, non dubitavi.

Pro πειθομένων perperam est πυθομ. in Arg. p. 2
& Pa. nescio an & in aliis: sed recte πειθομ. habent a
omnes p. 3. a. αὐτοὺς ἀγόντων. Perperam αὐτοὺς ed. Lugd. & Lond. εἰς ἐργασίαν ἄγειν τοὺς λόγους, *sermones in vitæ actum deducere.* καὶ γὰρ καί. Al- b
terum καί, post γάρ, adjeci cum Arg. Pa. Pb. Pc. Vhab. Vpa. πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν. Temere αὐτῶν ed. Lugd. & Lond. Mox, pro ἐπεγείρεσθαι habent ἐπείγεσθαι Pa. Vhb. & Vpb. quod, quamvis speciosum, non tamen prætulerim vulgato. Pari modo διεγεῖραι habes p. 3. c. εἴ τις — — μὴ πάσχει dedit Pa. πάσχοι Vha. Vpad. Alii vulgo πάσχῃ, male.

ἀπευθυνθείη pariter recte dedit Pa. itemque Vha. & Vpad. quemadmodum voluerant Wolf. & Salmas. Perperam vulgo ὑπευθυνθείη, quod nec græcum verbum est, nec, si esset, significatum erat habiturum huic loco opportunum. Est autem ἀπευθύνειν, *dirigere, in rectam viam deducere, corrigere*, sive docendo, sive castigando. Habet Noster p. 16. b. & p. 299. b. & Hierocles Comment. in Carm. Aur. cum alibi, tum p. 74. (ed. Lond. 1742.) cum ait, τοὺς τῆς ἀρετῆς Φυγάδας τοῖς τῆς δίκης νόμοις πρὸς τὸ δέον ἀπευθύνων. Plura dabunt Lexica. Et hoc quidem loco, ubi refertur ad id quod præcessit πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν ἐπεγείρεσθαι, manifeste idem valet ἀπευθύνεσθαι atque διορθοῦσθαι.

τῷ σώματι χρώμενον ὡς ὀργάνῳ. Percommode c
rursus hoc ipsum dedit optimus noster codex Pa. itemque Vpb. eademque scriptura laudatur in Vha. & Vpa. & ex parte in Vhb. & Vpcd. (confer infra p. 4. b. p. 5. a. & bc. p. 301. b.) Corrupte τὴν τοῦ σώματος χρώμενον ὡς ὀργάνῳ ed. Ven. & codd. Arg. Pb. Pc. Pi. unde Wolfius vel τοῖς τοῦ σώματος χρώμενον le-

p. 2 c gendum censuit, vel τὸν τῷ σώματι χρώμενον. Heinsius vero invitis libris omnibus sic edidit, τῷ σώματι χρωμένην, qui, quoniam χρωμένην maluit in fœmininо, miror cur τὴν articulum abjecerit, quem dederat Veneta editio. Et percommode quidem χρωμένην scribi potuerat, ad ψυχὴν relatum, quemadmodum habes p. 5. bc. & p. 301. b. sed in χρώμενον, quod non minus commode ad ἄνθρωτον refertur, consentiunt libri omnes, excepto uno Vpc. in quo χρωμένην commendatur, scil. ex docti viri conjectura.

καὶ διὰ τοῦτο. Corrupte ἢ διὰ τοῦτο ed. Ven. & Mss. Arg. Pb. Pi. ἢ διὰ τοῦτο Pc. ἢ διὰ τοῦτο Vpc. quæ omnia proxime ex ᾗ, scilicet ψυχῇ, corrupta videri poterant; quod ipsum tamen nec cum præcedente χρώμενον convenit, nec ei quod sequitur καὶ γαμεῖν καὶ παιδοποιεῖν satis aptum est. Itaque, si conjecturâ agendum, prætulerim equidem ᾧ, (scil. ἀνθρώπῳ,) quod Wolfius suaserat, quæ vocula etiam perfacile a terminatione vocis præcedentis ὀργάνῳ absorberi potuerat. Sed tenui id quod Heinsius edidit καὶ διὰ τοῦτο, quod e cod. Nanniano accepisse ille videtur: certe & in nostro Vba. eadem particula καὶ, tamquam e vet. cod. ducta, adnotatur; eamdem vero etiam a Wolfii manu ad oram exempli editionis Ven. quo ille usus erat, adnotatam video. Cæterum nec καὶ, nec ἢ, nec aliam voculam habet h. l. noster codex Pa. &, in aliis quoque codicibus abesse h. l. particulam, observatur in Vpa. ac poterat ea sane etiam citra incommodum abesse. Mox quidem idem noster codex Pa. mendose διὰ τοῦ γαμεῖν scribit, pro διὰ τοῦτο καὶ γαμεῖν. Tum pro ἐνδίδωσι mendose εὐδίδωσι habent ed. Ven. & Ms. Pc. Post γαμεῖν fortasse intercidit μὲν particula, quæ sequenti mox δὲ respondeat. Ad rem ipsam quod adtinet, quam hic tangit Simplicius, vide Enchir. cap. 7. (ed. Wolf. c. 12.) & ibi ipsius Simplicii Commentarium.

τὴν λογικὴν δύναμιν ἀδούλευτον φυλάττειν αὐτὴν τοῦ τε σώματος. Tenui hæc, ab Heinsio sic edita, nisi quod αὐτὴν ille pro αὐτὴν posuit. Misere vero olim habitus est hic locus a plerisque librariis. τὴν λογικὴν ἀδύνατον φυλάττειν αὐτὴν scribitur in ed. Ven. & codd. Arg. Pb. Pc. Pi. At primo, pro corrupto ἀδύνατον, opportune δύναμιν dedit Pa. quod ipsum ex conjectu-

ra

ra proposuerat Wolf. atque etiam adnotarunt viri docti p. 2 c
in Vhab. & Vpad. Inveneratque, puto, idem vocabulum Heinsius in Nansiano codice. Quæ vero sequitur vox ἀδούλευτον, eam nec codex noster Pa. agnoscit, nec ed. Ven. nec illi Mssti, quos cum ed. Ven. in ἀδύνατον consentire dixi. Sed, pro δύναμιν vel ἀδύνατον, in Vpbc. ἀδούλευτον adfertur: utramque vero vocem δύναμιν & ἀδούλευτον junctam reperisse in suo codice videtur Heinsius; & junctæ quoque ex vet. cod. (sic enim adjectam in Vha. notam *v. c.* accipio) laudantur in Vha. & Vpa. sed mutata verborum serie, Φυλάττειν ἀδούλευτον αὐτήν. In Vhb. vero δύναμιν ἀδούλωτον Φυλάττειν laudatur, quod & Wolfius sua manu ad oram sui libri adnotaverat, & in Vossiano codice reperit Salmasius. Et Salmasius quidem rectius esse hoc ipsum ἀδούλωτον, quam ἀδούλευτον, judicavit: at, perinde utrumque eâdem fere notione recte dici, Kühnius docuit ad Polluc. III. 80. monens, ἀδούλευτον proprie esse τὸν μὴ δεδουλευκότα, *qui non servivit*, active; ἀδούλωτον vero passive, τὸν μὴ δεδουλωμένον, *qui non est redactus in servitutem*. Et sane ἀδούλευτον isto modo dictum videmus apud Epictet. Dissert. II. 10, 1. Sed ego quidem, ut dicam quod sentio, vereor ne neutrum horum vocabulorum locum suum commode hic tueatur: nam cum sequantur genitivi τοῦ τε σώματος & τῶν παθῶν, nec ἀδούλωτος, nec ἀδούλευτος cum nudo genitivo construi posse videtur, sed vel cum dativo, vel cum genitivo præmissa ὑπὸ præpositione; velut apud Hieroclem in Aur. Carm. p. 158. τὰ ἔσω τῆς ψυχῆς ἀδούλωτα ἄλλῳ. & p. 148. τετειχισμένην τὴν ψυχὴν ἔχειν πρὸς τὸ ἀδούλωτον ὑπὸ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων. Itaque suborta mihi suspicio est, veriorem esse illam emendationem, quam in editis Notis proposuit Wolfius, αὐτὴν in ἀήττητον mutans, ut sit τὴν λογικὴν δύναμιν Φυλάττειν ἀήττητον τοῦ τε σωμ. Vocem ἀήττητος ista notione frequentavit Epictetus Diss. I. 18, 21. & III. 6, 5 seqq. Apud Stobæum, Ecl. Eth. lib. II. p. 168. τὴν εὐψυχίαν definiunt Stoici, ἐπιστήμην ψυχῆς παρεχομένης ἑαυτὴν ἀήττητον. Et eamdem quidem vocem in Cebetis Tabula cap. 31. cum πρὸς & accusativo constructam vidimus; & habes etiam ἀήττητος χρυσῷ, cum dativo, apud Aristidem, citatum ab Henr. Steph. sub hac

p. 2 c hac voce: sed vi verbi ἡττᾶσθαι, unde formatur hoc verbale adjectivum. maxime legitima utique constructio fuerit hæc cum genitivo casu. Percommode vero abesse hoc loco pronomen αὐτὴν poterat: quod quidem si adest, idem valet ac ἑαυτὴν, (βούλεται, τὴν λογικὴν δύναμιν φυλάττειν ἑαυτὴν ἀδούλευτον) nec vero opus idcirco erat ut in αὐτὴν illud mutaret Heinsius: si abest, non minus plana fuerit oratio, βούλεται, φυλάττειν (nempe αὐτὸν, vel τὸν ἄνθρωπον, *vult, ut servet homo*) τὴν λογικὴν δύναμιν ἀήττητον τοῦ τε σώματος &c.

τῶν ἀλόγων παθῶν. Sic non dubitavi cum Wolfio corrigere. Perperam vulgo τῶν ἄλλων παθῶν. Sed manifeste opponuntur τὰ ἄλογα πάθη, & ἡ λογικὴ δύναμις. Et habes mox rursus p. 3. a. τὸ ὡς ὀργάνοις χρώμενον τῷ σώματι καὶ τοῖς ἀλόγοις πάθεσι. conf. p. 9. a. p. 40 totâ, p. 81. b. &c. Et ἀλόγων hoc etiam ipso loco diserte in cod. Voss. expressum reperisse se ait Salmasius, & habet idem vocabulum etiam Vha. sed id quidem vereor ne in utrumque horum librorum non nisi ex Wolfii notis fuerit adscitum: & in Vpa. quidem diserte Wolfii auctoritas pro ista scriptura invocatur. Mssti vero nostri omnes in mendosum ἄλλων hoc loco consentiunt. Idem error infra p. 149. b. recurrit. conf. not. ad p. 40. c.

καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν καὶ τὴν ἐκείνων χρῆσιν ἀναφέρουσαν. id est, *& quæ illorum quoque usum ad proprium suum bonum referat.* Conf. Enchir. cap. 8. extr. (Wolf. 11.) cap. 9. (Wo. 13.) cap. 10. (Wo. 14.) &c. Mirum vero est, quam multis mendis, in ipso præsertim introitu, inquinatus fuerit hic libellus a librariis. Pro χρῆσιν, perperam κρίσιν legebatur in edd. consentientibus Mssts: sed χρῆσιν corrigendum perspecte Wolfius viderat, cujus ex Notis (ut puto) commendatur etiam idem vocabulum in Vha. & Vpd. quam emendationem non negligi ab Heinsio debuisse, monuit Salmas. in Notis ad Simplic. p. 11. Conf. infra p. 40. bc. & Ind. Græc. Epict. in Χρῆσις & in Φαντασία. Eadem nomina χρῆσις & κρίσις rursus permutarunt librarii nostri p. 111. c. Quod vero ἐκείνων, quod editio Veneta recte dabat, in ἐκείνου mutavit Heinsius; id quidem non modo contra Mssstorum auctorita-

ritatem factum, qui in ἐκείνων consentiunt, (uno Pb. excepto, in quo perperam ἐκείνην scribitur) verum etiam contra rationem. Quo magis miratus sum Salmasium, novationem istam suo calculo comprobaturem, & ἐκείνου intelligentem τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ. Quanto perspectius Wolfius! „Verba, inquit, sic ordinanda sunt: καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τῶν ἐκεῖνων ἀναφέρουσαν (scil. τὴν λογικὴν ψυχὴν) πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀγαθόν.“ scilicet τὴν ἐκείνων χρῆσιν intelligens *rerum* externarum & *alienarum usum*: verissime sane, sive ἐκείνων hoc ad id retuleris quod paulo ante dixerat Simplicius, τῶν ἐν τῷ βίῳ αἱρετῶν, sive potius ad id quod proxime præcedit, τοῦ τε σώματος καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν, cum quo convenit quod mox p. 3. a. dicit, τὸ ὡς ὀργάνοις χρώμενον τῷ σώματι καὶ τοῖς ἀλόγοις πάθεσι. ubi vide quæ notamus. conf. p. 14. c. p. 2 c

μεμετρημένως. *moderate.* Sic legendum monuerat Wolf. & primus edidit Heins. consentientibus nostris Msstis. Mendose μεμερημένως ed. Ven. Sed. in Vhab. & Vpad. adfertur alia scriptura μεμετρημένων, quam quidem in *v. c.* id est in *vet. cod.* repertam fuisse indicatur in Vha. nec tamen eam ego, utut ferri posse concedam, alteri scripturæ prætulerim.

οὐδὲν δεηθέντας τὰς — — ἀμοιβὰς ἐπαγγέλλεσθαι. *non opus habentes ut ipsis promittantur post mortem virtutis præmia.* In δεηθέντας τὰς, quod (suo, puto, e codice) edidit Heinsius, consentiunt codd. nostri omnes. Mendose in ed. Ven. δεηθέντας τοὺς μετὰ legebatur, ubi Wolfius τοὺς in τοῦ mutari jussit, atque hoc ipsum in Vpa. & in Vha. ex *v. c.* adnotatum est: quod haud spernendum utique, οὐδὲν δεηθέντας τοῦ μετὰ θαν. Salmasius vero, in cod. Voss. utrumque articulum junctum fuisse ait, τοῦ τὰς μετὰ &c. quam scripturam unice probam esse ille judicavit. Mihi parum referre visum est; tenendumque istud putavi, quod libri nostri dabant. Porro vero in eodem Vha. ex *v. c.* simul pro δεηθέντας adfertur δεηθέντες, (scil. ad λόγοι relatum) quod ipsum etiam in Vpa. adnotari debuit, ubi perperam δεηθέν τε scriptum. Mox, pro κἂν πάντως, perperam κἀν πάντων erat in ed. Ven. p. 3 a

p. 3 a τὸ γὰρ ὡς ὀργάνοις — — ἐπιδιαμένουσαν μετὰ τὴν ἐκείνων φθοράν. Toto hoc loco nihil nec mutavi, nec mutandum putavi; nisi quod ex Msstorum nostrorum omnium & librorum Vhab. & Vpbcd. consensu ἐπιδιαμεν. scripsi, pro vulgato ἔτιδιαμένουσαν. At Salmasius, de hac quidem emendatione nihil suspicatus, non alium in Simplicio exstare locum intricatiorem corruptioremque judicaverat, totumque locum ex conjectura sic constituendum contendit: „τὸ γὰρ ὡς ὀργάνῳ χρώμενον τῷ σώματι, „καὶ τῶν ἀλόγων παθῶν πάντῃ πάντως χωριστὴν ἔχον „τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, καὶ ἔτι διαμένουσαν μετὰ τὴν „ἐκείνων φθοράν, ἔχει δηλονότι καὶ τὴν τελειότητα „σύστοιχον τῇ οὐσίᾳ. *Quod enim corpore tamquam „instrumento utitur, & separatam ab affectibus irratio- „nalibus suam habet substantiam, atque etiam post eo- „rum interitum remanentem, manifestum est id quoque „substantiæ suæ ac naturæ convenientem ac consenta- „neam habere perfectionem.*“ Turbaverat virum doctum, quod, ex vulgata scriptura, inter *animi rationalis instrumenta* reponerentur τὰ ἄλογα πάθη, quod illi absurdissimum visum erat. Intelligebat nempe τὰ ἄλογα πάθη *perturbationes* animi, quæ suâ naturâ *rationi* essent *adversæ;* cum intelligi debuerint animæ passiones sive adfectiones, per se quidem ratione destitutæ, sed quæ ob id ipsum, quod per se ratione carent, animæ rationalis consilio regi, ejusque imperio subjici debent: cum quo perapte convenit, ut dicamus, rationalem animam illis tamquam instrumentis uti debere; quam eamdem in sententiam paulo ante (p. 2. c.) dictum est, *debere animam rationalem sese a corpore & ab adfectionibus ratione destitutis invictam præstare.* Ne quid tamen dissimulem, poterat Salmasius in libris nostris Vha. & Vpad. præsidium nonnullum, quamquam leviculum, invenire; ubi quidem, pro τὸ γὰρ ὡς ὀργάνοις χρώμενον adnotata est scriptura ὁ γὰρ ὡς ὀργάνῳ χρώμενος, quibus verbis nota *v. c.* adjecta in *Vha.* (nempe ea scriptura librario debetur, qui non viderat, ad τὸ χρώμενον intelligendum esse ζῷον) tum vero rursus pro χωριστὴν ἔχει idem Vha. χωριστὴν ἔχων habet, eâdem notâ *v. c.* adjectâ. Quod vero τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, pro αὐτῶν, voluit Salmasius, eadem quidem suspicio Wolfio jam erat suborta, αὐτοῦ vel αὐτοῦ esse scribendum, id est, *naturam suam habet separabilem;*

sed

sed perspecte idem Wolfius continuo monuit: „Si p. 3
„αὐτῶν legis, sic ordinabis verba: ἡ λογικὴ ψυχὴ ἔχει a
„τὴν οὐσίαν χωριστὴν αὐτῶν, scilicet τοῦ σώματος καὶ
„τῶν ἀλόγων παθῶν. *Mentis ea natura est, quæ a*
„*corpore & brutis affectibus separetur;* hoc est: *aliud*
„*quiddam est mens, aliud corpus:* aliud testa, aliud
„cochlea quam testa continet.“ Ac sane, isto usu verbi χωρίζεσθαι cum genitivo, *differre ab aliquo, diversæ esse naturæ*, nihil frequentius.

Pro δῆλον ὅτι, commode unâ voce δηλονότι scribunt Arg. & Pa. Mox ὑποθῆται ed. Heins. & Lond. ὑπόθηται accentu retracto (quod perinde est) scribunt Arg. Pa. Vhab. & Vpabcd. Et Pa. quidem in contextu perperam ὑπόκειται habet, sed syllaba θη ab eadem manu inter lineas scripta. Corrupte ὑποθοῖητο ed. Ven. ubi Wolfius in suo exemplo literam η delevit. ὑποθήσοιτο vero e cod. Voss. laudavit Salmas. quod ex Vossii conjecturâ esse videtur. b

Ante τὸ οἰκεῖον commode utique staret καὶ particula, quam insertam ibi voluerunt Wolf. & Salmas. Sed eam quidem nullus ex nostris codd. agnoscit. In ἀνθρώπινον consentit Pa. cum edd. ἀνθρώπειον habent Arg. Pb. Pc. Pi. ἀπολάβοι scripsi cum Vha. (ex *v. c.*) & Vpad. Mendose alii ἀπολάβῃ cum edd.

τὸ τῶν ὑποθηκῶν καλ. παρὰ τοῖς Πυθαγ. εἶδος. Sic c
Aureorum Carminum præcepta τὰς Πυθαγορικὰς ὑποθήκας adpellat Hierocles in Præf. ad suum Commentar. Sed & aliis eâdem notione idem vocabulum usurpatum. Vide Ind. Græc. Epict. Adde Var. Lect. in Polyb. III. 14, 10. Cic. ad Att. II. 17. & Diog. Laërt. in Solone, I. 61.

τέχνην τὴν διορθωτικὴν τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς. Vide quæ notavimus ad titulum Paraphraseos Christianæ Enchiridii.

τὴν λογ. ψυχ. διεγεῖραι. τὸ τὴν λογ. Vha. (ex *v. c.*) & Vpad. commode. Mox ante φυλακὴν abest τὴν in Arg. Dein perperam & invitis msstis οἰκειῶν editum erat, pro οἰκείων.

Pro χειραγωγίαν est ψυχαγωγίαν in Pa. male. p. 4
Ad πρὸς τὸν ὁποῖον, in Vha. & Vpa. notatur πρὸς a
ποῖον, scilicet ex viri docti emendatione, minime quidem illâ necessariâ.

πρὸς

p. 4 a πρὸς ποίας ἀνθρωπίνης ζωῆς ἀρετήν. *ad cujusnam vitæ humanæ virtutem.* Nempe tria ſtatuit, ut mox intelliges, vivendi genera, quæ ſequi poſſunt homines: unum, mere animale, quod veræ hominis naturæ dignitatique repugnat; alterum, rationale, naturæ dignitatique hominis conveniens; (conf. p. 3. extr. & p. 5. b.) tertium, divinum, ſupra hominis naturam eminens. conf. p. 20. b. & c. Primum, illud eſt, quod vulgus hominum ſequitur; qui, corpus eſſe partem ſui exiſtimantes, materiæ immerſi, mancipia corporis & adfectionum ejus, veram hominis naturam dignitatemque nec norunt nec curant. Ad hos non pertinere moralia Epicteti præcepta, per ſe patet; quippe qui ea nec capiunt, nec curant. Alterum vivendi genus eorum eſt, qui, propriam hominis naturam dignitatemque in anima rationali ineſſe memores, convenienter dignitati iſti naturæ ſuæ vivere cupiunt, &, cum a rebus corporeis prorſus ſeſe abstrahere non poſſint, tamen ab imperio corporis & rerum omnium externarum liberos ſeſe præſtare nituntur. Ad horum vitam regendam conatusque eorum juvandos valere ait morum civilisque virtutis præcepta, ab Epicteto in Enchiridio propoſita. Nec vero ad tertium genus præcepta hæc pertinent, quod quidem primo ſtatim loco commemorat Simplicius; quod eorum eſt, qui ſupra hominis naturam adſcendere & ab omni corporis contagione prorſus ſoluti eſſe cupiunt: quorum ipſorum rurſus duas veluti claſſes aut duos gradus facit; unum gradum eorum, qui, a corporearum rerum contagio ſeſe abstracturi, in ſe ipſi penitus convertuntur, animis ſuis purgandis intenti; alterum gradum eorum, quos θεωρητικοὺς vocat, qui ſatis jam purgati & ſupra humanam ſortem elati, nunc prorſus divinam agere vitam, & divinarum naturarum ſimiles fieri conantur. Quo de genere vide, ſi placet, quæ Salmaſius ad hunc locum congeſſit.

b οὔτε οὖν recte ed. Heinſ. cum msstis. Perperam οὗτος οὖν ed. Ven. Mox idem Heinſius ſic edidit, καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν παθῶν εἰς ἑαυτὸν συννεύειν, temere, & invitis libris omnibus, qui cum ed. Ven. ἀπὸ ante τῶν σωμ. ignorant, & deinde καὶ ante εἰς ἑαυτὸν habent. Dein ὅλος εἶναι, quod ex conject. com-

commendaverant Wolf. & Salmasius, dederunt quatuor p. 4
Mssti Parisienses. ὅλως εἶναι edd. & Arg. quod & b
ipsum ferri poterat, & nescio an teneri debebat.
τῶν κρειττόνων. τὰ κρείττονα, vel οἱ κρείττονες (scil.
ἡμῶν. cf. p. 179. b. 214. a.) *superi, Dii, naturæ quæ-*
vis supra humanam naturam eminentes. τὰ κρείττονα
φύσει τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ait Hierocl. p. 42 extr.

τοῖς κατὰ τὴν λογικὴν μὲν ζωὴν οὐσιωμένοις.
Nunc quidem ζωὴ idem valet ac ψυχή. Nam quod
hîc κατὰ τὴν λογικὴν ζωὴν οὐσιωμ. dicit, id p. 2. bc.
& p. 5. a. alibique κατὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν οὐσιωμ.
ait. conf. p. 55. c. 60. b. 181. c. 320. a. τῇ λογικῇ ψυχῇ
vel ζωῇ opponuntur αἱ ἄλογοι ὀρέξεις p. 8. c. quas ibidem
ζωὰς τῶν σωμάτων dicit. (conf. p. 55. c.) Alibi rur-
sus ζωὴ idem ac δύναμις valet; veluti, quæ ἄλογοι ζωαὶ
dicuntur p. 181. a. easdem paulo post ead. pag. ἀλό-
γους δυνάμεις adpellat. Sic p. 8. a. κατὰ τὴν ἑαυτῶν
ζωὴν διεγειρόμενοι, idem valet ac κατὰ τὴν ἑαυτῶν
δύναμιν. Atque sic fortasse commodissime accipietur id,
quod hoc loco in quo versamur, paucis ante versibus,
de homine θεωρητικῷ dixit, τὴν ἑαυτοῦ λογικὴν ζωὴν
ὑπερτρέχων, ubi nolim quidem Wolfii improbare ver-
sionem, *vitâ rationi consentaneâ non contentus*, sed
rectius fortasse fuerit *vim suam*, vel *facultatem ratio-*
nalem exsuperans, supra rationis vim sese adtollens &
altius nitens.

μήτε μέρος τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα νομίζουσι. Sic
ed. Heins. consentiente Pa. & Vha. (ex *v. c.*) tum Vhb.
& Vpabcd. Mendose μήτε μέρος ἑαυτῆς νομιζούσης τὸ
σῶμα ed. Ven. Pb. Pc. Pi. μήτε μέρος αὐτῆς νομιζούσης
τὸ σῶμα Arg. νομίζουσι legendum ex conject. etiam
viderat Wolf. δυοῖν μερῶν. δυοῖν scripsi cum Arg. c
Pa. & Vpc. δυεῖν edd. & Pb. Pc. Pi.

συμπεφυρμένος τῇ γενέσει, *huic mundo materiali*
& mortali immixtus, eoque inquinatus. Sic ψυχὴ
πάθεσι συμπεφυρμένη, Hierocl. p. 142. & τῇ θνητῇ φυ-
σει συμπεφυρμένοι, idem p. 252. Est autem ἡ γένεσις,
mundus hic sublunaris & mortalis, quem habitant mor-
tales. Vide Suid. & Hierocl. p. 254. quæque ibi ad-
notavit Londinensis editor.

ὑπάρχων

p. 4 c ὑπάρχων dedere Arg. Pa. Pb. Pc. Vha. (ex *v. c.*) & Vpad. ut voluerat Salmaſ. Vulgo ὑπάρχον. ὁ δὲ ὄντως ed. Heinſ. cum msstis, ut corrigendum viderat Wolf. Mendoſe οὐδὲ ὄντως ed. Ven. In ms. Arg. vero hæc verba deſunt cum nonnullis præcedd. & ſeqq. οὗτος Φυλάσσει τὴν ἑαυτ. λογ. ψυχ. Vulgo οὗτος σπουδάζει, conſentientibus Pa. Pb. Pc. Pi. quod nolim damnare, nec opus puto deinde κατὰ τὴν ἑαυτ. cum Wolfio corrigere. Prætuli vero, ut exquiſitius, Φυλάσσει, quod & dedit noſter Arg. & ex vet. cod. commendarunt Vhab. & Vpbc.

p. 5 a συντεταγμένῳ recte ed. Heinſ. cum Pa. Vhab. & Vpd. ut maluerat Wolf. συντεταμένῳ ed. Ven. & mss. Arg. Pb. Pc. Pi. προτρέπουσιν ed. Heinſ. cum Pa. Vhab. (ex *v. c.*) et Vpbcd. πρέπουσιν ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. quod ex ῥέπουσιν vel τρεπ. corruptum monuit Wolf. ὁ Πλατωνικὸς Σωκράτης. Plato in Dial. qui *Alcibiades I.* inſcribitur.

b Ὁ δὲ Ἐπίκτητος ὑπόθεσιν &c. Mireris utique, nihil aliud hîc dare libros ad unum omnes, niſi ὃς ὑπόθεσιν &c. quod ferri nullo modo poſſe, recte Salmaſius monuit; quoniam manifeſte hæc, quæ ſequuntur, non ad Platonicum Socratem, ſed ad Epictetum referuntur. Ac ne ſatis quidem foret, ſi pro ὃς nude ὁ δὲ corrigere velles: diſerte adjici nomen Epicteti debuit, cum præſertim bis deinde idem nomen eâdem hac paginâ repetatur; quo minus credibile videri debuit, hoc loco, ubi magis neceſſarium erat, fuiſſe a Simplicio prætermiſſum. Quare equidem adjicere non dubitavi; attamen, utpote haud omnino certum, uncis incluſi. Quod ſi ὃς a manu Simplicii eſt, plura quædam verba, in quibus de Epicteto agebatur, ante hæc quæ hodie in libris ſuperſunt, interciderint neceſſe eſt.

Οὐδὲν δὲ ἐμποδίζει τῇ σχολῇ τῶν λόγων. Bene Wolfius: *Nihil horum ſermonum explicationi obſtat.* Eſt enim σχολὴ *disputatio* ſuper aliquo argumento inſtituta, *explicatio* quæſtionis, *interpretatio* libri: unde & diminutivum σχόλιον, *brevis interpretatio, adnotatio.* Vide Menag. ad Laërt. X. 26. & Epict. Diſ. IV. 11, 35. & III. 21, 6. Itaque quod nunc dicit τὴν σχολὴν αὐτῶν, idem eſt quod ſupra (p. 4. a.) τὴν ἑρμηνείαν αὐτῶν dixerat; quemadmodum etiam σχόλια

Suidas

Suidas ἑρμηνείας interpretatur. Exſpectaſſes tamen p. 5 b
fortaſſe τῇ σχολῇ τῇ περὶ τοὺς λόγους, ſed nil mutant libri.

γινώσκειν τε αὐτὰς. γινώσκων τε ed. Ven. male, c
& invitis noſtris libris. In τελεωσώμεθα nil variant libri, non magis quam paulo ante in τελεώσασθαι. Nec videtur tam neceſſe eſſe, quam Salmaſius contendit, ut altero loco τελειωσώμεθα, altero τελειώσασθαι legatur. εἰς ὑπόθεσιν λαμβ. Sic quidem mssti noſtri cum edd. ſed rectius videtur ὡς ὑποθ. quod non modo ex conject. commendatum eſt a Wolf. ſed & ex vetere libro (adjectâ notâ γρ'.) laudatum in Vpc. Dicimus ὑπόθεσίν τινα λαμβάνειν, & ἐξ ὑποθέσεως vel καθ' ὑπόθεσιν λαμβάνειν τι. Eâdem vero ſententiâ percommode dici poteſt ὡς ὑπόθεσιν λαμβάνειν τι: parique modo eâdemque ſententiâ p. 24. c. ait noſter, ὅπερ νῦν ὡς ὑποκείμενον εἰλήφθω. At εἰς ὑπόθεσιν λαμβάνειν τι nec commode dictum videtur, nec usquam me legere memini.

λαβὼν ἐκ τῆς ἐναργείας. *ſumens ex evidentiâ.* p. 6 a
Sic corrigere, Wolfio Salmaſioque auctoribus, non dubitavi. Vulgo quidem, conſentientibus libris noſtris omnibus, ἐκ τῆς ἐνεργείας legebatur; quod, ſi tenendum judicaveris, vertas *ex ipſa rei veritate.* At aliud poſtulabat argumentationis connexio. Satis enim adparet, hoc dixiſſe Simplicium, *non demonſtratam* eſſe a Socrate adſerti illius veritatem, ſed *abſque demonſtratione ſumſiſſe* illud Socratem; tamquam *per ſe evidens, & manifeſtum,* & ab omnibus concedendum.

ὥσπερ τῇ σμίλῃ. Reſpicit verba illa Platonici Socratis, in Alcib. I. c. 51. Τί αὖ φῶμεν τὸν σκυτοτόμον; τέμνειν ὀργάνοις μόνον, ἢ καὶ χερσίν; &c. Diſerte autem σμίλη (id eſt *ſcalprum, ſcalpellum*) in numero τῶν ὀργάνων τῶν σκυτοτόμων refertur apud Poluc. VII. 83. Scribitur vero σμύλῃ in noſtro cod. Arg. & σμήλῃ in Pa. ſed in hoc quidem primum σμίλῃ fuiſſe videtur.

καὶ τὸ ᾧ χρῆται ἄλλο, ὡς ὄργανον. Poſſit commodius videri, hîc pariter, ſicuti mox bis deinceps, ὡς ὀργάνῳ legere, id eſt, *quo utitur tamquam inſtrumento,* vel *pro inſtrumento.* Sed hoc quidem loco in

ὡς

p. 6 a ὡς ὄργανον consentiunt omnes; quod & ipsum ferendum putavi, ad ἄλλο adjectum hac sententiâ, *diversum, utpote instrumentum.*

Paulo post, sic vulgo legebatur: ἢ ἡ λογικὴ ψυχὴ, ἢ ὡς ὀργάνῳ χρωμένη τῷ σώματι. Εἶτα πάλιν &c. Nec aliter Mssti nostri. At perspecte Wolfius in versione, cum sic posuisset „*non aliud nisi animum „ratione præditum*, [*qui corpore pro instrumento uta„tur.*]" — monuit in ora, posteriora illa verba, uncis inclusa, *redundare videri.* De quibus miror nihil monuisse Salmasium. Mihi quidem persuasum est, esse ea temere olim in contextum invecta, cum ad oram veteris alicujus libri lemma aliquod hujusmodi fuisset adnotatum, ὅτι ἡ λογικὴ ψυχὴ ἡ ὡς ὀργάνῳ χρωμένη τῷ σώματι. Pariter sane hodieque in ora codicis nostri Arg. similia sparsim lemmata adscripta supersunt; verbi caussa, ad initium hujus disputationis (initio p. 6. ed. Heins.) in ora hæc adscripta: ὅτι ἡ ψυχὴ ὁ ἄνθρωπος· ἀλλ' οὐ τὸ συναμφότερον. Itaque imperite in contextum illata verba abjicere non dubitavi.

b ἐκ διαιρέσεως ἐρωτῷ τὸν λόγον. id est, *dilemmate* vel *trilemmate concludit argumentum.* Vide Ind. Epict. in Ἐρωτᾷν.

c οὐδὲ τῶν ὄντως ἡμῶν ἐπιμελεῖται. Vulgo τῶν ὄντων ἡμῶν. Ego vero haud cunctanter Salmasio obtemperandum putavi, ὄντως corrigere jubenti. (conf. ad p. 47. a.) Sic p. 4. c. ὁ δὲ ὄντως ἄνθρωπος εἶναι βουλόμενος, & ibid. κυρίως λεγόμενος ἄνθρωπος, rursusque p. 5. c. ὁ κυρίως ἄνθρωπος, denique eodem prorsus modo τῶν ὄντως ἡμῶν habes p. 59. c. & p. 60. a. Quod autem idem Salmasius ait, hoc ipso etiam loco in vetere libro ὄντως legi; si Vossianum librum dixit, (neque vero alio usus est Salmasius) vereor ne nonnisi ex Vossii conjectura ibi adnotata fuerit ista scriptura: nostri quidem libri in vulgatum ὄντων omnes consentiunt, uno Pa. excepto, in quo prorsus *omissa ista vox* est; quod quidem temere factum puto, quoniam τῶν articulus in eod. cod. adest, quem simul abesse oportebat.

NOTÆ

NOTÆ ET VARIÆ LECTIONES

AD

SIMPLICII COMMENT. IN ENCHIRID.

CAP. I.

De *Capitum Enchiridii distributione* et suo cujusque *Numero* designatione, qua in editione hac Commentariorum Simplicii usi sumus, tum de ipsa *Lectione*, quam secutus sum *in Contextu Enchiridii* per eosdem Commentarios distributo, nonnulla hic præmonere debeo lectorem. Dictum est in Præfatione ad criticam nostram Enchiridii editionem, in omnibus codicibus Commentariorum Simplicii exhiberi ipsum Enchiridii contextum, per capita aut per minores sectiones ita distributum, ut quodque caput aut quamque sectionem sequatur commentarius vel interpretatio, ad illam libelli partem spectans. In nonnullorum codicum oris (veluti in nostro Pa.) cuilibet ex illis Enchiridii capitibus adpositus est titulus, τὸ Κείμενον, id est, *Textus*, *Contextus*: tum ad initium commentarii, ad quodque caput vel sectionem pertinentis, adpositum est vocabulum Ἐξήγησις, id est, *Interpretatio* vel *Commentarius*. Eadem, quæ dixi, capita Enchiridii in aliis codicibus integra adposita sunt; ut in nostris Pa. et Pb. In aliis nonnisi priora verba, nunc plura quædam, nunc pauciora, adponuntur: quo e genere sunt nostri codices Arg. et Pc. Ex utroque genere mixtus est, ut ita dicam, codex noster Pi. conveniens fere cum eo, e quo confecta est princeps Veneta editio: de quorum codicum ratione dictum est in Præfatione nostra ad Enchirid. p. XVI. et p. XCI. sq. tum in Var. Lect. ad Enchirid. p. 106. sq. Hi scilicet usque ad medium fere librum capita Enchiridii omnia integra exhibent: et inde demum coeperunt sola capitum initia adponere. In eisdem fere, quos paulo ante commemoraveram, codicibus Arg. et Pc. qui ubique fere nonnisi initia Capitum Enchiri- p. 7 a

P. 7 a chiridii Commentariis Simplicii interserta exhibent, initio voluminis integrum Enchiridion continuo tenore descriptum est. Iam quodsi omnes isti Codices Simpliciani in *lectione contextus* constantem quamdam rationem tenerent, ex qua intelligi posset, quale fuisset exemplum quo ipse olim usus esset Simplicius: consentaneum utique erat futurum, ut in hac editione Commentariorum Simplicii exhibuissemus verba Enchiridii eodem exemplo concepta, quale ante oculos habuisse interpretem hunc constaret. Sed, quam parum inter se consentiant istorum codicum lectiones, cognoscet qui voluerit ex Varietate Lectionis in critica nostra editione ad quodque Enchiridii caput ex eisdem libris congesta. Quo accedit, quod ex ipsa Simplicii interpretatione nonnumquam intelligi videatur, habuisse hunc interpretem ob oculos lectionem diversam ab ea, quam iidem omnes, quos dixi, codices hodie exhibent. Quare cum desperassem, Enchiridii contextum eodem prorsus exemplo, quo Simplicius usus esset, e codicibus nostris posse componi: talem hic repræsentandum putavi, qualem in ipsius Enchiridii editione critica, collatis inter se omnibus codicum lectionibus, constituendum judicavissem: diversas autem lectiones, quas obtulissent singuli codices nostri, nil opus esse existimavi ex eadem illa nostra editione hoc loco repetere. Ad *distributionem Capitum* quod adtinet: sunt quidem et in editis et in manuscriptis libris omnibus pari modo per Simplicii Commentarios distributæ partes Enchiridii; sed in editione Veneta et in codd. Pb. Pc. et Pi. nullis numeris distincta capita sunt. In Heinsiana vero editione, ad eamdem partium Enchiridii per universum Commentarium distributionem adhibita est *Capitum partiendorum numerandorumque ratio* ea, qua suo fere arbitrio Wolfius in sua editione Enchiridii usus erat: quo factum est, ut nonnullæ contextus particulæ, quas ab alis separaverat Simplicius, nullo proprio numero insignirentur; aliæ contra, quas Simplicius inter se junxerat, in duo vel plura Capita dirimerentur, quorum quodque suo numero distingueretur. Sunt vero etiam in duobus e codicibus nostris Simplicianis (nempe in Arg. et in Pa.) suis numeris distincta Capita; sed ita, ut partitio, quam hi codices sequuntur,

tur, nec inter se, nec cum Wolfiana partitione p. 7
concordet, neque vero cum ipsius Simplici distribu- a
tione magis consentiat quam eadem Wolfiana ratio, quam ab Heinsio servatam dixi: nam in eisdem codicibus, haud secus ac in Heinsiana editione, occurrunt subinde particulæ contextus, quæ nullam numeri notam adjectam habent; alibi vero ea pars contextus Enchiridii, quæ juncta a Simplicio erat ac pro uno Capite habita, in duo vel plura Capita, suo quodque numero insignitum, divisa est. Qua in discrepantia confusioneque, ne novas ego turbas ciere velle viderer, consultissimum duxi, eamdem numerandorum Capitum rationem, qua Heinsius cum Wolfio usus est, tenere; ita quidem, ut ad quemque Heinsianum Wolfianumque numerum simul eum adnotarem, quo idem caput vel idem segmentum in nostra Enchiridii editione insignitum est. Simul vero haud alienum putavi adnotare, quibus numeris eadem Capita in nostris codicibus Arg. et Pa. distincta essent. Et, quoniam in hoc eram, adnotavi simul rationem, qua in aliis etiam codicibus, qui integrum Enchiridion continuo tenore exhibent, distincta Capita essent: scilicet in codice Argentinensi initio voluminis, quam partem nunc nota AA. ab altera, quam Arg. insignivi, distinguere placuit; tum in Pe. Pd. Pf. & Pg. (In Pg. tamen numerorum notæ non ultra illud caput progrediuntur, quod in eodem codice nota ζ'. distinctum est, quod respondet capiti quarto nostræ editionis.) Poterit fortasse notatio hæc diversitatis aut similitudinis, quæ in distinguendorum Capitum ratione in variis Codicibus obtinet, nonnihil conferre ad judicium ferendum de ipsorum codicum cognatione, tam horum quibus nos ipsi usi sumus, quam aliorum, quos posthac fortasse excutient viri docti, qui expoliendo huic libello partem aliquam curæ suæ voluerint tribuere. Denique, quod in ipsius Enchiridii editione adnotare neglexeram, qua parte quoque in Capite desinunt illi e nostris Codicibus, qui nonnisi initia capitum exhibent, id hac occasione supplevi: quod eo conducet, ut sciat Lector, quatenus in Varietate Lectionis, ad Enchiridion a nobis nuper congesta, quisque ex illis codicibus in unam alteramve partem vel possit testis haberi, vel non possit.

p. 7 a Prima igitur Contextus particula, ad quam pertinet prima pars Commentarii Simplicii, nonnisi priorem partem complectitur Capitis primi ex Wolfiana partitione; eamdemque partem priorem sectionis primæ Capitis primi nostræ editionis: quare ejusdem Capitis ejusdemque sectionis pars posterior, quæ deinde demum p. 32. a. sequitur, nullum numerum inscriptum habet. Exstat autem hæc prima particula in omnibus codicibus nostris integra, in eis etiam quæ alioqui nonnisi initia Capitum exhibent. Sed, age, ad ipsam Simplicii interpretationem properemus, &, quæ ad eam notanda habemus, proferamus.

b ταῦτα [γὰρ] καὶ. Particulam γὰρ & editi & scripti nostri libri pariter ignorant omnes: nec tamen eâ carere posse videbatur oratio; quare auctoribus Wolfio et Salm. eam adjeci, uncis tamen inclusam. Cogitaveram, mutata verborum distinctione satis bene fortasse procedere orationem: Ἐφ' ἡμῖν — — κύριοί ἐσμεν. Καὶ ὧν τὴν ἐξουσίαν ἔχομεν, ταῦτα καὶ ἐπ' αὐτῷ ἑκάστῳ &c. Nec tamen ea ratio satis commoda visa est. ὑπ' αὐτῆς bene ed. Heins. cum Pa. & Vhab. (ex *v. c.*) & Vpbc. Sic p. 12. a. ὑφ' ἑαυτῶν κινεῖται, et ib. b. ὑφ' ἑαυτῆς κινουμένη, et p. 23. b. ὑφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι. Sed nec male ἀπ' αὐτῆς ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. cf. p. 9. a. p. 10. a. p. 17. a. p. 22. a. Et sic vulgo ἀφ' ἑαυτοῦ aliquid facere dicitur, qui *sponte* & *suopte motu* id facit.

ἔξω κινεῖσθαι. Commodum utique foret ἔξωθεν, quod h. l. repositum Salmas. voluit, sicuti habes p. 11. c. & p. 29. a. & b. Et sane hoc ipso etiam loco ἔξωθεν adnotatum est in Vha. et Vpad. sed id quidem (ut videtur) ex doctorum virorum conjectura. Quod vero idem Salmas. mox vicissim, pro ἔξωθεν ᾖ, voluit ἔξω ᾖ, minime id necesse erat, quandoquidem nihil vulgatius quam ἔξωθεν ita usurpatum ut idem ac ἔξω valeat. ᾗ αἵρεσις αὐτὴ recte Heins. ut maluerat Wolf. Vulgo omnes αὕτη. Persæpe autem ista eodem modo inter se permutantur a librariis. c Pro τοιάνδε ᾗ τοιάνδε, habet τοιάνδε καὶ ᾗ τοιάνδε Arg. duabus lectionibus imperite in unam confusis. οἷον ὅτι ὁ πλ. Perperam deest ὅτι in Arg.

κρὸν

κἂν γὰρ ἄλλου τινὸς ἀκούσαντες. Vulgo κᾷν p. 7
παρ' ἄλλου edd. & Mssti: & præmisso ante κᾷν mi- c
nori puncto, pro *majori*, ad præcedentia quodammodo referebantur hæc verba; quo obscurabatur connexio orationis, cum ab his ipsis verbis nova periodus fuerit incipienda. Verba nonnulla intercidisse putaverat Wolfius: levi mutatione (γὰρ pro παρ' scribendo) commodissime restitui locum posse docuit Salmas. Et eodem fere modo jam correctum video in Vha. & Vpad. nisi quod hi utramque jungentes voculam, καὶ γὰρ παρ' ἄλλου scribunt. Mox, ubi est δοξάσωμεν δὲ ὅλως, melius fore δοξάζωμεν conjectaverat Salmas. ad quod proxime accedit δοξάζομεν, quod est in Vha. (ex *v. c.*) & in Vpacd. male quidem illud in indicativo, sed tamen in præsente tempore, quemadmodum deinde λέγωμεν. Ego vero non illibenter δοξάσωμεν tenui, quod dabant Mssti nostri cum editis. Tum pro ὅλως est ὅμως in Pa. quod & in Vhab. ex *v. c.* & in Vpabcd. laudatur, speciose utique, *si tamen ita existimamus;* sed exquisitius mihi ὅλως visum est, quod cum editis tenent Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. eâdem sententiâ, *si omnino, si modo.* Verba κονδῖτον πίω, ut monuit Salmasius, ex illis sunt, quæ vulgo eloqui docebantur aves humani sermonis imitatrices. Est autem κονδῖτον latina vox, notans *vinum aromatibus conditum;* de quo exstat Epigramma Palladæ poetæ, in Anthol. T. II. ed. Brunck. p. 412. Confer quæ congessit Ducange in Gloss. Græc. sub h. v.

ἡ δόξα αὕτη καὶ ἡ ὑπόληψις. Rursus αὕτη in αὐτὴ mutatum voluerat Salmasius; sed nunc quidem teneri posse vulgatum αὕτη, in quod rursus consentiunt libri, putavi; quemadmodum et mox (p. 8. a.) ἔνδοθεν οὖσα καὶ αὕτη, ubi quidem pariter αὐτὴ voluerat idem Salmas. Articulum ἡ ante ὑπόληψις, quem omisit Heinsius, agnoscunt veteres libri omnes cum ed. Ven. ἠρεθισμένον. Perperam ἐρεθισμ. ed. Ven. & Ms. Arg. Post hoc verbum vero intercidisse puto particulam μὲν, absorptam (ut sæpe usu venit) a terminatione ipsius verbi ἠρεθισμένον, quod, quoniam literæ ον extremæ voci superscriptæ erant, in μεν desinebat.

p. 8 a καὶν γὰρ ἐκεῖνο, ἐφ' ὃ ὁρμῶμεν, ἔξωθεν ᾖ, καὶν ἀφορμή τις &c. Totum locum sic ediderat distinxeratque Heinsius: Τοιοῦτον — — ὁρμὴ ἐνδοθεν οὖσα καὶ αὕτη, καὶν ἐκεῖνο ἐφ' ὃ ὁρμῶμεν ἔξωθέν ἐστι. καὶν γὰρ ἀφορμή τις γένηται &c. Vbi in ἐστὶ quidem consentiunt cum ed. Ven. Mssti nostri omnes, quod ex Simplicii usu (de quo infra ad p. 53. a. dictum) teneri etiam poterat: sed quoniam continuo γένηται in subjunctivo consentientibus eisdem libris sequitur, Salmasio more, qui ᾖ cum codice Vossiano scribendum monuit, quod ipsum etiam in Vha. & Vpad. adnotatum est. At fortasse & ἐστὶν & γίνεται scripserat Simplicius. γὰρ vero ante ἀφορμὴ nullus vetus liber agnoscit: & Mssti quidem nostri cum ed. Ven. nusquam in hac periodo particulam illam habent; sed percommode eamdem Vha. (ex *v. c.*) & Vpad. ante ἐκεῖνο, ubi eam inferui, ponunt, eumque orationis gressum indicant, quem adhibita commodiore interpunctione expressi. Eamdem rationem Salmasius ex codice Vossiano commendaverat. κατὰ τὴν ἑαυτῶν ζωήν. id est, κατὰ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. vide ad p. 4. b.

b καὶ λογική τις. καὶ vel deletum voluerat Wolf. vel in ᾗ mutatum. Sed nil mutant libri: quorum
c scripturam ferendam putavi. Mox vero verba τῆς τε ὀρέξεως καὶ, quæ ignorant quidem libri omnes, ex Wolfii conject. adjeci; nec tamen absque dubitationis significatione, quam circumpositis uncis indicavi. Nam quod Wolfii conjecturam confirmari Salmasius ait vetere libro Vossii, in quo eadem verba diserte legantur; in illo quidem libro verba ista, haud dubie, non nisi e Wolfii Notis erant ad marginem notata, quemadmodum in nostris libris Vha. & Vpa. in quibus diserte etiam monetur, verba ista interferta voluisse Wolfium. Quod vero Simplicius ait, *Stoicos* τὴν ὁρμὴν καὶ ἀφορμὴν præposuisse τῇ ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει: alii Stoici quid dixerint docuerintve, jam non quæro; illud paucis monitum velim, Epictetum quidem non constanter τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν ἀφορμὴν præponere τῇ ὀρέξει καὶ τῇ ἐκκλίσει, sed sæpe etiam illas post has nominare; nec vero (quod a Stoicis fieri solitum Salmasius absque exceptione ait, in Notis

ad

ad Simpl. p. 43.) ὁρμὴν & ἀΦορμὴν vocare illum *primos animi impetus illos, quibus aliquid concupiſcimus & averſamur;* ſed ὁρμὴν Epictetum intelligere *impetum quem capimus ad agendum*, ſive *conſilium de ſuscipienda actione captum;* ἀΦορμὴν *conſilium de non agendo*, vel *de omittendo aliquo agendi genere;* tum porro eumdem Epictetum inter ὄρεξιν & ὁρμὴν hoc discrimen ponere, ut ὄρεξις ſit animi habitus ſive motus tendens ad id quod *bonum* vel *boni efficiens* exiſtimemus; ὁρμὴ vero ſit animi habitus vel motus, cui propoſitum ſit agere vel facere id quod *conveniens* judicemus. Quo fit, ut objectum (quod in ſcholis vocant) adpetitionis ſit *res*, quæ *bona* nobis vel *utilis* videatur; ὁρμῆς objectum, *actio*, quæ *conveniens* videatur aut præ cæteris *probabilis* & *rationi conſentanea.* Quod ſi ὁρμὴν Epictetus intellexiſſet *primum animi motum*, quo pellimur oblato viſo, & ad agendum excitamur; nullo modo dicere potuiſſet, *in nobis, in noſtra poteſtate* τὴν ὁρμὴν *eſſe poſitam.* Ipſamque ὄρεξιν & ἔκκλισιν cum *in noſtra poteſtate poſitas* ait, non illam primam adpetitionem averſationemve dicit, quæ in nobis oritur, cum res quædam tamquam grata vel moleſta, bona vel mala, ſalutaris vel noxia, animo noſtro proponitur: ſed *actionem* illam *animi* dicit, qua is *ſuum facit* iſtum motum; qua, ſive revera conſideratis omnibus momentis, ſive veluti conſideraſſet omnia momenta, *ſecum decernit*, eſſe eam rem, de qua agitur, tamquam bonam vel boni efficientem expetendam, adeoque *ſuo arbitrio, ſua ſponte, & deliberato, indulget & tradit ſeſe ipſe* adpetitioni illi, quæ in eo commota eſt, aut, vice verſa, averſationi. Conf. infra, p. 49. p. 8 c

ζωαὶ τῶν σωμάτων οὖσαι. Abeſt h. l. οὖσαι in Pa. non male. Delendum etiam notavit Vha. ζωαὶ, *vires, & quaſi vita*, vel *motus animales*, conf. ad p. 4. b.

ἐΦ' ἑαυτῇ ἔχει. Perperam ἐΦ' ἑαυτῆς ed. Ven. ὅταν δὲ — — Φύσιν καὶ ἐνέργειαν ἐνεργῇ. Duo verba καὶ ἐνέργειαν, quæ cum ed. Ven. agnoſcunt Mssti omnes, temere omiſit Heinſ. tum vero pro ἐνεργῇ corrupte ἐνεργειῶν legebatur in ed. Ven. quod in ἐνεργεῖ mutavit Heinſ. & ſic eſt in Pc. & Pi. atque p. 9 a

p. 9 a etiam in *vet. cod.* quem laudat Vha. itemque in Ms. Pa. in contextu, sed in eodem Pa. recte inter lineas notatur ἐνεργῇ, quod unice agnoscunt Arg. et Pb. atque ita corrigendum jam monuerat Wolf. καὶ ἐπὶ ταύτης, scil. τῆς λογικῆς ψυχῆς. Sic scripsi cum Pa. Alii vulgo καὶ ἐπὶ τῆς τοιαύτης, minus commode. Mox ὁρᾶται καὶ ἀναμφίλεκτον (id est, *citra controversiam etiam cernitur*) recte cum ed. Ven. dant veteres libri omnes. Temere Heinsius ὁρᾶται ἀναμ-
b φιλέκτως. τί ἐστι τὸ ἐφ' ἡμῖν. Articulum τὸ, temere omissum ab eodem Heinsio, restitui ex librorum omnium consensu.

οὗ γὰρ πάντα ἔφίεται. *quod omnes naturæ adpetunt.* Id vero ipsum est *Bonum.* Est enim hæc definitio *Boni*, οὗ πάντα ἐφίεται. vide p. 235. a. not. & p. 174. a. τὸ Ἀγαθὸν πάντα παράγει. Suspicatus sum, sic scripsisse Simplicium: τὸ Ἀγαθὸν ἀγα-
θὰ πάντα παράγει, *Bonum bona omnia producit.*

p. 10 a ὡς ὑπὲρ αὐτὰ ὄντος. Perperam ὑπὲρ αὐτοῦ Pa. Mox αὐτὸ ἀρχὴ scripsi cum Arg. & vet. cod. laudato in Vha. sic & Vpad. Una voce αὐτοαρχὴ scribunt Pa. Pb. Pc. Pi. Vhb. & Vpb. quod nec ipsum spernam. Sic sane αὐτοαγαθότητες & αὐτοαγαθὰ habes p. 11. b. c. Mendose vero αὐτ' ἀρχὴ scriptum erat in ed. Ven. quod in αὐταρχὴ mutari iussit Wolf. & sic edidit Heins. δυνάμεως δὲ περιουσία. γὰρ pro δὲ habet Pa. & Vha. & Vpad. Mox ante τὰ ὅμοια πρὸ &c. vulgo καὶ ponunt, non male id quidem; sed eam partic. ex omnibus nostris Msstis nonnisi Pi. agnoscit, itaque delevi cum Arg. Pa. Pb. Pc.

τὰ καλὰ πάντα, ὅσα τε, καὶ ἐν οἷς ἐστι. Articulum τὰ dedit Pa. & Vpc. Alii vulgo omittunt, nec male. Sed καὶ particulam, quam post ὅσα τε ignorant cum editis Mssti omnes, adjiciendam omnino putavi cum Wolfio; nisi quidem aliud quoddam ulcus subsit. In Vha. (ex *v. c.*) indicatur lectio hujusmodi, οἷον καὶ καλὰ πάντα, ubi fortasse ad alienum locum relata illa vocula καὶ est, cum post ὅσα τε reponi debuisset. Et in Vpa. quidem et Vpd. καὶ post ὅσα τε inferendum adnotatur, sed id ex Wolfii præscripto. In eodem vero Vpa. alia insuper profertur

fertur conjectura: „Forte hæc omnia ita leg. οἷον κα- p. 10
„λὰ πάντα ὅσα τε καὶ οἷα ἐστί.“ Mox in αἱ ἀρ- b.
χαὶ πᾶσαι deeſt αἱ Pa.

ὅπερ γάρ ἐστιν. γὰρ abeſt ed. Ven. & Pi. Ad- c
jiciendum monuit Wolf. adjecitque Heinſ. & habent alii libri omnes. πρὸς πάντα τὰ ὄντα. Caret πάντα Pa. In μὴ καὶ ἕκαστον, caret καὶ Arg.

πληθυντικῶς περιέχονται. Sic recte ed. Heinſ. cum p. 11
Pa. & Vhab. (ex v. c.) & Vpabcd. Corrupte πολιτι- a
κῶς, omiſſo verbo περιέχονται, ed. Ven. & Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. πάντα γάρ ἐστιν recte ed. Ven. & Mssti omnes. Temere πάντῃ ed. Heinſ. Mox πληθύονται dedere codd. Arg. Pa. Pc. Sic etiam Pb. & Pi. ſed in his eâdem manu ſuperſcripta eſt ν litera, ut fiat πληθύνονται, quod habent edd. nullo quidem quoad rem discrimine. ἐνίδρυνται ed. Heinſ. cum Vhab. & Vpabcd. ἐνιδρύμεναι ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. Nude ἵδρυνται Pa. ſicut mox omnes ἐν τῇ αὐτῇ ἀεὶ μακαριότητι ἱδρύμενα. Sed compoſitum rurſus habes hac pag. c. & p. 10. c. οὐκ ἐξέστη. Vitioſe ἔξεστι Arg. αὐτοαγαθότητες et mox b
αὐθοαγαθὰ dedere Arg. Pa. Pb. Pc. Pi. Vtrobique αὐτ' ἀγαθ. ſcriptum erat in ed. Ven. quod in αὐταγ. mutavit Heinſ. auctore Wolfio.

ἀποστάντα τοῦ εἶναι αὐτοαγαθὰ καὶ ἀκινήτως ἐνι- c
δρῦσθαι. Sic ed. Ven. (niſi quod in ea αὐτ' ἀγαθὰ ſcriptum) et Mssti ad unum omnes. Temere et imperite καὶ διὰ τὸ ἀκιν. ἐνιδρ. edidit Heinſ. & poſt αὐτοαγαθὰ (ſive, ut ipſe ſcripſit, αὐταγαθὰ) comma inſeruit. ὑφιστάνειν ἑαυτὰ Pa. Vha. (ex v. c.) Vhb. & Vpabcd. quemadmodum legendum viderat Wolf. Mendoſe alii ἐφεστάνειν cum edd. Valet autem ὑφιστάνειν ἑαυτὰ idem ac αἵντια εἶναι ἑαυτῶν, quod habes in fine hujus paginæ. In διὰ τὸ μερ. καὶ ἀστ. nil mutant alii. In uno Arg. ſcribitur κατὰ τὸ μεριστὰ καὶ τὰ ἄστατα. ὅλου ἕκαστον ὅλον ἑαυτοῦ. Sic, concinnâ verborum trajectione, præiverunt Pa. & Arg. Vulgo ὅλον ἕκαστον ὅλου ἑαυτοῦ.

ἀπὸ μὲν τῆς — — ὑπέβη. Nil mutant libri: p. 12
videtur autem utique aut ὑπὸ μὲν τῆς legendum, aut τῆς μὲν absque præpoſ. ſicut mox b. ὑποβᾶσα [τοῦ ἀκινήτου. ὑφ' ἑαυτῶν δὲ κινεῖται, καὶ οὐκ ἀπ' ἄλ-

p. 12 a λων. Perinde ὑφ' ἑαυτοῦ & ἀφ' ἑαυτοῦ κινεῖσθαι recte dici vidimus ad p. 7. b. Sed ἀπ' ἄλλου κινεῖσθαι non placet: et hoc quidem loco, cum οὐχ (sic) ἀπ' ἄλλων scriptum sit in ed. Ven. & Mss. Pi. & Pc. a prima manu, atque etiam οὐχ ἀπ' (sic) ἄλλων in Arg.; videri poterat vera utique scriptura olim fuisse ὑφ' (sive ἀφ') ἑαυτῶν —— καὶ οὐχ ὑπ' ἄλλων. At οὐκ ἀπ' ἄλλων non modo tenent Pa. & Pc. sed & mox rursus p. 12. b. in οὐκ ἀπ' ἄλλου consentiunt libri ad unum omnes: quare nihil mutare ausus sum. Ac fere promiscue præpositionibus ἀπὸ & ὑπὸ uti videtur Simplicius. Sic pro eo quod p. 27. b. ait ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης ἐνδίδοσθαι, p. 19. a. ὑπὸ τῆς εἱμαρμ. dixerat. Conf. p. 30. a. & not. ad p. 75. c.

b Ἡ οὖν ψυχὴ —— κινεῖ. Sic Pa. Vhab. (ex *v. c.*) & Vpabcd. Corrupte ὅταν ἡ ψυχὴ —— κινῇ ed. Ven. & Arg. Pb. Pc. Pi. ἡ γοῦν ψυχὴ —— κινεῖ ed. Heinſ. ὑφ' ἑτέρου τινός. Poſtremam vocem veteres omnes libri agnoſcunt; temere omiſit Heinſ. κυρίως ἂν ἦν τὸ σῶμα κινούμενον. Sic Pa. & Vhab. (ex *v. c.*) & Vpabcd. ut edidit Heinſius. Sed ἂν & τὸ σῶμα deſunt in ed. Ven. & Arg. Pb. Pc. Pi. ὑποβᾶσα τοῦ ἀκινήτου. Recte hoc dedit unus noſter Pa. quemadmodum legendum monuerat Wolf. (conf. p. 12. a.) Perperam alii τοῦ αὐτοκινήτου. καὶ κατορεγομένη. Compoſitum hoc verbum, quod nihil habet quod analogiæ repugnet, communi conſenſu tuentur veteres libri omnes. Temere καὶ ὀρεγομένη ed. Heinſ.

c ὑπὸ τῶν αὐτοαγαθῶν. Et hoc dedit Ven. cum Msstis. Temere ὑπὸ αὐταγαθῶν, omiſſo artic. ed. Heinſ. διὰ τὸ μὴ εἶναι ἀγαθότητες. Exſpectaveram αὐτοαγαθότητες, ſed nil mutant libri. κἂν ἔσχον τι ed. Heinſ. cum noſtris Msstis, et Vha. ex *v. M.* qua nota alius *vetus Manuſcriptus* liber deſignari videtur. κἂν ἔχον τι ed. Ven. quod in κἂν ἔχωσί τι mutatum voluerat Wolf. conf. Not. ad p. 53. a. ἄλλου ἀντ' ἄλλου τινός. Nude ἄλλου τινός ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. ἀντ' ἄλλου τινός ed. Heinſ. cum Pa. Recte vero ἄλλου ἀντ' ἄλλου Vhab. (ex *v. c.*) & Vpabd. Eſt vero hæc definitio τῆς προαιρέσεως Peripateticorum fere; de qua confer quæ habet Suidas

das h. v. Nam Stoici aliter definiebant, προαίρεσιν p. 12
dicentes esse αἵρεσιν πρὸ αἱρέσεως, apud Stob. Ecl. c
Eth. p. 175. med. Mox προαίρεσις ἐν ἐκείνοις per- p. 13
commode dedit Pa. itemque Vha. (ex *v. c.*) & Vpacd. a
In cæteris deest ἐν. Pro καλοῖ habet καλεῖ unus Arg.

ἀδυνατήσωσι πρὸς τὴν ἄνω στροφήν, διὰ τὸ κατὰ τὴν πρὸς τὸ κάτω ἐθέλειν ἐνεργεῖν. Sententia plana; verba non satis in liquido. Vulgo omnes πρὸς τὴν ἀναστροφήν, quod Wolfio auctore in ἄνω στροφὴν mutavi, cum ipsâ sententiâ flagitante, tum eo quod sequitur, τὴν πρὸς τὸ κάτω. Nam τὴν ibi agnoscunt veteres libri omnes, quod sua auctoritate in τὰ mutavit Heinsius. At non κατὰ τὴν habent libri, sed διὰ τὸ καὶ τὴν πρὸς τὸ κάλω ἐθέλειν ἐνεργεῖν, & Heinsius διὰ τὸ καὶ τὰ πρὸς τὸ κάλω &c. ubi primum τὴν πρὸς τὸ κάτω ex ed. Ven. & Msstis nostris restitui: tum vero dictionem illam τὴν πρὸς b
τὸ κάτω (scil. στροφὴν) ἐνεργεῖν non ferendam putavi; sed, quemadmodum p. 186. ab. ἐνεργήσει κατὰ τὴν μανιώδη ἑαυτῆς ὄρεξιν dicit, sic hoc loco κατὰ τὴν πρὸς τὸ κάτω (sc. στροφὴν) ἐνεργεῖν scriptum oportuisse mihi persuasi. Parique modo perspecte jam Wolfius monuerat, καὶ κατὰ τὴν πρὸς τὸ κάτω scribendum, insertâ κατὰ particulâ: ego vero ipsam particulam καὶ, qua commode carere possumus, ex κατὰ ortam, & cum ea permutandam putavi. Supra, pro vulgato ἀναστροφὴν, vir doctus in Vpc. ἄνω ῥοπὴν conjectaverat. Cæterum in πρὸς τὸ κάτω consentiunt cum editis nostri Mssti omnes: nec vero displicet πρὸς τὰ κάλω, quod ex *v. c.* adnotatum est in Vha. & Vpa. Mox, post καλ' οὐσίαν, duo verba καὶ αὐτὴν, temere ab Heinsio omissa, restitui ex communi veterum librorum consensu. ἐνυπάρχουσαν αὐτῇ. Nota ἀνακολουθίαν constructionis, qualem in Epicteti Dissertt. sæpe observavimus; scilicet transitum a plurali numero ad singularem. Dixerat ὅταν δὲ ἀδυνατήσωσι, in plurali: nunc habes αὐτῇ, in singulari, nempe τῇ ψυχῇ ἡ ἀδυναλεῖ) et sic deinde ἥτις — — κινεῖ &c. Deinde τῶν καθ' αὐτὰ ἀψύχων ex Wolfii emendatione recepit Heinsius, pro καθ' αὐτὸ quod erat in ed. Ven. & Msstis.

ἐναν-

p. 13 c ἀναντίθεσον. Vitiose ἐναντιθ. ed. Ven. Mox αἰεὶ scripsi cum ed. Ven. & libris nostris. ἀεὶ ed. Heins. ut supra dabant omnes. Pro τὸ αἱρετὸν καὶ ἀγαθὸν, inverse τὸ ἀγαθὸν καὶ αἱρετὸν scribit Pa. Deinde tria verba τὸ δὲ ἀγαθὸν, ante ἢ ὄντως ἀγαθὸν, ignorant quidem cum editis Mssti nostri omnes; & poterant ea utcumque abesse: sed, quoniam ex *veteris codicis* auctoritate peropportune adnotata sunt in Vha. & in Vpad., aspernari non debui. σκιαγραφίας, ut correxit Wolf. ediditque Heinsius, sic recte habent Mssti. Mendose σκιαγραφίᾳ ed. Ven. Mox pro κρίνουσα, perperam κρίνουσαν est in Arg.

p. 14 a οὐκ' ἐφιστάνουσα — — — προηγούμενον τε πάνυ ὡς. Verba ista, per se spectata, hanc mihi visa erant habere sententiam: *non expendens, multiplicem ei inesse molestiam, ac certe præcipuam partem molestiæ*, id est, *ac certe plus molestiæ quam voluptatis:* nam quod Heinsius *& quidem longe exquisitissimam* vertit, id sane nimium erat. At, quod continuo subjicit Simplicius, *edendi enim bibendique voluptatem nullam esse, nisi præcesserit famis ac sitis molestia*, indicio est, προηγούμενον nunc non *præcipuum*, sed *antecedens* dici; quam in partem Wolfius accepit. Nec vero opus est, ut cum eodem Wolfio adjiciendum statuamus καὶ συνακολουθοῦν aut καὶ παρεπόμενον, quod ille in versione quoque his verbis expressit: *multo plus inesse molestiæ, tam consequentis, quam antecedentis.* Nam verbis his, προηγούμενόν τε πάνυ ὡς, respondent deinde illa, καὶ σύνεστι δὲ πάνυ ὡς τῇ ἡδονῇ ἡ λύπη, tum rursus paulo inferius ista, καὶ ἔπεσθαι δὲ ὡς ἐπίπαν λύπη.

τῇ ἡδονῇ ἡ λύπη. Articulus ἡ temere omissus in ed. Heins. et λήπη scribitur operarum errore. τὸν ἐν τῷ πίνειν ἡδόμενον. τὸ pro τὸν edidit Heins. ex Wolfii conjectura, qui τὸ ἡδόμενον legi posse monuerat pro τὴν ἡδονήν, quemadmodum postea (p. 21 extr.) ἀναγκάζειν τὸ ὀρεγόμενον, pro τὴν ὄρεξιν. At τὸ ὀρεγόμενον ibi intelligitur ζῷον, et hoc loco percommode τὸν ἡδόμενον teneri poterat, *quod si eum qui bibendi voluptatem gustat, dum bibit, inhibes.*

b οὐκέτι ἡδέα, ἀλλὰ προσκορῆ φαίνεται τὰ ἐναντία. Wolfius sic corrigendum censuerat, ἀλλὰ καὶ προσκορῆ

ποῤῥῶ φαίνεται καὶ ἐναντία. vertitque, *suavia illa esse* p. 14
desinunt, ac potius adversa fiunt, & fastidium cient. b
Cui Heinsius hactenus morem gessit, ut non modo versionem ejus teneret, sed et καὶ ἐναντία, pro τὰ ἐναντία, in contextum reciperet. Mihi consultius visum est, revocare constantem veterum omnium librorum scripturam; licet, sanam esse omni ex parte, spondere non ausim. τὰ ἐναντία vero intelligo τῆς πείνης, τῆς δίψης, τοῦ ῥίγους, nempe τὴν πλησμονὴν, τὴν μέθην, τὸ περισσὸν θάλπος, *satietatem, & nimium calorem*, sive *ipsum cibum potumque & calorem, qui id quod satis est excedant.* εἰς ἀμετρίαν ὑποφερομένοις. Perperam ἐπιφερομένοις Pa. Vide p. 13. b. Est ὑποφέρεσθαι, *prolabi, abripi.* Sic et alii usurpant, & Hierocl. p. 164. ἀβουλίᾳ πρὸς κακίαν ὑπενεχθείς. διὰ τὴν αἵρεσιν δὲ τοῦ ἡδέως ἀγαθοῦ. τοῦ ἡδέως, ὡς ἀγαθοῦ, videtur legendum. cf. p. 13. c. & init. hujus pag. τοῦ τε ἀγαθοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου. Posterius τοῦ, temere ab Heins. emissum, restitui veterum librorum auctoritate. ἐπὶ τὸ ὄντως c
αἱρετὸν καὶ τὸ ἀληθῶς φέρεται. Sic veteres libri omnes; quod si verum est, intelligetur καὶ τὸ ἀληθῶς αἱρετὸν, cui opponitur quod mox ait ψευδώνυμον ἔχει τὴν αἵρεσιν. At nihil prorsus differt inter τὸ ὄντως αἱρετὸν & τὸ ἀληθῶς αἱρετὸν, quare miror, ni καὶ τὸ ἀληθῶς ἀγαθὸν φέρεται scripsit Simplicius; quo & spectat, quod mox sic pergit Διὸ τὸ ἴδιον ἀγαθὸν &c. Heinsius vero sua auctoritate καὶ τὸ ἀληθὲς φέρεται edidit.

κατὰ τὸ ἐφ' ἡμῖν — — γενόμενος. Sic scripsi p. 15
cum Pa. Reliqui vulgo γινόμενος. b

οὐδὲ γὰρ ἔχει τινὰ ἐξισασμὸν ἡ ἀντίθεσις — — — c
ἀντιστιθεῖ τὰ ὄντα. Totum hunc locum minime perspicuum mihi esse profiteor. Illud quidem in plano videtur, ἐξισασμὸν (id est, *adæquationem*) *in divisione* dici inesse, *cum membra divisionis sunt ἐξισάζοντα (adæquata) diviso*, id est, *cum membra divisionis, simul sumta, reciprocari possunt cum diviso.* conf. quæ habet Budæus in Isag. in Ling. græc. p. 628. At, quo pacto præceptum illud, de observando ἐξισασμῷ in divisionibus, adplicet nunc ad id quod hic agitur, haud satis perspicio. Tum vero, satis sana

esse

p. 15 c esse illa verba τὴν διαίρεσιν τὴν ἐφ' ἡμῖν οὖσαν, valde dubitem: nec tamen ausim cum Wolfio τῶν ἐφ' ἡμῖν ὄντων corrigere, qua emendatione ne multum quidem promotum foret. Suspicatus eram τῶν (vel τὴν τῶν) ἐφ' ἡμῖν οὖσαν, sed nihil definio. cf. p. 33. c. Denique πάντα ἀντιθεῖ dedit quidem ed. Ven. cum Arg. Pb. & Pi. sed ἀντιθεῖ ed. Heinf. cum Pa. Pc. Vhb. Vpcd. quod ipsum quidem haud dubie vitiosum, videndum vero ne ex ἀνατιθεῖ ortum sit, & in hoc mutandum, hac sententiâ, *si quis ad illam divisionem — — res omnes referre vellet*, &c.

ἐπεὶ δέ τινες, & μηδὲν εἶναι, recte ed. Heinf. cum Pa. Vha. (ex *v. c.*) Vhb. & Vpabcd. Mendose ἐπειδή τινες & μηδὲ εἶναι ed. Ven. & Mss. Arg. Pb.

p. 16 a Pc. Pi. οἱ μὲν ἐξ ἀνάγκης πάσας ἡμῶν τὰς ἐνεργ. Sic Mss. nostri omnes. Corrupte ἡ μὲν pro ἡμῶν ed. Ven. Inversâ vero verborum serie οἱ μὲν πάσας ἡμῶν ἐξ ἀνάγκης τὰς ἐνεργ. ed. Heinf. τῆς ἀναγκαίας αὐτῶν ὑποστάσεως. αὐτοῦ legebat Wolf. scil. τοῦ ἐφ' ἡμῖν.

b καὶ τὸ μὴ ἐφ' ἡμῖν. Ignorabant particulam negativam edd. & Mssti nostri uno excepto omnes. Addendum vero οὐκ perspecte monuerat Wolfius. Sed τὸ μὴ ἐφ' ἡμῖν opportune dedit Pa. quod & in Vpc. sic adnotatum, γρ. μὴ. Vereor tamen equidem, ne ista scriptura nonnisi e docti alicujus librarii conjectura sit, qui vitiosum esse καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν vidisset; pro quo καὶ τὸ εἰκῇ scripsisse mihi videtur Simplicius, prorsus ut infra lit. c. καὶ τὸ ὡς ἔτυχεν. Articulum h. l. omisit Pa. quemadmodum paulo inferius omnes. Deinde pro ἐπιτελεῖται est ἐπιμελεῖται in eodem Pa. minus commode.

c ὡς ἀδυνάτου. ὡς ἀδύναλον ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Verba λέγει ὡς ἀδυν. & undecim sequentia desunt in Pa. quæ quidem satisne emendata sint, valde dubito. ἀδυνάτου correxit Heinf. cum Wolf. quod et ex *v. c.* adnotatum in Vha. & Vpac. & superscriptum in Pb. recentiori quidem manu. ἀδυνατοῦν ὠφελῆσαι recte ed. Heinf. cum Pa. Pb. Pi. Vhab. (ex *v. c.*) & Vpabc. quemadmodum ex conject. monuerat Wolf. Mendose ὠφελεῖσθαι ed. Ven. ὠφελῆσθαι

σθαι Vpd. ὠφεληθῇ Ms. Arg. ὠφελῇ Pc. ὠφελίμων μόνον. Deeſt μόνον Pa. male. ἐφ' ἡμῖν εἶναι. Mendoſe ἐν ἡμῖν ſola ed. Ven. p. 16 c

τίς ὀιψῶν, [ἢ ῥιγῶν] Poſtrema duo verba, quæ deſunt libris omnibus, neceſſario aut hic aut paulo poſt adjici debuerunt, quia ſequitur ἢ θέρμης. cf. p. 14. a. p. 17 a

τὸ μὴ οὕτως ὀρεχθ. Articulus τὸ deerat h. l. edd. & Pi. quem adjeci cum Arg. Pa. Pb. Pc. ὑπὸ τῶν ἕξεων. Perperam ὑπὸ τῶν ὀρέξεων Arg. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῷ ἐπιστήμονι — — οὔτε ἐπὶ τῷ ἀμαθεῖ. Perperam οὔτε γὰρ ἐπιστ. — — οὔτε τῷ ἀμαθεῖ ed. Ven. Recte iſta omnia habent Mss. noſtri cum ed. Heinſ. Mox vero duplex vulnus cunctis libris inerat, quod ex conjectura, quoad potui, ſanare tentavi. Primum, ſic dabant omnes: ἀλλὰ τὸ μὲν ψευδῆ ὑπολαβεῖν, ἐπὶ τῷ ἀμαθεῖ ἐστι &c. quod manifeſte repugnabat argumentationi, quam refert Simplicius; quæ haud dubie illud deſiderare videbatur, quod ex conjectura ſcripſi, ἀλλ' οὐδὲ τὸ μὲν ψευδῆ. Dein, paulo poſt, rurſus uno conſenſu omnes, εἶχεν ἂν καὶ τὸ ψευδοδοξεῖν αὐτὸν, καὶ εἰ πάνυ τις &c. ubi nihil aliud adnotavit Wolfius, niſi, αὐτὸν illud videri redundare, & pro καὶ εἰ legendum εἰ καὶ. Ego vero, καὶ εἰ facile patiens eâdem notione atque εἰ καὶ, perſuaſum habui, eo loco, ubi *ſtellulam* poſui, intercidiſſe verba nonnulla in eam fere ſententiam, quam ex conjectura ibidem ſupplere conatus ſum. Mox ὑπόθοιτο commode ſcripſit Heinſ. cum Arg. puto & cum aliis Msstis, e quo adnotare neglexi. ὑποθεῖτο ex *v. c.* adnotatum in Vha. & Vpa. quod perinde eſt; in eodem vero Vha. pariter ex *v. c.* ὑπόθοιτο etiam adfertur. Mendoſe ὑποθοίητο ed. Ven. p. 18 a b

καὶ τῆς ὑπολήψεως. Temere & invitis omnibus libris καὶ τῆς προλήψεως ed. Heinſ. quod fideliter, ſicuti pleraque omnia, repetiit Londinenſis editor. τὰς γὰρ ὀρέξεις. τὰς γοῦν maluerat Wolf. Equidem in vulgato adquievi; quamquam alibi haud dubie permutatæ eædem particulæ a librariis noſtris deprehenduntur, ut p. 57. b. & p. 62. c. προλέγουσιν ed. Heinſ. cum Pa. Vhab. & Vpabcd. Perperam προλέγονται ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Ferri potuiſſet c p. 19 a

p. 19 a sct προλέγονσας, relatum ad superius λέγονσας; sed præstabat alterum. Mox γενόμενοι dedere ed. Ven. & Mssti omnes. Temere γινόμενοι ed. Heinf. τὰς ὑπὸ τῆς εἱμαρμ. δοθείσας. Sic recte Pb. Pc. Pi. & Vpc. Temere τὰς omisit Heinsius. τὰς agnoscit ed. Ven. sed perperam ἐπὶ τῆς omisit. Copiâ laborat Arg. καὶ τὰς ὑπὸ τῆς scribens, sic & Vhab. & Vpabd. Ista omnia cum pluribus quæ sequuntur, usque τοίως ὀρέγεσθαι, prætermisit Pa. Pro δοθείσας commode ἐνδοθείσας legeretur, quemadmodum p. 27. b. habes οὐδὲ φαῦλόν τι ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης ἐνδίδοται. Sed & ferendum videtur vulgatum, in quod consentiunt libri. ἐφ' ἡμῖν ἔσται ἔτι. Postremam voculam, qua carent edd. & Pi., dedere Arg. Pb. bc. In Pa. plura h. l. temere omissa esse, paulo ante monui.

b Ante οὐδὲ τὰς ὀρέξεις videri possunt intercidisse verba οὐδὲ τὰς ὑπολήψεις, coll. p. 17. a. & b. & p. 18. c. At, quoniam in sequentibus jam nonnisi fere de *adpetitione & aversatione* locuturus erat, nunc fortasse τῶν ὑπολήψεων mentionem consulto prætermisit. Rursus tamen cum τῇ ὀρέξει jungit τὴν ὑπόληψιν p. 22. a. & deinde sæpius. πρὸς μὲν τὸν ἀπὸ τῆς &c. Sic Mss. Arg. Pa. Pb. Pc. Inverse πρὸς τὸν μὲν ed. Heinf. τὸν caret ed. Ven. & Pi. καὶ τῶν πάντη ἀψύχων. Suspicari subiit, fortasse καὶ τῶν μὴ πάντη ἀψύχων scriptum oportuisse, id est, *earum etiam*
c *naturarum quæ non omni prorsus vita carent.* καὶ αἰσθάνεσθαι. Perperam καὶ αἰσθάνεται ed. Ven. προβάλλει τὴν ὄρεξιν. In activum προβάλλει nunc quidem consentiunt libri; at dein constanter passivo utitur: quare vide, ne & hîc προβάλλεται scripserit.

p. 20 a ὑπ' αὐτῆς ἐκπεινομένη. Sic quidem ed. Heinf. cum Pa. [& (ex *v. c.*) Vhab.. & Vpabcd. Sed ἀπ' αὐτῆς ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Et jam aliâs observavimus, utralibet vocula perinde uti Simplicium. vide Not. ad p. 7. b.

b τὴν ἔνδειαν ἐκείνων οἰκείαν ἡγουμένη. Perperam οἰκείαν deest ed. Ven. συνορέγεται ἐκείνων. Si verum hoc est, intelligas oportet ἐκείνων ὧν αὐτοὶ (scil. αἱ ἄλογοι ζωαὶ) ὀρέγονται. Sed omnino dativus casus desiderari videtur, συνορέγεται ἐκείνοις, (ut voluit

voluit Wolf.) scil. τοῖς σώμασι, vel ἐκείναις, scil. p. 20
ταῖς ἀλόγοις τοῦ σώματος ζωαῖς, vel ἐκείνῳ, nem- b
pe τῷ σώματι, quod ipsum habes p. 21. Nisi prorsus *deletam* malueris vocem ἐκείνων. τὴν ἑαυτῆς c
ζωὴν ζῇ. Sic, quemadmodum Wolfius scribendum monuerat, perspicue dedit noster Pa. τὴν ἑαυτοῦ edd. & Pb. Pc. Pi. τὴν ἑαυτῶν Arg.

τότε καὶ ὄρεξιν ἐκείναις οἰκείαν προβάλλεται, τοῦ ἐκείνων ἀγαθοῦ ἐφιεμένη. Sic partim ex conject. edidi partim codicum vestigia sequens. Vulgo ὄρεξιν ἐκείνης οἰκείαν προβ. τοῦ ἐκείνων ἀγαθοῦ ἐφιεμένην. Voi ferri quidem poterat ἐφιεμένην, ad ὄρεξιν referendum; sed rectius visum erat ἐφιεμένη, quod dedit Pa. ad ψυχὴ relatum. In ἐκείνης cum editis consentiunt quidem plerique Mssti: & ferri id per se utique poterat, relatum sive ad τὴν ἑαυτῆς ζωὴν, sive ad τὴν κρείττονα ζωήν. At tunc, quo referri posset ἐκείνων, quod sequitur consentientibus cunctis libris, prorsus non adparebat. Itaque cum pro ἐκείνης in Arg. ἐκείνοις esset scriptum, ex ἐκείναις proxime decorum hoc esse suspicatus eram, quod ad duo illa vitarum genera, τὴν ἑαυτῆς ζωὴν & τὴν κρείττονα (de quibus confer Not. ad p. 4. a.) referri posset: idque ex conjectura adoptare conatus sum, quo ratio constaret constructioni verborum. In verborum terminationibus præsertim erratum frequentissime esse a librariis, nemo mirabitur, qui meminerit, quam intricatis, quamque ambiguis sæpe ductibus indicari illæ magis, quam exprimi, solitæ fuerint in vetustis libris. τοῖς μὲν χείροσι. τοῖς μὲν γὰρ χείροσι dabant edd. cum Pi. ubi γὰρ in γε mutandum censuerat Wolf. Ego importunam particulam delevi auctoritate codicum Arg. Pa. Pb. Pc. quibus accedebant Vpac.

ἀλλ' ὡς μείζονος ἀγαθοῦ. ὡς μεῖζον ἀγαθὸν p. 21
ed. Heinf. cum Pa. & (ex *v. c.*) Vhab. & Vpabcd. a
quod non præcise damnem equidem, sed commodius putavi istud, quod habet ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. μέν τι ἀληθὲς recte Pa. & Pb. ut maluerat b
Wolf. μέν τοι edd. & Arg. Pc. Pi. Sic vicissim p. 22. b. perperam Pa. προφαίνων μέν τοι habet, ubi alii recte μέν τι. ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ. Sic recte ed.

p. 21 b Heinſ. cum Pa. Vhab. Vpabcd. Deeſt ἀλλὰ ed. Ven. & Arg. Pb. Pc. Pi. ἐκκαλεῖται τὸ πρ. Perperam h. l. ἐγκαλεῖται edd. & Pi. Cæteri codd. recte ἐκκαλ.

c in quod paulo poſt conſentiunt omnes. ἡ κίνησις ἐνεδιδ. Deeſt artic. edd. & Pi. Dedere eum Arg. Pa. Pb. Pc. πάντα ἦν. Connexioni orationis convenientius hoc viſum eſt, quod dedere Pa. & (ex *v. c.*) Vhab. & Vpabcd. quam πάντως ἦν, quod habet ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Temere πάντη ἦν ed. Heinſ.

p. 22 a οἷα ἐπὶ τῶν σωμ. Caret οἷα ed. Ven. & Arg. Pb. Pc. Pi. quod adjiciendum ex conject. viderat Wolf. & adjecit Heinſius, habetque Pa. & Vhab. (ex *v. c.*) & Vpabc. μὴ μεταβαινούσας. μὴ μεταβαίνοντες exſpectaveram; ſed nil mutant libri: unus Arg. μὴ μεταβαινούσαις habet.

b ὀρεκτὸν μὲν δοκοῦν, πλέον δὲ ἔχον. ὀρεκτὸν πλέον δὲ ἔχον, omiſſis verbis μὲν δοκοῦν, ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. ubi vel ὀρεκτὸν delere, vel ὀρεκτοῦ δὲ πλέον ἔχον ſcribere juſſerat Wolf. & ὀρεκτὸν delevit Heinſ. nil niſi πλέον δὲ ἔχον relinquens. Ad alteram Wolfii rationem propius accedit Arg. in quo eſt ὀρεκτὸν δὲ (quod ex ὀρεκτοῦ δὲ corruptum videri poterat) πλέον ἔχον. Sed ὀρεκτὸν μὲν δοκοῦν, πλέον δὲ &c. perſpicue dedit Pa. eamdemque ſcripturam ex *v. c.* adnotarunt Vha. & Pacd.

διὰ τὴν περὶ τὸ εἴδωλον τοῦ ὀρεκ]οῦ εὐπρέπειαν. Vulgo libri ad unum omnes, διὰ τὴν — — ὀρεκ]οῦ εὐπορίαν, id eſt, ob *copiam*, vel *propter opulentiam, quæ ineſt imagini rei deſiderabilis.* Quod cum ferri vix poſſe videret Wolfius, ἀπορίαν legendum cenſuit, & *propter perplexitatem adumbrati boni* vertit; quam interpretationem tenens Heinſius, græcum tamen εὐπορίαν non auſus eſt mutare. Vlterioris interpretationis cauſſa hanc Notam adjecerat Wolfius: „Res, inquit Simplicius, adeo ambigua, per„plexa & anceps eſt, ut bona ne, an mala ſit, ſtatui „non poſſit.“ Mihi vero non minus perplexitatis hæc ipſa ſcriptura, quam vulgata, habere viſa eſt. Vocabulum εὐπορία paulo poſt ſuo loco recte ſequebatur, & aliquoties etiam repetebatur: illud imperiti librarii huc pariter invexerunt, cum id, quod hoc loco ſcriptum

ptum erat, minus eis esset familiare, & cum illo simi- p. 22 b 1
litudinem aliquam haberet. Equidem sane mihi persuasi, εὐπρέπειαν, id est, *probabilem speciem, speciositatem*, hoc loco scriptum reliquisse Simplicium; idque restituere auctori non dubitavi. Quod paulo post legitur, τὸ μὲν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἄδικον ποιοῦν, sententiam quidem haud absurdam videri potest habere, *eo potissimum fugiendas esse opes eo modo paratas, quod ista ratione iniquus reddatur hominis animus*: sed, ulcus subesse vulgatæ illi & constanti librorum fere omnium scripturæ, intelligi ex eis videtur, quæ illorum verborum loco hic habet codex noster Pa. in hunc modum, καὶ τὸ μάλιστα τὴν ψυχὴν ἄδηκ]ον ποιοῦν. quæ quidem ipsa, sive ἄδηκ]ον intelligas *conscientiæ morsibus vacantem*, sive quo alio modo accipias, haud satis sana esse adparet; sed tamen arguere utique videntur, aliud quid, quam quod vulgo habent, hic scriptum reliquisse Simplicium. s

κατανωτίζεσθαι. Interpretatur Suidas in Κατανωτίσασθαι, κατὰ νώτου Φέρειν, ὀπίσω ῥίπ]ειν, καταΦρονεῖν. Mox, pro ἀληθῶς ἐστι, ἀληθές ἐστι habet Arg. male. εἴτε εἰδώλῳ μόνον ὀρεκ]οῦ — — παρακέχρωσται. Sic Pa. quod verum putavi: *sive simulacro tantum ejus quod desiderabile sit — — incrustatum sit.* Vulgo alii εἴτε εἴδωλον μόνον ὀρεκ]όν, ubi ὀρεκ]οῦ legendum ex conjectura etiam viderat Wolfius. Tum vero ὡς ἐπὶ τοῦ προειρημένου legendum puto, id est, *veluti in prædicto exemplo*; non τῷ προειρημένῳ. Dativum illum invexere librarii, decepti eo quod sequitur τῷ τῆς εὐπορίας, quod ad εἰδώλῳ refertur. Ad ἔτι δὲ μᾶλλον recte adnotavit Wolf. „scilicet ἐΦ' ἡμῖν ἐστι, *atque illud magis etiam in nostra potestate est.*“ Quod autem adjecit: „Nisi forte legas, ἔδει δὲ μᾶλλον, *oportebat potius*;“ illâ quidem conjecturâ minime erat opus. c

τῶν κυρίως ὀρεκ]ῶν. Nostri libri nil mutant; p. 23 a
sed adnotatur in Vha. abesse a *v. c.* verba τῶν κυρίως, quod ipsum & in Vpd. subducta lineola indicatur. At id quidem nemo probaverit.

διὰ τὸ τὴν ὄρεξιν τοῦ ὀρεγομένου καὶ τὴν ὑπόληψιν τοῦ ὑπολαμβάνοντος — — — μὴ εἶναι ἐπ'

p. 23 a αὐτῷ τὸ οὕτως ἢ ἐναντίως. Tenui hæc, quemadmodum ab Heinsio, partim e Wolfii, partim suâ aut alterius viri docti conjecturâ, curata inveni; nisi quod τοῦ articulum ad ὑπολαμβ. adjeci, quem, commendatum a Wolfio, omiserat Heinsius. In ed. Ven. & in libris nostris cunctis prætermissa sunt verba διὰ τὸ, rursusque illa τὴν ὑπόληψιν τοῦ. Vbi pro διὰ τὸ, quod Heinsio placuit, Wolfius nude τῷ scribendum censuerat, eâdem sententiâ: cujusmodi supplemento ne opus quidem admodum fuisset, si deinde ante μὴ εἶναι conjunctio καὶ fuisset adjecta. Tum vero interserenda verba τὴν ὑπόληψιν τοῦ Wolfius monuerat, summâ certe veri specie, cum præsertim mox similiter juncta legantur ὀρεκτὸν καὶ ὑπολητόν. Pro καὶ ὑπολαμβάνοντος vero, quod habet Ven. cum aliis, codex Arg. in contextu quidem καὶ ὑπολαμβάνοντας habet, quod ipsum & in Vpc. adjectâ notâ γρ. commendatur: at id quidem parum promovebat, & in eodem cod. Arg. eâdem manu altera scriptura ὑπολαμβάνοντος alteri superscripta est. Denique post οὕτως ἢ ἐναντίως adjiciendum Wolfius verbum φέρεσθαι censuerat, quod recte omissum est ab Heinsio, utpote minime ibi necessarium, quoniam paulo post consentientibus libris omnibus legitur.

ἦν γὰρ ἄν. Deest ἄν ed. Ven. & Arg. Pb. Pc. Pi. Habet Pa. cum ed. Heins. & Vhab. ex v. c. &
b Vpabcd. αὐτεξουσίως ἐνεργεῖν. αὐτεξουσία Pa. quod subscripto iota αὐτεξουσίᾳ intelligi possit, ut idem valeat ac vulgatum. ἢ δὲ ἔνδοθεν ed. Heins. cum Pa. & Vhab. & Vpabcd. ut conjectaverat Wolf. ἢ δὲ ἄνω Arg. ἡ δὲ ἄνωθεν ed. Ven. & Pb. Pc. Pi. ἀλλὰ συνοῦσα τῇ &c. ἀλλ' αὕτη συνοῦσα edd. cum Arg. Pb. Pc. Pi. ubi ferri quidem potuisset ἀλλ' αὐτῇ, vel ἀλλ' αὐτῇ, sed inutilem vocem prorsus omit-
c tere placuit cum Pa. cui accedunt Vpacd. τῆς καλλίονος. Exspectasses τῆς τε καλ. sed nil mutant libri. οὐδὲ τούτῳ χρὴ κρίνειν. Vulgo οὐδὲ τοῦτο, vitiose utique. Wolfio obtemperavi, perspecte monenti, τούτῳ corrigendum, quo manifeste refertur id quod sequitur, τῷ δύνασθαι &c.

p. 24 a τοῦ ἀγαθοῦ ἀεὶ ἔχουσιν αὐτὴν, nempe τὴν ἄρεσιν. Sic recte ed. Ven. consentientibus Msstis. Pro quo

quo quum Wolfius, malle se ἔχονται αὐτῶν, significasset, id est, *suo bono semper inhærent;* imperite Heinsius, ἔχουσιν tenens, αὐτὴν in αὐτῶν mutavit. ὑποσυρόμενοι. Nude συρόμενοι Pa. ἐπιμελόμεναι ed. Ven. cum Pa. Pb. Pc. Pi. ἐπιμελούμενοι ed. Heins. cum Arg. ἀμελοῦσαι scripsi cum Vhab. (ex *v. c.*) & Vpabcd. ubi in Vpc. etiam nota γρ. adjecta est. Vulgo ἀμελούμεναι edd. cum nostris Msstis id est *neglectæ:* at passivo nunc non erat locus. Dormitantes librarii terminationem hujus participii alteri similem fecerunt. Mox ποιοῦσαι ed. Heins. cum Pa. Vhab. (ex *v. c.*) & Vpabcd. Vitiose ποιοῦνται ed. Ven. & Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. quod ex ποιοῦνται corruptum videri poterat, quemadmodum in Arg. p. 25. c. mendose στοχάζονται pro στοχάζονται. Et ποιοῦνται hoc etiam loco a Wolfio in ipsius exemplo editionis Venetæ correctum video: quod etiam connexioni orationis aptius, quam participium videtur. Certe, nisi ποιοῦνται verum est, ποιοῦσι malim, quam ποιοῦσαι. p. 24 a

Vox ἀναίτιος perperam deest codici Arg. Sed recte idem in ora adscriptum lemma habet: παντοίας κακίας ὁ Θεὸς ἀναίτιός ἐστι. κἂν γὰρ ἐποίησε. Sic recte ed. Ven. consentientibus omnibus libris. Heinsius, cui fortasse non placebat constructio particulæ κἂν cum indicativo, (de qua vide Not. ad p. 53. a.) temere καὶ γὰρ edidit, & deinde post ὑλικὰ γένηται, interposito *majori punctо*, novam veluti periodum a majusculâ literâ inchoavit, Ἐποίησε μὲν οὖν. At ab his ipsis verbis ἐποίησε μὲν οὖν incipit apodosis longioris periodi, cujus protasis ab illis verbis κἂν γὰρ ἐποίησε incipiebat. In ejusdem apodoseos, quam dixi, initio habet quidem Pa. καὶ ἐποίησε μὲν οὖν; ubi etiam ferri fortasse καὶ particula possit, sed commodius eam ignorant reliqui libri omnes. μὴ τὰ πρῶτα μόνον. μὴ τὸ πρῶτον μόνον Pa. minus recte. ἀλλὰ καὶ τὰ μέσα. Caret καὶ Arg. idemque mox, in καὶ μὴ ἔσχατα, caret μὴ; sed utramque vocem recte agnoscunt cæteri libri. τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος. Sic recte ed. Ven. cum Msstis. τῆς αὐτοῦ ἀγ. ed. Heins. b

τὰς πράξεις, ut corrigendum monuit Wolf. correxitque Heinsius, sic recte dedit Pa. & Vhab. & c

p. 24 c Vpabcd. (nescio an Pb. Pc. Pi.) Perperam τὰς τάξεις ed. Ven. & Ms. Arg. ὄνομα μόνον. Perperam μὲν pro μόνον habet Pa. ἀγένητος. Sic & hîc & mox rursus scribitur in ed. Ven & in codd. nostris omnibus; quod præter necessitatem in ἀγέννητος mutavit Heinsius sed & ex conject. commendatur ἀγένητος in Vpc. At simplex etiam nomen γενητὸς pariter simplici litera ν scribunt libri nostri ad unum omnes p. 83. b. 96. c. &c.

p 25 a ἐκεῖθεν παράγεται recte ed. Heinsius cum Pa. & Vhab. & Vpabcd. Perperam h. l. μετάγεται scribitur in ed. Ven. & Arg. Pb. Pc. Pi. præpositione temere ex superiore verbo μετέχον hic repetita. τῆς b τῶν τεχνικῶν. Caret τῶν ed. Ven. male. τοὺς χρωμένους αὐτοῖς. Perperam αὐτῷ ed. Ven. & cod. Arg. τὰς ἐν τῇ τέχνῃ ὀρέξεις. πράξεις utique malim cum Wolf. Sic αἱ πράξεις, ait, αἱ κατὰ τὰς τέχνας, p. 31. c. δυνατὸν ἀπὸ τῶν ὀργ. recte ed. Heinsius cum Pa. Vhab. & Vpabd. δυνατὰ ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. οἱ γὰρ περιττόν τι. Deest γὰρ ed. c Ven. & cod. Arg. Adjecit Heinsius cum Pa. Vhab. & Vpacd.

τοῖς ὀργάνοις ἀκριβέστερον κέχρηνται. Ad ἀκριβέστερον intercidisse videtur verbum ἐκπεπονημένοις, κατεσκευασμένοις, aut aliquod simile. conf. p. 26. c. e Adde Xenoph. Memor. I. 7, 2. τῆς τῷ ὀργάνῳ χρησομένης ed. Heinsius cum Pa. Vhab. & Vpabcd. τῷ caret ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. & in eisdem libris χρησαμένης scribitur, pro quo χρησομένης ex conject. etiam correxit Wolf. μηκέτι ὡς ὀργάνοις. Caret h. l. ὡς Pa. male. Ante κατ' ἐκεῖνα Wolfius interseruit καὶ particulam voluerat, quam & libri ignorant, & respuit connexio orationis.

p. 26 a σύμφωνός ἐστιν ἡ εἱμαρμένη περιφορὰ τῇ προβολῇ τῶν ψυχῶν τῇ κατ' αὐτὴν ἐρχομένῃ εἰς τὴν γένεσιν. Tractavit hunc locum Moshemius ad Cudworthi Systema. Intell. p. 4. sq. not. 6. ubi de obscura Wolfii versione & aliena a philosophi mente conquestus est vir doctus; nec tamen difficultatem, quæ in verbis inerat, ipse satis enodavit. Est igitur ἡ προβολὴ τῶν ψυχῶν, *quidquid προβάλλουσι vel προβάλλονται αἱ ψυχαὶ, scilicet αἱ ὀρέξεις, &, quæ has sequun-*

quuntur, actiones, conf. p. 19. a & c. 20. a. & c. p. 26 a
21. a. 25. c. omninoque *tota vita quam inſtituimus*, ut habes p. 20. b. (conf. hâc pag. ab.) Sic nimirum planta dicitur ἄνθος προβάλλειν, *florem emittere*, apud Diosc. lib. I. cap. extr. & arbores dicuntur προβάλλειν, ſive φύλλα, ſive καρπὸν, *folia, fructum emittere*. (vide Bos Ellipſ. p. 100. & 226.) Inde ad *animi motus actionesque*, quas ille veluti *fructus* edit, transfertur cum ipſum verbum προβάλλειν & προβάλλεσθαι, tum a verbo derivatum nomen προβολή. Itaque, quod nunc ait σύμφωνός ἐστι τῇ προβολῇ τῶν ψυχῶν, id mox dicit σύμφωνος ταῖς ὁρέξεσιν αὐτῶν. Diceres vero, ita hoc loco ſcriptum oportuiſſe, τῇ προβολῇ τῶν ψυχῶν, τῶν κατ' αὐτὴν ἐρχομένων εἰς τὴν γένεσιν, quemadmodum mox eâdem hac pag. 26. b. ait, περὶ τῶν συμφώνως αὐτῇ συνερχομένων εἰς γένεσιν ψυχῶν, *de animis qui ſimul et congruenter cum ea in mundum prodeunt.* (conf. quæ de vocab. γένεσις notata ſunt ad p. 4. b.) Sed nihil fortaſſe magnopere vetabat, quo minus etiam τὴν προβολὴν τῶν ψυχῶν τὴν κατ' αὐτὴν ἐρχομένην εἰς τὴν γένεσιν diceret *actiones animorum quæ congruenter cum illâ ortum capiunt*, vel *in lucem emittuntur.* Id ſi non placeat, vide, an τὴν προβολὴν τῶν ψυχῶν cum Wolfio *productionem animorum* interpretari malis, ea notione, quam in Notis explicavit, cum ait: „τὴν „προβολὴν non accipio τὴν ἐκουσίαν προαγωγὴν ἢ „αἵρεσιν, voluntarium inſtitutum aut delectum gene„ris vitæ, de quo Platonis fabulam (quæ de ſortitio„ne Animorum agit) attulimus; ſed fatalem neceſſita„tem, qua animis in corpus redeundum ſit; ut ſignifi„cet: qualis ſit animus, qui ob culpam neſcio quam „corpus ſit ingreſſurus, tale etiam corpus certo ſtel„larum poſitu illi decerni.“

τὰς ψυχὰς τῶνδε ὁρεγ. Temere omiſſum erat vocab. ψυχὰς in ed. Heinſ. & ne a Londinenſi quidem editore reſtitutum, licet offerebat illud editio Ven. conſentientibus Msstis: quod ni ita eſſet, ſuſpicari potuiſſes, τὰς ex αὐτὰς eſſe decurtatum. Mox duæ voces καὶ σπουδαιοτέρους deerant ed. Ven. & Ms. Pi. adjectæ ab Heinſio, ſuffragantibus reliquis libris omnibus.

p. 26 b τῇ πρὸς τόνδε — — σχέσει. Sic ed. Heinſ. cum Pa. Vhab. & Vpabcd. ἡ — — σχέσις ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. quo referebatur quod Wolfius paulo ſuperius, pro τὸ κολαστικὸν, κατὰ τὸ κολαστ. legi voluerat. Mox ἔχῃ recte ſcriptum in edd. & Pb. & c Pi. Perperam ἔχει in Arg. Pa. & Pc. Καὶ αἱροῦνται μὲν τοὺς βίους &c. Abſurde & invitis libris omnibus περὶ βίους (pro τοὺς βίους) habet ed. Heinſ. nec aliter ed. Lond. Verum dederat ed. Ven. conſentientibus Mssris. De re, quæ hic agitur, conferenda fabula de *Animorum ſortitione*, apud Plat. de Repub. lib. X. ſub finem.

p. 27 a ἐμπορικὸν βίον ἑλόμενοί τινες &c. *nonnulli mercatoriam amplexi vitam.* Ad Zenonem, Stoicorum parentem, præ cæteris hoc ſpectat. Vide Laërt. VII. 2. Pro ἀσχημον. perperam εὐσχημ. erat in ed. Ven. τὸ Πᾶν αὐταῖς ἀΦορίζει, *Univerſum illis deſignat, adſignat*, nempe τὰ εἴδη τῶν βίων. Revocandam putavi conſtantem librorum omnium lectionem: pro qua cum Wolfius legendum cenſuiſſet τόπον ὃ Θεὸς αὐταῖς ἀΦορίζει, non minus imperite quam temere Heinſius τόπον αὐταῖς ἀΦορίζουσι edidit. Deſiderari h. l. alium nominativum, diverſum ab αἱ ψυχαὶ, cum res ipſa indicabat & verbum ἀΦορίζει in ſingulari poſitum, tum conjunctiva particula τε & ipſum pronomen αὐταὶ in αὐταί τε αἱ ψυχαὶ, denique id quod continuo ſequitur, τὴν δὲ ποιήτοτα — — αἱ ψυχαί. Pari modo τὸ Πᾶν, pro *gubernatore univerſi Deo*, dictum habes p. 75. c. p. 77. a. 78. c. & 79. a.

b ἀπὸ τῆς εἱμαρμ. ἐνδίδοται. Supra (p. 19. a.) in eadem dictione ὑπὸ pro ἀπὸ ſcribebatur. conf. ad p. 12. a. & ad p. 7. b.

c καὶ γὰρ Φρονήσεως παράλλαξις καὶ πανουργίαν ποιεῖ. καὶ τὸ παιδεραστικὸν ἰδίωμα οἱ μὲν συμμέτρως ὑποδεχ. &c. Poſſunt utcumque hæc ſic ferri; quæ haud multum certe abire ab auctoris ſententia mihi viſa ſunt. Nec vero diſſimulandum ulcus, quod hic latet. Nec enim καὶ πανουργίαν, ſed καὶ πανουργία habent cum editione Venetâ Mssti omnes. Tum vero in eâdem ed. Ven. ſic diſtinguebatur oratio: καὶ γὰρ Φρονήσεως παράλλαξις, καὶ πανουρ-

ουργία ποιεῖ, καὶ τὸ παιδεραστικὸν ἰδίωμα. οἱ μὲν p. 27. c
συμμέτρως ἀποδεχόμενοι, &c. Quæ ad verba nihil quidem monuit Wolf. sed ita ea interpretatus est, ut intelligeretur, πανουργίαν illum pro πανουργία legendum censuisse, & deinde, servata *post ἰδίωμα majori distinctione*, οἱ μὲν γὰρ συμμέτρως legisse; quas easdem correctiones a Wolfii manu etiam in exemplo editionis Venetæ, quo ipse olim usus erat, adnotatas vidi: eodemque modo græcum contextum constituit Heinsius, latinam versionem Wolfii tenens, quæ est hujusmodi: *Etenim mentis depravatio & calliditatem & foedam libidinem gignit. Nam qui siderum impressionem moderate suscipiunt*, &c. Ego πανουργίαν ποιεῖ tenens, post ποιεῖ cum cod. Pa. majorem distinctionem posui, & verba τὸ παιδερ. ἰδίωμα ad sequentia retuli, ad quæ haud dubie referenda erant. Cæterum scriptos libros si inspicias, non modo καὶ πανουργία (ut paulo ante monui) scribunt omnes, verum etiam in Arg. in Pa. & in Pc. *inter* πανουργία *&* ποιεῖ *spatium vacuum transversi fere pollicis latitudine* relictum est, quo indicatur, nonnihil ibi intercidisse: præterea *post* πανουργία in Pa. quidem *comma*, in Arg. vero *punctum* ponitur. Unde, si conjecturâ agere licet, suspicor tali quodam modo scriptum reliquisse Simplicium: καὶ γὰρ Φρονήσεως παράλλαξις, γίνεται πανουργία. καὶ ἡ τῆς φιλοκαλίας ἀμετρία μοιχὸν ποιεῖ. καὶ τὸ παιδεραστικὸν ἰδίωμα οἱ μὲν συμμέτρως &c. id est: *Etenim qui prudentiæ modum superat, fit vafer & nequam: qui in amore pulcritudinis modum tenere nescit, fit adulter:* &c. Certiora vide, an dent codices, qui in bibliothecis etiamnunc neglecti jacent. Potest autem dictio illa, ἡ τῆς Φρονήσεως παράλλαξις, pro vario verbi παραλλάττειν usu, significare *si quis prudentiam veluti prætergreditur*, id est, *nimis prudens esse cupit*, vel omnino, *si quis a prudentia declinat & aberrat*, vel *si male & contra rationem utitur prudentia*. Infra (p. 35. c.) habes παρηλλαγμένως, oppositum τῷ συμφώνως τῇ Φύσει, *præter* vel *contra naturam; cum ab eo, quod ratio & natura desiderant sive præcipiunt, aberramus.* conf. p. 189. a. Quod vero *hos, qui ingenio ad puerorum amorem prono moderate utuntur, servatores fieri* ait *& benefactores juvenum,*

p. 27 c venum, satis adparet in Socratem præ cæteris dictum esse.

p. 28 a πόθεν οὖν οἱ ἀστρολόγοι — — — λέγουσιν; ἢ ἄρα δυνατὸν ἐνεῖναι τούτων τεκμήρια — — τὰ μὲν φανερὰ, ὥσπερ ἡ ἐν καρκίνῳ τοῦ ἡλίου θέσις, [τοῦ] ἀσυμμ. — — μετέχεσθαι. τὰ δὲ — — ἀστρολογικήν; Locus, qui intricatus admodum vulgo erat, nescio an sic satis bene curatus sit, cum codicum scripturam quam potui fideliſſime exhibuerim, nihil vel mutans vel adjiciens, nisi quod post λέγουσιν, interrogandi signum posui, & τοῦ articulum post ἡλίου θέσις adjeci, uncis quidem (quibus dubitationem meam indicarem) inclusum. Nec vero a reliqua nostra ratione admodum discedit Veneta editio, nisi quod εἰ ἄρα pro ἢ ἄρα habet, & ἐκεῖναι pro ἐνεῖναι, denique μετέχεσθαι pro μετέχεσθαι. Vbi Wolfius pro πόθεν, ποθὲν legi voluit, i. e. *alicunde;* tum pro ἐκεῖναι fortassis εἰδέναι legendum censuit; denique „Etiam ea, inquit, quæ sequntur, mendi suspicione „non carent. Videntur enim quædam verba omissa. „Durius certe cohæret oratio.“ Versionem autem totius loci in hunc modum idem Wolfius concinnavit. *Cum igitur astrologi alicunde cognoscunt, qui moderate, qui immoderate vim illam susceperi sint, alios prudentes, alios callidos fore dicunt: si modo fieri potest, ut harum rerum certæ notæ e figurarum illis delineationibus cognoscantur. Alia certe quidem perspicua sunt omnibus: cujusmodi illud est, quod sole Cancrum peragrante immoderato calore afficimur: alia obscura & ignota iis qui artem ignorant astrologicam.* Quam versionem tenens Heinsius, in græco exemplo alia aliter, partim pro suo ingenio, partim Wolfio præeunte, curavit, sic edens: Ὅθεν οὖν — — — — ἔσεσθαι λέγουσιν. εἰ ἄρα δυνατὸν συνεῖναι τούτων τεκμ. ταῖς σχημ. τὰ μὲν δὴ φανερὰ, ὥσπερ (omisso ἡ articulo) ἐν καρκίνῳ τοῦ ἡλίου θέσις, ἀσυμμ. ὑφ' ἡμῶν μετέχεται. &c. At, primum, in πόθεν veteres libri consentiunt omnes. Tum dant quidem plerique εἰ ἄρα: mihi vero genuinum visum est ἢ ἄρα, quod dedit noster Pa. quod vel affirmative accipere possis, hac sententia, *Nempe fieri sane potest ut sint* &c. vel interrogative, *Aut fieri-*

ne

ne ergo poteſt ut ſint &c. Quæ poſterior ratio for- p. 28
taſſe verior: nam licet concedat Simplicius, prædice- a
re Aſtrologos poſſe, *quonam ingenio futurus ſit homo recens natus*, dubitaſſe tamen videri poteſt, poſſint-ne iidem aſtrologi certa quadam ratione etiam prædicere, *quo pacto uſurus ſit homo eo ingenio, quod ei a natura tributum ſit.* conf. p. 27. a. b. Et quod p. 27. b. ait, τοῦτο συμβαίνει, ſic videri poteſt intelligendum, *evenire illud, non certa ratione* quæ e ſideribus cognoſci poſſit, ſed *per accidens*, ut in ſcholis olim loquebantur. Vide vero, ne fortaſſe utraque particula ἢ & εἰ ſimul tenenda ſit, hoc modo, ἤ, εἰ ἄρα, δυνατὸν &c. hâc ſententiâ: *aut, ſi modo cognoſcunt, fieri-ne poteſt, ut* &c. Verbum συνεῖναι, quod hoc loco Heinſius poſuit, unde ille arripuerit, non video. Pro mendoſo ἐκεῖναι, quod in Ven. ed. erat, vetus codex manuſcriptus laudatus in Vha. & in Vpa. ἐνεῖται dabat, nihilo melius; & ſic ſcribitur in noſtro Pa. Sed in eisdem libris Vha. & Vpa. perſpecte adnotavit vir doctus: „*videtur legendum* ἐνεῖναι.“ Atqui hoc ipſum ἐνεῖναι perſpicue exhibent noſtri codd. Arg. Pb. Pc. Pi. Particulam vero δὴ poſt τὰ μὲν nullus codex agnoſcit: contra ἤ articulum poſt ὥσπερ agnoſcunt omnes. Denique in μετέχεται alii quidem omnes conſentiunt, idque ipſum in Pa. etiam intra lineas adnotatum; ſed manifeſte abſurda illa ſcriptura eſt: agitur enim de *modo, quo ſuscipiunt homines* (μετέχουσι, quod pag. præc. ὑποδέχεσθαι & δέχεσθαι dixerat) non *ſolis ſitum*, ſed τὸ ἰδίωμα vel τὴν ἰδιώτητα τὴν ἐκεῖθεν λοῦσαν, *ingenium a Natura cuique tributum*, quod quale ſit e conſentiente ſiderum ſitu cognoſcit aſtrologus. Itaque verum judicavi ὑφ' ἡμῶν μετέχεσθαι, quod habet Pa. in contextu: & ad verba ὥσπερ ἢ ἐν καρκίνῳ τοῦ ἡλίου θέσις intelligendum e ſuperioribus putavi ἐστὶ (vel δοκεῖ εἶναι) τεκμήριον, nempe τοῦ ἀσυμμετρότερον ὑφ' ἡμῶν μετέχεσθαι τὴν ἐκεῖθεν λοῦσαν ἰδιότητα.

διὰ ἀδυναμίαν. Temere & invitis Msstis διὰ ἀδυ- b
ναμίας ed. Heinſ. τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς. Sic recte Pa. Vhab. & Vpabcd. quod verum eſſe evincit ipſa argumentationis ratio, & quod continuo ſequitur καθ' ὃ οὐσίωται. Perperam vulgo alii τὴν αἰτίαν

p. 28 b c αν τῆς ψυχῆς. Veram scripturam ex conject. jam perspecte viderat Wolf. Pro ἀναιροῦσι, operarum errore est ἐναιροῦσι in ed. Heins. ζωτικὴν ἐκτένειαν. „*Vitalem extensionem*, vel *assiduitatem; vim vitalem, „quæ in omnia membra diffunditur, atque in omnibus „actionibus cernitur.*“ Wolf.

p. 29 a συντίθεσθαι καὶ ἀπαρνεῖσθαι. In promtu est, cum Wolfio συγκατίθεσθαι corrigere; quemadmodum paulo ante συγκατάθεσιν habes. Sed & συντίθεσθαι eadem notione *adsentiendi* ex Pausan. p. 315. ed. Kuhn. & ex aliis citatur a Lexicographis. πρότερον recte Mssti, ut corrigendum monuerat Wolf. Mendose πρώτερον edd.

b ἀλλ' ἔξωθεν ἂν ἦν κινούμενον, καὶ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἀψύχοις καὶ αὐτὸ ἄψυχον ἂν ἦν. Sic Pa. & (ex *v. c.*) Vhab. & Vpabd. Et in eodem *vet. cod.* quem laudavit Vha. præter scripturam ἂν ἦν simul (sive in ora, sive inter lineas) hæc erat ἀεὶ ἦν, non minus commoda, ac fortasse verissima. Vulgo edd. cum aliis codd. sic dabant, ἀλλ' ἔξωθεν κινούμενον, παραπλησίως ἂν τοῖς ἄλλοις ἀψύχοις καὶ αὐτὸ ἄψυχον ἂν ἦν. οἱ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιροῦντες, καὶ τὸ θέλειν. An ἀναιροῦντες κατὰ τὸ θέλειν, *in volendo?* οὗτοι καὶ ed. Heins. cum Pa. Vhab. & Vpabc. Perperam οὕτω καὶ ed. Ven. Pb. Pc. Pi. οὕτως καὶ Arg. κακίας ψυχικῆς διαφορὰν recte ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. ψυχικὴν ed. Heins. cum Pa. Vhab. & Vpabcd. Mox pro ψόγον corrupte λόγον habet Pa. τοὺς ἐπὶ τούτοις καλῶς. Sic recte idem Pa. Perperam vulgo alii ἐπὶ τοῦτο. In uno Pc. videtur ἐπὶ τούτου esse.

p. 30 a ἄνευ τοῦ ἑλέσθαι ed. Heins. cum Pa. Vhab. Vpabc. Perperam τοῦ ἄνευ ἑλ. ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. ὁ ἐμπίπτων τινὶ. Temere & invitis libris omnibus ὁ ἐμπίπτων βοθύνῳ τινι edidit Heins. nempe ex Wolfii versione, ubi *in foveam incidit:* sed ne in suo quidem, quo utebatur, græco libro adjicere græcum vocabulum ausus erat Wolfius; prorsus ignorant istud nomen veteres libri. ἀπ' ἄλλου ὠθούμενος. Exspectasses ὑπ' ἄλλου, sed nil mutant libri, & sic locutus videtur Simplicius. Vide Not. ad p. 12. a. b ἀνάγκης ἐπαχθείσης percommode dedit Pa. itemque

ſtemque Vhab. & Vpabcd. ἐπενεχθείσης ed. Ven. Arg. Pc. quod utcumque ferri poterat. Prorſus corrupte ἐπεναχθείσης Pb. Pi. quod fortaſſe etiam in cod. Nanſiano invenerat Heinſ. qui in ἐπιταχθείσης ſua auctoritate mutavit. οὐ γὰρ ταυτὸν τὸ ἑκούσιον. Sic recte ed. Heinſ. cum Pa. Vhab. & Vpabcd. ut legendum monuerat Wolf. Perperam τὸ αὐτεξούσιον ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. οὔ τὴν ἐξουσ. ἔχομεν. Temere in ed. Heinſ. omiſſa vocula οὔ, quam cum ed. Ven. agnoſcunt libri omnes. Καὶ ἔστι δὲ. Deeſt καὶ Pa. ſed percommode locum tuetur particula copulativa, quem ei dant reliqui libri. ὅταν καὶ τὸ αἴρ. ὅταν γε τὸ αἴρ. maluerat Wolf. Ac commode ſane abeſſet καὶ, quæ & ut tollenda notatur in Vpc. ſed agnoſcunt eam libri omnes. Ἑκὼν ἀέκουσί γε θυμῷ. Iliad. IV. 43. p. 30 b

εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς διδάσκει. Sic Pa. Vha. & Vpac. Deſiderabatur verbum in ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. Quare deinde poſt χρὴ τίθεσθαι adjiciendum ἐξηγεῖται conjectaverat Wolf. διδάσκει vero poſt χρὴ τίθεσθαι poſuit Heinſ. cum Vhb. & Vpbd. τὸ ἀγαθὸν τὸ ἑαυτῶν. Poſterius τὸ temere omiſſum in ed. Heinſ. ἐν ταύταις ἔχουσι. Cogitaverat ἐν αὐταῖς vel ἐν ἑαυταῖς. Sed percommode ἐν ταύταις intelligetur ἐν ταῖς ἑαυτῶν κινήσεσι καὶ ἐνεργείαις, quod & convenit cum eo quod continuo ſequitur, ἐνέργειαι δὲ αὐτῶν &c. p. 31 a

καὶ τῶν ὄντων ὑπολήψεις. Malles αἱ περὶ τῶν ὄντων, ſed nil mutant libri. ὀρεγώμεθα. ὀργώμεθα edd. temere & invitis Msstis; quod in ὁρμώμεθα mutandum cenſuerat Wolf. τότε τὸ ἀγαθὸν. Caret τὸ ed. Ven. invitis noſtris Msstis. ἡμῶν ἐστιν ἔργα ταῦτα Pa. Arg. Pb. Pc. ἡμῶν ἔργα ἐστὶ ταῦτα edd. & Pi. καὶ εἴ τι τούτου recte ed. Heinſ. cum Mss. καὶ ἔτι τούτου ed. Ven. b c

TO KEIMENON. *Textus. Continuatio verborum Enchiridii.* Οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ &c. Sunt hæc verba poſterior pars capitis primi ed. Wolf. & ſectionis primæ cap. I. noſtræ editionis. Et in omnibus quidem Codicibus Simplicianis eadem verba, pari modo a ſuperioribus Enchiridii verbis ſeparata, hoc loco interſeruntur, & peculiari commentario explicantur: at nonniſi p. 32 a

p. 32 a nonnisi in cod. Pa. adjectâ notâ β'. pro Capite II. numerantur. In aliis codicibus Simplicianis, excepto nostro Argentinensi, nusquam adponi numeros capitum, supra dictum est ad initium capitis primi. In ipso vero Argentinensi cum aliâs suis numeris distinguantur capita, his verbis tamen nullus numerus est adjectus, utpote quæ ad idem caput cum superioribus pertineant. Pariter in AA. (id est, in integro Enchiridio quod in fronte ejusdem codicis Arg. continuo tenore descriptum est) & in aliis codicibus totum continuum Enchiridion exhibentibus, eadem verba simul cum superioribus, & cum nonnullis sectionibus quæ sequuntur, ad unum primum Caput referuntur. Vnus Codex Pd. in numerandis Capitibus constanter fere cum Pa. consentit: in illoque verba hæc, in quibus versamur, pariter notâ β'. insignita sunt, adeoque pro cap. II. numerantur.

Οὐχ, ὅτι μηδὲν. Sic ed. Ven. cum Pa. Pb. Pc. Pi. οὐδὲν Arg. Vhab. & Vpabcd. Temere pronomen negativum prorsus omissum in ed. Heinf. nec ab editore Lond. adjectum. καὶ οὐδ' ἂν ἄρχοι. Exspectaveram καὶ οὐδεὶς ἂν ἄρχοι, sed in vulgatum tenaciter consentiunt libri. ἐν ταύταις ταῖς πολιτείαις, *in his præsertim rebuspublicis;* scilicet (ut adnotavit Wolf.) ubi non deferuntur honores, sed ambiuntur. conf. p. 33. b. Nec vero opus est, ut cum eodem Wolf. solicitemus vocem ταύταις, commode enim intelligitur οἷαί εἰσι αἱ νῦν. Alibi quidem ἐν ταῖς μοχθηραῖς πολι[τ]είαις dicit, ut p. 25. c. & in complemento lacunæ quæ erat p. 153. ἄλλων δεῖται ταῦτα.

b Caret ταῦτα Pa. minus commode, moxque idem perperam τὴν ψυχὴν συναιρ. scribit, pro τῇ ψυχῇ. εἶναι φασί. Φησί se legere ait Wolf. Sed intelligi potest οἱ Στωϊκοί. Similiter certe & paulo superius non εἶναι φησὶ dixit, sed εἶναι λέγεται.

καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἔκκειται τὸ ἰσχυρότερον ποιεῖν ὅ τι ἂν εἰς αὐτὸ βούληται. Sic ed. Ven. consentientibus Mss. nisi quod εἰς τὸ αὐτὸ pro εἰς αὐτὸ habet Arg. & βούλεται pro βούληται Pa. male id quidem uterque. Sententia loci haud sane obscura mihi visa erat, longe quidem diversa ab ea quam Wolfius

Wolfius his verbis expressit: *quæ si omnia suppetant, fortius id ad cujusvis muneris functionem efficere licebit:* quæ interpretatio nec græcis verbis ullo modo respondet, (quare & illa quidem, ὅ τι ἂν εἰς αὐτὸ βούληται, suspecta sibi fuisse Wolfius fatetur, sed nihil melius occurrisse;) nec cum proxime sequentibus congruit; nam, quoniam ibi non modo περιποιῆσαι dicit, sed & ἀποσοβῆσαι, intelligi par erat, in his verbis, de quibus nunc quærimus, commemorari aliquid quod *depellere* vellemus, si possemus. Igitur hoc mihi hîc dixisse visus est Simplicius: *Et præter ista omnia,* (nempe, quibus indiget corpus,) *obnoxium illud etiam est cuilibet fortiori, ut is adversus illud faciat quidquid libuerit.* At de græca dictione dubitari nonnihil potest. Quod si verbum ἔγκειται impersonaliter accipi posset, tali quadam notione, *propositum est illi,* id est, *impendet, imminet, exspectandum timendumque illi est;* tum quidem nihil fortasse amplius desideraretur. Sic, quemadmodum postulare videtur sermonis usus, personaliter accipiendum est id verbum, & ad nominativum σῶμα referendum; tum vero dativus casus desiderabitur, ut, quemadmodum ὁ σκοπὸς dicitur ἐγκεῖσθαι τοῖς τοξεύειν βουλομένοις, aut quemadmodum, qui scelus commisit, ἐγκεῖσθαι dicitur τῇ δίκῃ, *obnoxius esse poenæ,* sic nunc dicatur, τὸ σῶμα ἔγκειται τῷ, τὸν ἰσχυρότερον ποιεῖν ὅτι ἂν εἰς αὐτὸ βούληται, (id est, ποιεῖν εἰς αὐτὸ ὅ τι ἂν βούληται,) aut etiam ἔγκειται τῷ ἰσχυροτέρῳ, ποιεῖν ὅ τι ἂν &c. quæ posterior emendandi ratio commendatur ex viri docti conjectura in Vpc. Quidquid sit: verbis eis, quibus hîc usus est Simplicius, respondent deinde illa, quibus mox utitur, cum de *possessionibus* loquitur; ubi, ἡ κτῆσις, ait, πρὸς μείωσιν πολλοῖς τοῖς δυνατωτέροις ὑποκειμένη. Heinsius, græca verba versioni Wolfianæ, quæ ei placuerat, adcommodaturus, invitis libris omnibus sic edidit: καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἔγκειται τὸ, ἰσχυρότερον ποιεῖν εἰς ὅ τι ἄν τις αὐτὸ βούληται. Quam eamdem scripturam in reliquis verbis tenens editio Londinensis, insuper ἔγκειται pro ἔγκειται habet, casu, puto, non editoris consilio. p. 32 b

τοιοῦτοι

p. 33 a τοιοῦτοι νομιζ. τοιοῦτό τοι νομιζ. proprius error est editionis Ven. ἀνθρωπικὰ καὶ ἀτελῆ. In usu-ne fuerit apud græcos philosophos vocabulum ἀτελὲς generaliori illa & subtiliori notione, qua recentiori memoria philosophi *imperfectionem* opponere consuevere *perfectioni*, id est, *præstantiæ* & *excellentiæ*, haud satis mihi liquet, atque etiam dubitare subiit. Itaque videndum putavi, ne εὐτελῆ h. l. scripserit Simplicius, id est, *vilia*, *parum digna Deo*. Frequenter εὐ & ἀ inter se confundi solere a librariis, aliâs observavimus: & eodem modo infra p. 295. a. ἀτελῆ vulgo legebatur pro εὐτελῆ. At hoc quidem loco concordant cum editis Mssti nostri. ἡγοῦνται τινές. Sic in fine periodi vocem encliticam suo accentu notare solent codices nostri Arg. & Pa. Sic rursus p. 34. c. iidem ἀλλότριαἐστίν. non ἀλλότριά ἐστιν. Eumdemque fere morem servavit ed. b Ven. εἰς ἀρχὴν παρέλθοι. εἰς τὴν ἀρχὴν Pa. ἀναγ- c καζόμεθα κτᾶσθαι. Sic recte ed. Heins. cum Pa. Vbab. & Vpabcd. Corrupte χρᾶσθαι ed. Ven. & Arg. (nescio an & Pb. Pc. Pi.) Eodem modo p. 40. c. χρήσωνται olim pro κτήσωνται legebatur. Hoc loco, nisi & codices præivissent, & res ipsa loqueretur, certâ tamen ratione restitui vera scriptura poterat ex Platonis Phæd. cap. 11. ubi sic: διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν πάντες οἱ πόλεμοι γίγνονται. τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ σῶμα, δουλεύοντες τῇ τούτου θεραπείᾳ. Ad quæ verba respexisse Simplicium adparet.

AD CAPVT II.

p. 34 a In nostra editione Enchiridii est CAP. I. *sect.* 2. In cod. Pa. & Pd. est cap. γ'. In reliquis codd. refertur ad cap. I. nec in Arg. pro novo capite numeratur. Definit autem codex Arg. in verbis Φύσει ἐλεύθερα, Pc. vero progreditur usque ἀπαραπόδιστα.

ἀναγκάζεται correxit Heinsius, quemadmodum & usus sermonis postulare videbatur, & id quod consentientibus libris mox sequitur κωλύεται. ἀναγκάζονται in plurali dabat ed. Ven. quod, quamquam anacoluthon, tamen fortasse & ipsum ferri poterat.

erat. Sic sane & cod. Pa. (nescio an & alii Paris.) p. 34
& in numero etiam consentit Arg. in quo quidem a
ἀναγκάζωνται. τοιοῦτον γάρ ἐστι. Caret ἐστὶ solus
Pa. ἀρνοῦνται αὐτοῖς ed. Heins. & Ms. Arg. sed b
αὐτοῖς ed. Ven. & Pa. non minus recte. Mox, pro
εὐσθενῶς, vitiose ἀσθενῶς Arg. Cæterum verbis il-
lis, εὐσθενῶς διάκειται, videri poterat confirmari
quodammodo lectio, quam in Enchiridio habet co-
dex noster Pd. post ἐλεύθερα vocabulum εὐσθενῆ
inserens. At potuit Simplicius verba illa, καὶ τὰ μὲν
ἀρνοῦνται αὐτοῖς εὐσθενῶς διάκειται, pro interpretis
potestate adjicere, ut vi oppositionis illustraret id,
quod ab altera parte in Enchiridio expressum legitur,
ἀσθενῆ. Immo vero magis etiam mirum videri pos-
sit, in nullo Enchiridii exemplo inter prædicata τῶν
ἐφ' ἡμῖν vocem ἴδια reperiri, vocabulo ἀλλότρια re-
spondentem, quod ab altera parte expressum agno-
scunt libri omnes; quum istud non hîc solum in in-
terpretatione posuerit Simplicius, (sub finem pag.)
τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν — — ἴδια ἡμῶν ἐστι, verum etiam c
initio interpretationis capitis seq. (p. 35. b.) rursus
diserte sic scribat: Εἰπὼν — — — ὅτι τὰ μὲν ἐφ'
ἡμῖν, ἴδιά ἐστι, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλότρια. At
in hujus capitis interpretatione, quemadmodum supe-
riora illa τὰ μὲν — — ἀσθενῶς διάκειται illustratio-
nis caussa adjicere potuit, sic & hæc τὰ μὲν — —
ἴδια illustrationis caussa poterat τοῖς ἀλλοτρίοις oppone-
re: initio vero capitis sequentis, quemadmodum om-
nia illa prædicata, ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτὰ, ἀλλότρια,
uno nomine ἀλλότρια complexus est; sic & ista,
ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαραπόδιστα, una denominatio-
ne ἴδια comprehendit. Et omnino e Simplicii inter-
pretatione nusquam certâ ratione colligi ipsissima ver-
ba possunt, quæ in Enchiridio posita ille invenerat,
nisi ficubi diserte profitetur, se ipsa Enchiridii verba
referre.

τὰ δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Temere τῶν articu p. 35
lum, quem dabat ed. Ven. cum Msstis, omisit hoc a
loco Heinsius. Manifeste hæc referuntur ad id quod
paulo ante dictum est, τὰ μὲν τῶν ἐφ' ἡμιν.

AD CAPVT III.

p. 35 a In noſtra ed. Enchirid. eſt CAP. I. *ſect.* 3. In Pa. & Pd. eſt cap. δ'. In Pg. numeratur β'. In reliquis codd. ad caput I. refertur; nec in Arg. pro novo capite numeratur. Deſinit vero Arg. in verbo οἰηθῇς, Pc. vero in πενθήσεις.

b c Ad verba, ὅτι τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἴδιά ἐστι, vide quæ paulo ante monita ſunt. μὴ παρηλλαγμένως, ſcil. τῆς Φύσεως, *non contra naturam, non ſecus ac fert atque deſiderat illarum rerum natura.* Sic παρηλλαγμένος τῆς συνηθείας, *ab uſu alienus, contra morem*, apud Polyb. Conf. not. ad p. 27. c. καὶ κακῷ μηδενὶ. καὶ κακῶν μηδενὶ unus Pa. in qua ſcripturâ non emphaſin aliquam ego quæram; ſed, quoniam τῶν ἀγαθῶν præceſſit, excidiſſe imprudenti librario puto, ut καὶ κακῶν in eodem caſu ſcriberet.

p. 36 a καὶ μὴ οὐκ οἰκείου. Sic idem Pa. & Vhab. & Vpbcd. id eſt, *nec tale bonum conſequamur, quod non ſit noſtrum, quod non ſit nobis proprium.* καὶ οὐκ οἰκείου habebat ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. ubi οὐκ in τοῦ mutare juſſit Wolf. cui obtemperavit Heinſ. Sic etiam monuerat vir doctus in Vpa. „aut delendum οὐκ, aut ponendum τοῦ." Eademque adnotatio etiam in Vha. ab alia manu adſcripta legitur: quæ erat percommoda quidem emendatio, ſed ei præferendam putavi lectionem e vetuſtis libris ductam. Pro διχῶς ἀποτυγχάνειν, temere διχῶς ἀπὸ τοῦ τυγχάνειν habet ed. Ven. ἐπιτύχοιμεν ἄν. Sic percommode idem Pa. ἐπιτύχομεν h. l. rurſus, ut paulo ante, habet ed. Ven. cum Arg. & Pi. ἐπιτυγχάνομεν Pb. ἐπετύχομεν ed. Heinſ. & ἂν particulam ignorant iſti omnes. In Pc. deeſt ipſum verb b bum cum quatuor præcedentibus. τῶν ἐν ἄλλων ἔξουσ. recte ed. Heinſ. cum Msstis. Perperam deerat ἐν in ed. Ven. ubi τῶν ἐπ' ἄλλων corrigebat Wolf. ἰθυπορούσας cum ed. Ven. dedere Mssti omnes; quod in εὐθυπορούσας mutavit Heinſ. citra neceſſitatem. Poſt τυγχάνοντες cum Wolfio adjeci duas voces τῶν αἱρετῶν, quibus vix carere poſſe videtur oratio: nec tamen ullus ex noſtris codd. eas agnoſcit.

Εἰπὼν

Εἰπὼν δὲ ὅσα παρὰ ἕπεται τῇ παραλ- p. 36
λαγῇ. Verba hæc, prætermissa ab Heinsio, restitui c
ex ed. Ven. & cod. Arg. Insunt eadem, ut puto, (nec tamen exploratum habeo) codicibus Pb. Pc. Pi. Nec vero quidquam his verbis ineſt, quod non peraptum sit huic loco; & percommode *decepta* illa *hominum opinio, qua alterum cum altero permutant*, παραλλαγὴ dicitur. cf. p. 73. a. Temere vero (ut mihi quidem persuasum est) omissa sunt ista verba in nostro Pa. & ex alterius veteris codicis præscripto ut *delenda* notantur in Vhab. & Vpacd. Parique modo, haud dubie, vel notata vel inducta erant eadem verba in codice Nansiano, quo usus Heinsius est; quare ea e contextu ejecit hic editor. Turbare nonnihil poterat editorem, quod post ea ipsa verba haud satis bene deinde procedebat oratio. Quare etiam Wolfius professus est, initio sibi supervacua illa visa esse, sed mox vidisse, deesse post illa aliquid, cujusmodi sit νῦν φησιν; & sic in suo exemplo editionis Ven. ipse sua manu correxit, νῦν φησιν, ὅτι ἐὰν καλῶς. Monuitque etiam vir doctus in Vpd. νῦν λέγει legisse ibi Caninium, qui ante Wolfium latinam Simplicii versionem ediderat. Ego, ne quid in proximis verbis (ἐὰν δὲ καλῶς) mutatu esset opus, proxime post ista verbum φησὶ intercalavi. Poterat vero id verbum etiam inferius *post* οὔτε ἀναγκάσει aut *post* οὐδεὶς rejici: quod fortasse etiam rectius fuerit, quia verba illa ἀναγκάσει οὐδεὶς ex ipso Enchiridii contextu repetita sunt, cum adhuc suis verbis usus sit interpres. Mox deinde διαθησώμεθα scripsi pro vitioso διαθησόμεθα, quod libros omnes scriptos editosque occupaverat, cum tamen paulo post in ἀντεχώμεθα uno consensu omnes subjunctivum tenuerint.

οὕτως ὀρέγεσθαι καὶ ἐκκλίνειν· εἴ περ ἐφ' p. 37
ἡμῖν ἐστίν. Inter ἐκκλίνειν & εἴπερ in ed. Ven. a
& in codd. Arg. & Pb. inserta leguntur hæc verba οὔτε ἀναγκάσει ἄλλος, quæ per errorem repetita esse e superioribus perspecte viderat Wolf. adeoque delenda monuit. Et recte illa ignorat noster Pa. ignorabatque ille codex, cujus e præscripto inducta sunt eadem in Vhab. & Vpacd. Ea igitur recte delens Heinsius, perperam simul ista εἴ περ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν

p. 37 delevit, quæ codices ad unum omnes recte dabant.
a Paulo superius absque parenthesi scripta erant illa verba ἀναγκάσει ἄλλος δηλονότι οὐδείς, ubi perspicuitatis caussa voces ἄλλος δηλονότι, quæ interpretationis caussa interserta sunt, parentheseos signis inclusi.
b οὐδὲ Φοβησόμεθα. οὐ Φοβησ. Pa. ἐχθρὸς γὰρ recte dedit Pa. Cæteri ἐχθρὸς δὲ cum edd.

c τοῦ τοιούτου. Caret τοῦ Arg. male. ἄνευ πάθους καὶ ἡδονῆ ζῶν]ος. Variant in duabus posterioribus vocibus libri; nec, quid verissimum sit, ego definiam. Exhibui scripturam quam præivit noster codex Pa. quam eamdem indicavit Vpd. ἡδονῆ ζῶν ed. Ven. ἡδονῆς ζῶν Arg. ἡδονῆς ζῶν]ος ed. Heins. cum Vhab. & Vpab. ut sit ἄνευ πάθους καὶ ἡδονῆς *absque animi perturbatione* (sive *absque dolore* malueris) *& absque voluptate:* at idem tamen Heinsius tenuit Wolfii versionem, *vita perturbationis expers, plena voluptatis;* quam in sententiam vir doctus in Vpc. καὶ ἐν ἡδονῆ ζῶν]ος legendum conjectavit. In codd. Pb. Pc. & Pi. quid legatur, non habeo exploratum. Quod sequitur ὥσπερ ὁ Πλάτων φησὶν &c. verbum hoc φησὶν tenui, ab Heinsio ex Wolfii conjectura adscitum: quod recte-ne, an secus, adjectum fuerit, certius judicare potuissem, si Platonis locum, quem in mente habuerat Simplicius, compertum habuissem: quem nec recordatus sum, & frustra quæsivi. Itaque nescio, sententiam-ne solam, an & ipsa verba Platonis laudaverit noster; &, si ipsa verba, quousque Platonis verba pertineant, & ubi rursus suo nomine Simplicius loqui pergat. Quod donec doctiores feliciorique ingenio viri nos docuerint, depromam interim quid libri Simpliciani dederint, quid ex Wolfii vel Heinsii accesserit ingenio. In ed. Ven. post verba τὸν τοῦ σπουδαίου βίου. majori interpunctione interposita, sic legitur: ὥσπερ ὁ Πλάτων ὅτι πᾶν ζῶον κατὰ Φύσιν τοῦ ἡδέως ἀντέχε]αι τὰ λυπηρὰ τῶν ἡδέων. τὰ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῶν καὶ ὠΦελίμοις σύνεστι &c. neque quidquam ab ea scriptura dissentiunt quinque nostri codices Mssti; nec in Vhab. aut Vpabd. adnotatur quidquam, nisi quod in Vhab. & Vpa. laudentur Wolfii emendationes. Wolfius igitur, & qui eum secutus est Heinsius, primum, post ὁ Πλάτων

των verbum φησὶν adjecerunt; quasi illa quæ ise- p. 37
quuntur, πᾶν ζῶον καλὸν φύσιν &c. ipsa Platonis ver- c
ba essent. Ac potuit sane pluribus in locis verbis istis uti Plato, licet eorum nullus nec a Wolfio citatus sit, nec mihi, vel memoriâ requirenti, vel ipsa Platonis opera evolventi, adhuc occurrerit. (Sententia quidem passim apud eumdem Platonem obvia; veluti de Legib. lib. V. p. 606. ed. Lugd. 1590. cum ait: ἔστι δὲ φύσει ἀνθρώπειον μάλιστα, ἡδονὰι καὶ λύπαι καὶ ἐπιθυμίαι. ἐξ ὧν ἀνάγκη τὸ θνητὸν πᾶν ζῶον ἀτεχνῶς οἷον ἐξηρτῆσθαί τε καὶ ἐκκρεμάμενον εἶναι σπουδαῖς ταῖς μεγίσταις. — — — ἡδονὴν βουλόμεθα εἶναι ἡμῖν, λύπην δὲ οὔθ' αἱρούμεθα, οὔτε βουλόμεθα. &c.) Sed videndum putavi, ne ad connexionem orationis multo commodius fuerit, si verba illa ὥσπερ ὁ Πλάτων ad superiora referrentur, ea vero quæ sequuntur, ὅτι πᾶν ζῶον &c. tamquam a Simplicio suo nomine dicta intelligerentur, cum Platonis quidem simul & cum Epicteti præceptis consentientia. Ita interserto verbo φησὶν ne opus quidem fuerit: (quare illud uncis istis, quibus dubitationem meam soleo significare, inclusi:) sed intelligendum ὥσπερ ὁ Πλάτων ἀποδείκνυσιν vel ἀπεδείκνυ, *quemadmodum Plato demonstravit*, nempe, *vitam viri boni non modo utilissimam esse, sed & jucundissimam*; & potuerat Simplicius cum alia Platonis loca in mente habere, tum illum ex lib. II. de Repub. p. 579. sq. ubi cum docuisset, non alia esse δίκαια, alia λυσιτελοῦντα καὶ κερδαλέα, confirmat deinde, τοὺς τὸν δικαιότατον βίον διαβιοῦντας eosdem etiam vivere τὸν ἡδιστον βίον καὶ εὐδαιμονέστατον καὶ μακαριώτατον. Itaque hoc dixerit Simplicius: „Non esse Epi„ctetum tam rigidum morosumque Stoicum, ut solam „semper *honestatem* & *officium* in ore gerens, nullam „prorsus rationem *utilitatis* & *jucundi* velit haberi: „immo vero, haud secus ac Plato, ostendit Epicte„tus, vitam probi viri utilitatis & jucunditatis plus „habere, quam habeat vita improborum.“ In eamque partem accipiendum hunc locum, ut recte a vetustis libris absit verbum φησὶν, pæne habeo persuasum. Sin omnino librariorum culpâ olim omissum est id verbum, adeoque recte a Wolfio adjectum; suspicari licebit, fuisse illud a Simplicio proxime post

p. 37 c verba ὅτι πᾶν ζῶον κατὰ φύσιν positum; inde similitudine duarum vocum φύσιν & φησὶν deceptum veterem librarium, cujus ex exemplo propogati sunt noſtri codices, illud prætermiſiſſe. Quæ in ed. Ven. & in Msstis noſtris ſequi dixi verba, haud dubie defecta ſunt: nec vero dubitare debui, recte quoad ſententiam quidem ab Heinſio (eodem Wolfio auctore) expletas eſſe lacunas, cum ſic ederet, τὰ λυπηρὰ δὲ φεύγει. τῶν ἡδέων δὲ τὰ μὲν &c. Ego vero, particulam δὲ poſt τῶν ἡδέων tenens, ſuperiori loco καὶ φεύγει τὰ λυπηρὰ ſcripſi, præeunte libro noſtro Vpc. in quo libro de ſupplendo quidem verbo φησὶν nihil monetur, vocula δὲ vero poſt τῶν ἡδέων ponenda notam *p.* adjectam habet, quæ viri docti *conjecturam* indicat; ſed verba καὶ φεύγει, quæ ante τὰ λυπηρὰ inſerenda adnotantur, adjectam notam γρ'. habent, quæ ex vetere codice ducta ea eſſe declarat. Paulo poſt, pro τὰ δὲ τοῖς βλαβεροῖς, Wolfius τὰ δὲ τοῖς πανοῦς καὶ βλαβεροῖς ſcribendum cenſuerat, quemadmodum ſcilicet præcedit τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῶν καὶ ὠφελίμοις. Sed illud quidem ſupplementum cum Heinſio negligi poſſe putavi.

p. 38 a εἰς σώφρονας μεταβάλλειν. εἰς aberat ab ed. Ven. Adjecit Heinſ. monente Wolf. & habet noſter cod. Pa. & ex alio Msto notarunt Vhab. & Vpabc. De Pb. Pc. Pi. non liquet. In Arg. poſt τῶν μοχθηρῶν deſunt quinque voces.

AD CAPVT IV.

b. c. Nobis eſt *ſect.* 4. CAP. I. In codd. Pa. & Pd. eſt Cap. ε. In Pg. accenſetur capiti β'. In reliquis codd. numerum non habet adjectum, & ad Cap. I. refertur. Codex Arg. deſinit in verbis ἅπτεσθαι αὐτῶν. Pc. paulo longius progreditur.

p. 39 b ἐπαγελμάτων. Perperam ἀπαγ. ed. Ven. quod correxit Heinſ. cum Msstis. τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδὴν. Sic ſcripſi cum Pa. περὶ αὐτὰ edd. cum Pb. Pc. Pi. Mendoſe prorſus περὶ αὐτὸν Arg. ὥσπερ τρυφαί. Fidenter obtemperavi Wolfio, ſic corrigere jubenti. Ferri ſane non poterat τροφαί, in quod quidem cum editis conſentiunt Mssti omnes. ὡς οὐ δύνατὸν.

τὸν. οὐ, quod deerat ed. Ven. & adjiciendum monuerat Wolfius, recte dedere Mssti. καὶ περὶ ταῦτα σπ. Caret h. l. καὶ Pa. minus commode. p. 39 b

ἄλλα ὅσα τῶν ἐκτὸς. In Vhab. & Vpbcd. ex vetere cod. mira adnotatur scriptura ἄλλα ὅσα ὅλα τῶν ἐκτ. Mox libri omnes cum ed. Ven. ἐπὶ οἴκου κτήσιν dabant: ubi ἐπὶ cum Wolfio in οἷον mutare malui, quam in ὡσεὶ cum Heinsio. Possemus vero etiam particulâ tali nullo incommodo carere, & ἐπὶ ex ἔτι corruptum (ut persæpe aliâs) suspicari; si modo jungi ἔτι cum præcedentibus verbis commodâ aliquâ ratione posset. Vereor equidem, ne sub eâdem voculâ ἐπὶ gravius lateat ulcus. οἰκετίας (id est *famulitia*) restitui ex ed. Ven. cum qua consentiunt Arg. Pb. Pc. Pi. Vnus Pa. mendose οἰκετείας habet, quo in eodem codice in Ench. cap. 33, 7. propius ad verum, pro οἰκετίαν, οἰκετείαν scribitur. Temere h. l. οἰκέτας edidit Heins. ἐνίοτε καὶ τῶν χρειωδῶν ἐπιμέλεια. Vocem ἐνίοτε cum præcedentibus ἀρχὴν δικαίαν jungit Pa. sed rectius alii omnes ad hæc quæ sequuntur: hoc enim dicit, *nonnumquam etiam ipsarum rerum curam ad vitam necessariarum differendam esse.* τελέως Pa. cum edd. τελείως Arg. In eodem Arg. perperam paulo ante desunt verba τῆς ἀρετῆς. c

τὸν μέλλοντα ἐν τοῖς ἐκτὸς μὴ δημοτικῶς — — ἀναστρέφεσθαι. Vno consensu Mssti omnes cum ed. Ven. ἐν τοῖς ἐντὸς dabant; quod utut ferendum fortasse suspicari potuisses, manifeste tamen declarant ea, quæ deinde p. 40. bc. consentientibus libris leguntur, (χρεία τοίνυν — — ἐν τῇ περὶ τὰ ἐκτὸς χρήσει &c.) recte Heinsium obsecutum esse Wolfio, monenti τοῖς ἐκτὸς h. l. esse scribendum. Mireris vero, eidem Wolfio eumdem editorem non obtemperasse, de adjicienda *negativa particula* monenti, quâ carent ed. Ven. & Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. Adjiciendum οὐ notatur in Vhab. & Vpabd. Sed μὴ δημοτικῶς, id ipsum quod Wolfius voluerat, dedit noster cod. Pa. & alius vetus liber e quo id enotatum in Vpc. Valet autem nunc δημοτικῶς idem ac ἰδιωτικῶς, *plebejo more, vulgi more.* Simili fere ratione πολιτικῶς, & λαοδογματικαὶ ἀποφάσεις dicuntur apud Polyb.

p. 40 a κατεξανισταμένας restitui ex ed. Ven. cum qua faciunt Pa. Pb. Pc. Pi. Et sic paulo post in κατεξανισταμένων consentiunt libri omnes: at h. l. κατεξισταμένας dabat Arg. quod & in Vhb. & Vpbd. adnotatum est, pariterque in cod. Nansiano adnotatum fuisse videtur, unde edidit Heinsius. διεγείρεσθαι. Si a Simplicii manu est hoc verbum in infinito positum, referendum id fuerit ad illos infinitivos superius positos, ἀναστρέφεσθαι & ἔχειν. Sed parum commoda ea ratio est. διεγειρομένας oportebat, nempe ὀρέξεις ἔχειν. Et sic scripsisse Simplicium puto: sed terminatio a librariis ad similitudinem verbi κινεῖσθαι, paulo ante positi, imperite b detorta est. ὀρῶν]ος ὅμως τὸ δέον πραχθῆναι. In ed. Ven. sic erat: ὀρῶν]ος. ὅμως δέον πραχθῆναι. τῶν δὲ &c. nec aliter in Arg. & Pc. nisi quod in his comma post ὀρῶν]ος est, non major distinctio. Corrupte vero ὅμεν pro ὅμως habent Pb. Pi. Perspecte autem Wolfius sic restituendum locum monuerat, ὀρῶν]ος δ' ὅμως τὸ δέον πραχθῆναι. Cui non obtemperans Heinsius, sua auctoritate ὀρῶν]ος ὅ, τι δέον πραχθῆναι edidit. At opportune noster Pa. fere ut Wolfius, ὀρῶν]ος ὅμως τὸ δέον πραχθ. dedit, in quo adquievi; nec enim opus erat insertâ δὲ particulâ. δι' ἀπαιδευσίαν recte Pa. ut voluit Wolf. & correxit Heins. δι' ἀπαιδευσίας ed. Ven. & Arg. Quod deinde ὁ τραγῳδ. pro ἡ τραγ. habet ed. Heins. id operarum culpâ commissum. Versus notissimi ex Euripidis Medea, sæpe ab Epicteto in Dissertationibus c citati. τῶν ἀλόγων ὀρέξεων τὴν μέ]ρ. restitui ex ed. Ven. & Arg. Pb. Pc. Pi. conf. ead. hac p. 40. a. & b. & p. 41. a. Mendose τῶν ἄλλων ὀρεξ. Pa. & (ex aliis codicibus) Vhab. & Vpabcd. quod imperite Heinsius ex cod. Nans. adoptavit. Conf. Not. ad p. 2. c. εὐπειθὲς ex Wolfii conject. correxit Heins. Perperam ἀπειθὲς ed. Ven. cum Msstis omnibus. πεφραγμένος constanter tenent edd. & Mssti: nec vero opus videtur, ut πεφραγμένῳ legamus cum Wolfio, licet paulo superius τῷ μέλλον]ι dixerit. κ]ήσων]αι recte (ut maluerat Wolf.) dedit Pa. & edidit Heins. comme datum fortasse in cod. Nans. quemadmodum in Vhb. & Vpabd. Perperam alii χρήσωντω cum ed. Ven. conf. ad p. 33. c. & ad p. 298. a.

Pro

Pro ἀνήνυστον, perperam ἀνήλυστον habet Arg. p. 41
ἀνόνητον Vha. & Vpd. ex conjectura minime neceſ- a
ſaria. Mox, pro ἐλευθερία καὶ εὐδαιμονία, in plura-
li ἐλευθερίαι & εὐδαιμονίαι ſcribunt Arg. & Pa. cujus
ſcripturæ nullum eſt veſtigium in Vhab. & Vpabcd.
Quid habeant Pb. Pc. Pi. neſcio. πάντως ἀποτυγχ.
ex Wolfii conject. correxit Heinſ. Perperam πάντων
ed. Ven. cum libris noſtris omnibus. Sed paulo in-
ferius, ubi eadem ſententia repetitur, recte omnes
in ἀποτυγχάνειν πάντως conſentiunt. τῶν μὴ ἐφ'
ἡμῖν ſcripſi cum Pa. & cum alio cod. in Vpc. lau-
dato. Perperam deeſt negativa particula ed. Ven. &
codd. Arg. Pb. Pc. Pi. Hinc οὐκ inſerendum mo-
nuerat Wolf. quod adoptavit Heinſius, laudatum quo-
que in Vhab. & in Vpabd. ac fortaſſe etiam in cod.
Nanſ. ὡς λυτ]ῶσί τε καὶ ἀγρίοις δεσπόταις. Vide
Plat. de Rep. I. p. 10. ed. Maſſey. τε poſt λυτ]ῶσι
caret ed. Ven. & Mssti Pa. & Pi. ſed habent Mssti
Arg. Pb. Pc. & ex aliis codd. adnotarunt Vhb. &
Vpabc. Habet etiam ed. Heinſ. ex cod. Nanſ.

τῆς σχολῆς ἡμᾶς παραιρουμένη τῆς πρὸς τὴν πε- b
ρὶ τὰ οἰκεῖα ἐπιμέλειαν, ἢ περὶ τὰ ἐκ]ὸς σπουδὴ &c.
Ex conjectura conſtituendus erat locus, per librario-
rum partim inſcitiam, partim negligentiam peſſime
adfectus. Editio Ven. cum Mssti Arg. Pb. Pc. Pi. ſic
dabat: τῆς σχολῆς ἡμᾶς παραιρουμένης τὴν πρὸς τὴν
οἰκείαν ἐπιμέλειαν, ἢ περὶ τὰ ἐκ]ὸς σπουδὴ &c. ubi
peracute Wolfius vidit, tali quodam modo ſcriptum
oportuiſſe, τῆς σχολῆς ἡμᾶς παραιρουμένη τῆς πρὸς τὴν
τῶν οἰκείων ἐπιμέλειαν. Quam emendationem verbo-
tenus ego adoptaturus eram, niſi pro πρὸς τὴν οἰκεί-
αν, quod habent prædicti libri, πρὸς τὰ οἰκεῖα da-
ret noſter Pa. quod & ex aliis codd. adnotatum eſt
in Vhab. & Vpabcd. Ex quo ſuſpicatus ſum, non
πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἐπιμέλειαν, ſed πρὸς τὴν περὶ
τὰ οἰκεῖα ἐπιμελ. olim ſcriptum fuiſſe; quæ ad ſen-
tentiam quidem nihil differunt, & utrumque legiti-
me dici poterat, ἢ τούτων ἐπιμέλεια, & ἢ περὶ ταῦ-
τα ἐπιμέλεια. Naturalis verborum conſecutio, quæ
latuerat librarios, hæc eſt: ἢ περὶ τὰ ἐκ]ὸς σπουδὴ,
παιρουμένη ἡμᾶς τῆς σχολῆς τῆς πρὸς τὴν περὶ τὰ
οἰκεῖα ἐπιμέλειαν. *Studium rerum externarum, pri-*

p. 41 b *vans nos otio ad earum rerum curam quæ nobis propriæ sunt.* Est enim παραιρεῖσθαί τινά τινος, *privare aliquem aliqua re.* Heinsius, in hunc modum edens, τῆς σχολῆς ἡμᾶς παραιρουμένης τὴν πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπιμέλειαν &c. expressit ille quidem scripturam, quæ in codice Nanſiano, ut puto, (quemadmodum & in noſtris Vhab. & Vpabc.) adnotata erat: ſed, quam inepta illa ipſa eſſet ſcriptura, minime perſpexiſſe videtur. In Vpd. commendatur ſcriptura hujusmodi, τῆς σχολῆς ἡμᾶς παραιρουμένης τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπιμελείας, ubi τὰ οἰκεῖα ex vetere codice ductum eſt, ſed illud τῆς & ἐπιμελείας ex docti viri conjectura, quæ quidem nemini recte æſtimanti fecerit ſatis. Proprius codicis noſtri Pa. error eſt, quod pro παραιρουμένης, in quod conſentiunt cæteri omnes, παραινουμένης habet.

c τὰ μὴ τοιαῦτα. τὰ μὴ ταῦτα Arg. ἀνέδην πάνϑα ποιεῖν καὶ πάσχειν. Bene ἀνέδην edd. & Pb. Pc. Pi. Perperam ἀναίδην Pa. & Arg. Recte vero πάνϑα (ut cenſuit Wolfius, ediditque Heinſius) dedit Pa. & Vhab. & Vpabcd. Perperam πάνϑως ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Mox perperam ὑπὸ τῆς τεύξεως edd. cum Arg. Pb. Pc. Pi. pro quo ὑπὲρ ſcripſi, quod & idem Wolfius ſuaſerat, & perſpicue dedit Pa. & alii codices, e quibus enotarunt Vhab. & Vpabcd. ἀπὸ αἰδοῦς τινος ἀνϑελκόμενοι. Recte ἀνϑελκ. ed. Heinſ. cum Pa. Vhab. & Vpabcd. ἀνελκόμενοι ed. Ven. cum aliis codd. Idem Heinſius ὑπὸ αἰδοῦς edidit, quod perbene quidem græcum eſt, ſed invitis libris omnibus huc invectum, qui in ἀπὸ αἰδοῦς conſentiunt; ubi nil mutatu opus erat, cum præſertim & aliàs ἀπὸ frequentet noſter, ubi ὑπὸ exſpectaſſes, (vide p. 30. a. 75. c. 77. a. 79. a. & Not. ad p. 12. a.) quod ipſum nec ab aliorum ſcriptorum uſu, ſequioris præſertim ætatis, abhorret. Exempla ubivis obvia: pauca citavit Vigerus de Idiot. cap. IX. ſect. 16. Mox deinde vero prorſus a mente auctoris & ab orationis connexione aberravit idem Editor, cum, refragantibus rurſus libris omnibus, τοῦ μὴ μονοτρόπως nobis obtruſit, pro τοῦ μὲν μονοτρόπως, in quod cum editione Ven. Mssti omnes conſentiunt.

λυπηρὸς

λυπηρὸς δέ ἐστι καὶ ἀνωφ. Cum paulo ante p. 42 a
jam dixerit ἐπίπονος δὲ καὶ ἀηδὴς, haud adparet, quo
pacto nunc rursus subjicere potuerit λυπηρὸς δὲ &c.
nisi quid intersertum fuerit, ad quod hæc particula
δὲ nunc referatur. Atqui nihil tale interceſſit: itaque
vide, ne δὴ pro δὲ ponendum fuerit, & tali modo
distinguenda oratio: — — ἀεὶ συνεχόμενος. καὶ ἀπο-
τυγχάνων ἑκα]έρων, διὰ τὸ ἑκατέρων ἐφίεσθαι, λυπηρὸς
δή ἐστι καὶ ἀνωφ. quam fere in partem Wolfius vertit,
moleſta utique & averſanda. Vir doctus in Vpc. pa-
riter sentiens incommodum, quo premitur vulgata ſcri-
ptura λυπηρὸς δὲ, ſcribendum λυπηρός τε καὶ con-
jectaverat; ne id quidem male.

Ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον. Neſcio qua ſive inſcitiâ
deceptus, ſive quo novandi pruritu concitatus Hein-
ſius rursus hanc optimam eamdemque conſtantiſſimam
librorum omnium ſcripturam deſeruit, Ἐπίστασθαι pro
Ἐπιστῆσαι edens. Nihil hoc uſu verbi ἐπιστῆσαι
frequentius, cum ſubintellecto nomine τὸν νοῦν, *ani-
mum advertere, adtendere* ſignificat. χρήσεται τῷ.
Recte τῷ Pa. ut correxit Heinſ. monente Wolf. Per-
peram alii τὸ. τὴν συνουσιωμένους [μὲν] ἔχουσαν
ἀεὶ τοὺς τῶν ὄντων λόγους &c. *naturæ quidem ſuæ
conjunctas habentem rationes rerum* &c. Poſt συνου-
σιωμένους ex conjecturâ adjeci μὲν particulam, quam
neceſſario deſiderari putavi, ut ad eam referretur δὲ
poſt ἀτονοῦσαν. Haud obſcurum eſt, quid ſit quod
fraudi fuerit librariis, ut eam voculam hoc loco omit-
terent. Vide Adnot. ad Polyb. V. 30, 1. & ad
XXIX. 11, 8. De re commode Wolfius monuit:
„Intelligit, opinor, prænotiones naturales, quibus
„ducibus ac veluti lumen præferentibus, verum in-
„veſtigatur, unicum mentis & deſiderium & pabu-
„lum.“

ἀκούειν τοῦ Μεμν. dedit Pa. & alii codd. in b
Vhab. & Vpbcd. τὸ Μεμν. edd. cum Arg. Pb. Pc. Pi.

Mox ἐφιέμενον recte Arg. Pa. Pb. Pc. & Vpc.
Perperam ἀφιεμ. edd. & Pi. οὐ κυρίως ἐπὶ τοῦ ἐμ-
μέτρου καὶ ἀσυμμέτρου. Nil mutant libri, niſi quod
corrupte ἐπὶ ἐσυμμέτρου καὶ ἀσυμμέτρου ſcribit Arg.
ubi prior monſtroſa vox ex duabus lectionibus (συμ-
μέτρου & ἐμμέτρου) in unam conſuſis, quarum utra-
que

p. 42 b que per se proba erat, orta est. Hoc dicit Simplicius: *Vocem μετρίως hîc ab Epicteto non illa ratione maxime propria usurpari, qua aliquid vel justo modo vel præter modum fieri dicimus; sed ratione illa abusiva, qua modice idem sonat ac tenuiter, non satis.* *Pindari* verba, quæ dehinc citantur, habes Olymp. I. 130. ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλτιν οὐ φῶτα λαμβάνει. Recte vero ὁ γὰρ κίνδυνος τοῦ ed. Heins. cum Pa. Vhab. & Vpabcd. Perperam εἰ pro ὁ habet ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. & τὸ pro τοῦ ed. Ven. Pb. Pc. Pi. τῷ Arg. In eodem Arg. καὶ Πίνδ. pro κατὰ Πίνδ. scribitur, quæ voces sæpe permutantur a librariis; idem error h. l. in Pb. Pc. & Pi. obtinet, sed in Pb. & Pi. vera scriptura κατὰ inter lineas adposita.

AD CAPVT V.

In nostra ed. Enchirid. CAP. I. *sect.* 5. In Pa. & Pd. est cap. ε'. In Pg. est cap. γ'. In reliquis, capiti primo adnumeratur. Codex Arg. definit in verbis ὅτι Φαντασία εἶ. nec ulterius progreditur cod. Pc.

p. 43 a ἐπιμελομ. dedit ed. Ven. cum Msstis. ἐπιμελουμ. ed. Heins. conf. p. 24. a. ὀρεκτικαί τινος τῶν ἐκτὸς. ὀρεκταί τινος dabant edd. & Mss. quod ferri nullo modo potuit. ὀρεκτὸς passive significat; ὀρεκτικὸς active. τὰ ὀρεκτὰ καὶ ἐκκλιτὰ sunt res quæ *adpetuntur* vel *declinantur*. vide p. 44. c. & p. 45. sq. At τὰ ζῶα (verbi caussa) sunt ὀρεκτικὰ, *adpetendi facultate prædita*. p. 22. a. p. 19. b. c. Et Φανταστικαὶ aliæ sunt ὀρεκτικαὶ, aliæ ἐκκλιτικαὶ, id est, alia visa *adpetitionem movent*, vel *vim habent movendi adpetitionem*, alia *aversationem*. Sic hac ead. pag. mediâ in Φανταστὰς ἢ ὀρεκτικῆς ἢ ἐκκλιτικῆς consentiunt omnes. Quare & h. l. fidenter Wolfio obtemperavi, ὀρεκτικαὶ legendum monenti. ἀβλαβῆ μένειν ἀπ' αὐτῶν. Sic omnes, præter ed. Ven. & Pi. in quibus ἐπ' αὐτῶν, ubi ὑπ' vel ἀπ' correxit Wolf.

b ὑπὸ τῆς ἐμπιπτ. Perperam ἐπὶ τῆς Pa. ἀνθίστασθαι. ἀνίστασθαι ed. Ven. & Pi. ἀνθίστασθαι Pa. προσάγειν, nempe τὴν κρίσιν, *adhibere judicium*. Perperam προάγειν ed. Ven. Arg. Pb. Pi. εἰς ἀκριβῆ διάθε-

διάθεσιν τοῦ Φανʃασθ. *ad rem illam conſiderandam* p. 43
vertit Wolf. monuitque, διάθεσιν pro διάκρισιν vel c
ἐπίσκεψιν nunc poni, quemadmodum paulo ſuperius
διατεθῆναι pro διανοεῖσθαι ἢ ὑπολαμβάνειν. At di-
verſa eſt. διατεθῆναι, ſcil. τῇ διανοίᾳ, proprie
ſignificat *ita diſpoſitum eſſe quoad cogitationem*, id eſt,
ita cogitare. Quod ſi ſanum eſt vocab. διάθεσιν, in
quo quidem nil variant libri, erit hoc loco διάθεσις
diſpoſitio notione activa, *ut ſuo quidque loco ponamus,*
apte rem quamque diſtinguamus & dijudicemus; ver-
bo, idem valebit ac διάκρισις, quod habes p. 24. b.
vel διαίρεσις, quo ſæpius utitur noſter cum ipſo Epi-
cteto; vel idem ac διάστασις, qua ratione p. 46. a.
ταῦτα καλῶς διαστήσας ait.

ἡδονὴν μόνον ſcripſi cum Pa. & Vhab. & Vp- p. 44
abcd. ex Mss. μόνην alii cum edd. εἰ δυνατὰ ὅλως. a
εἰ caret ed. Ven. ſed habent alii omnes. ἔστι δέ
τις κανών. Perperam εἰ δέ τις ed. Ven. ubi εἴη δὲ
corrigebat Wolf. ſed in ἔστι conſentiunt Mssti, quod
& ex cod. Nanſ. edidit Heinſ. τῶν ἐμφρόνων τε
καὶ ἀφρόνων ἀνθρώπων. Tria verba τε καὶ ἀφρό-
νων deſunt codici Pa. non male: ſed agnoſcunt ea
cæteri libri. θεῷ καὶ τοῖς ἔμφροσιν ἀνθρώποις. Vo-
cab. θεῷ, cum deeſſet ed. Ven. & Mssti omnibus,
adjecit Heinſ. monente Wolfio; recte: nam & quæ
præcedunt, & quæ ſequuntur, flagitare illud videntur;
& eodem modo aliâs junguntur θεὸς καὶ τῶν ἀνθρώ-
πων οἱ ἔμφρονες, veluti p. 15. a.

Pro διακρίσεως, Wolfius διαιρέσεως maluerat ci- b
tra neceſſitatem. τὶ τῶν Φανʃαζομένων ἢ ὀρε- c
κʃῶν ἢ ἐκκλιτῶν, *aliquid eorum quæ nobis vel ad-*
petenda vel fugienda videntur. Sic ſcripti cum Pa.
(Sic habes τὰ Φανʃαζόμενα ὀρεκʃὰ p. 45. c.) ἢ
ὀρεκτὸν ἢ ἐκκλιτὸν edd. cum cæteris codd. ἔμελ-
λεν. Mendoſe ἔμμελεν Arg.

AD CAPVT VI. ET VII.

Nobis unum eſt CAP. II. Sic & in Msstis AA. p. 45
Arg. Pe. & Pf. eſt unum Κεφ. β'. In Pa. & Pd. a. b.
cap. ζ'. In Pg. ε'. Deſinit vero Arg. in verbis οὐ
ὀρέγῃ. Pc. in μὴ περιπεσεῖν.

ἀπόδει-

p. 45 c ἀπόδειξιν ἐπέχον. ἔχον Pa. φανταζόμενα ὀρεκτὰ. καὶ ante ὀρεκτὰ inserit *Pa.* quod & in Vha. & in Vpad. commendatur: parum commode. Suspicatus eram ὀρεκτὰ καὶ ἐκκλιτὰ, vel καὶ ὀρεκτὰ καὶ ἐκκλιτὰ, (coll. p. 44. c.) nec tamen id satis commodum videtur. τῆς μὲν ὀρέξεως τὸ ἐπάγ. Sic scripti libri ad unum omnes cum ed. Ven. sed τῆς μὲν ἐκκλίσεως ex Wolfii conject. edidit Heinsius, nempe quia post τὸ τέλος ἐστὶ statim sequebatur τὸ μὴ περιπεσεῖν, omissis sex verbis τὸ τυχεῖν οὗ ὀρέγεται, ἐκκλίσεως δὲ, quæ desunt quidem & in Arg. & in Pb. Pc. Pi. sed perspicue leguntur in Pa. & alio codice laudantur in Vha. & Vpad. unde ea auctori restitui. ἐκείνῳ ᾧ ἂν φύγῃ. Ex conjecturâ sic scripsi. ᾧ ἂν τύχῃ uno consensu dant quinque nostri codices cum ed. Ven. Pro quo ὃ ἂν ἐκκλίνῃ Wolfius legendum censuerat, Heinsius vero ὃ ἂν ἀποκλίνῃ edidit. Sed, cur ᾧ in ὃ mutaretur, nihil urgebat: (conf. Not. ad Paraph. Ench. cap. 3, 4. & Var. Lect. ad Ench. p. 13. nostræ ed.) verbum quidem τύχῃ haud dubie corruptum; pro quo lubens equidem Wolfianum ἐκκλίνῃ adoptassem, (nam prorsus alienum erat ἀποκλίνῃ, quod Heinsio placuit,) nisi nimis remotum id esset a librorum scriptura, quæ ex φύγῃ detorta mihi visa erat.

p. 46 a Verba οἷον ἀκολασίας & nonnulla sequentia desunt in Pa. ubi a τῶν ἐπὶ σοὶ ad ἐπειδὴ ἐπὶ σοὶ aberravit librarius. ἐπειδὴ ἐπὶ σοί ἐστι. Abest ἐστι in ed. Ven. nullo sane incommodo; deest etiam in Pa. cum superioribus verbis: adjecit Heins. ex cod. Nans. cum Arg. & Vpabcd. In Vhab. inserendum verbum ἐστὶ per errorem ad superiora verba τῶν ἐπὶ σοὶ refertur. περιπεσῇ. Mendose περιπεσεῖ Pa. περιπεσεῖν b Arg. sed περιπεσῇ inter lineas eadem manu. τὸ ταύτας ἀποφεύγειν. Sic ed. Ven. cum Mss.tis; non male, referendo ad νόσον & πενίαν. Heinsius sua auctoritate τὸ ἀποφεύγειν ταῦτα edidit. Sic nempe infra p. 48. a. ταῦτα scripsit Simplicius, ubi eadem fere verba repetiit. ἀτυχεῖν πολλάκις ἀνάγκη. Sic Pa. & Arg. ἀτυχεῖν ἀνάγκη πολλάκις ed. Ven. Pb. Pi. (nescio quid Pc.) ἀποτυχεῖν ἀνάγκη πολλάκις ed. Heins. cum Vhab. & Vpbcd. (adjecta

ſtâ notâ γρ. in Vpc.) quod non probo, niſi utrum- p. 46
que verbum jungas, ἀποτυχεῖν ἀνάγκη πολλάκις καὶ b
ἀτυχεῖν. καὶ ἡ ἔκκλισις. ἢ ἡ ἔκκλ. Pa. Σωκρατικός. Corrupte σωματικὸς Pa. Vhab. Vpb. *Socraticam* autem vocat ratiocinationem & συγκαταβατικὴν: „quia Socrates „(ut adnotavit Wolf.) συγκατέβαινε τοῖς προσδιαλεγομέ- „νοις, *accommodabat se captui* eorum cum quibus „diſſerebat.“ μετάγων ἐπὶ τὸ κάλλιον. Perſpecto c
Wolfius viderat ſic legendum eſſe, pro eo quod ed. Ven. conſentientibus Msstis noſtris dabat μετὰ τῶν ἐπὶ. Heinſius vero imperite κατὰ τὸ ἐπὶ τὸ καλλ. edidit, quæ nempe ſcriptura in cod. Nanſ. adnotata erat, quemadmodum in Vhab. & Vpabd. quæ tamen ipſa diſerte improbatur in Vha. & Vpa. & pro ea commendatur μεταβαίνων, vel μετάγων cum Wolf.

ἐν τούτῳ τίθενται recte ed. Heinſ. cum Msstis. p. 47
Corrupte εἰ τοῦτο τιθ. ed. Ven. ubi εἰς τοῦτο corri- a
gebat Wolf. parum feliciter. τῶν ὄντως καὶ εἰλικρ. Sic correxi cum Wolfio. Imperite τῶν ὄντων edd. & Mss. conf. ad p. 6. c. In verbis ταῖς τῷ λυπηρῷ b
παραπλησίως κεκραμέναις vereor ne ſit turbatum aliquid. At libri quidem nil variant. οἷον σκιάς τινας ed. Ven. cum Msstis. Temere τινὰς omiſit Heinſ. τῶν μὲν γὰρ οὐκ. Particulam μὲν, quæ deeſt ed. Ven. & Ms. Arg. & aliis, adjecit Heinſ. ex cod. Nanſ. cum Pa. & Vhab. & Vpabcd. ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν τὰ c
ὠφελοῦντα, ὀρεκτὰ, καὶ τὰ βλάπτοντα, φευκτὰ τίθεσθαι. Sic percommode diſtinguuntur verba in Pa. ut intelligatur naturalis verborum conſecutio hæc: τὰ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν ὠφελοῦντα τίθεσθαι ὀρεκτὰ, &c. *ea quæ utilia ſunt ex eorum numero quæ in noſtra poteſtate ſunt, adpetenda exiſtimare, fugienda contraria.* τίθεται ſcribitur in Arg. quod ſpeciem nonnullam habet. Sed verius videtur τίθεσθαι, in quod alii omnes conſentiunt; ſive particulam ὡς, quæ præceſſit, in hujusmodi connexione cum infinitivo conſtrui poſſe ſtatuamus, ſive verbum δεῖ malimus ſubintelligere. Perperam mox ὀρεγομένων ed. Ven. pro ὀρεγομένους. Dein ἀτυχεῖν ἀνάγκη αὐτοὺς καὶ δυστ. recte dedere Mss. Arg. Pb. Pi. (neſcio an & Pc.) Sic enim opponuntur ἀτυχεῖν & δυστυχεῖν p. 45. c. & p. 46. a. conf. Not. ad p. 46. b. ἀποτυχεῖν
ἀνάγκη

p. 48 a ἀνάγκη edd. & Pa. Extremâ pag. 47. & sq. Verba καὶ μεταθές & reliqua, quæ ex Enchiridio repetuntur, desunt Ms. Arg. b διότι ἐκκλίσεως μόνης δεομ. Sic recte ed. Ven. cum Misstis. Imperite vero Heinsius, διότι δὲ ἐκκλισ. scribens, hæc, quæ cum proxime præcedentibus arcte cohærent, inde separavit, c nexumque orationis prorsus turbavit. ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον. Deest editioni Ven. particula καὶ, quam habet ed. Heins. cum Arg. Pa. Vhab. & Vpabcd.

τούτων, ὧν ὀρέγεσθαι καλὸν, οὐδὲν οὔπω σοι πάρεστι. Sic scripsisse hoc loco Simplicium, cum subsequens ejus disputatio, tum vero maxime ipsa scriptura veterum librorum, manifeste declarare mihi visa est. Prorsus uti scripsi, sic dedere Arg. Pb. & Pi. (puto & Pc.) nisi quod, omisso ὧν pronomine, τούτων ὀρέγεσθαι καλὸν scripserunt. Eodemque modo ed. Ven. præterquam quod ὀρέγεσθαι in ὀρέγεσθαι corrupit. In ista librorum scriptura facile adparebat deesse ὧν pronomen; idque ipsum exhibet noster codex Pa. sed iniquo loco post καλὸν positum, sic scribens: ὅτι φησὶ τούτων ὀρέγεσθαι καλὸν, ὧν οὐδὲν οὔπω σοι πάρεστι. Eodem iniquo loco inserendum ὧν monuerunt Vhab. & Vpabd. (in Vha. quidem per errorem factum, ut post καλῶν οὐδὲν inserendum indicaretur.) Et inest quidem verbis ita positis sententia aliqua hujusmodi: *quoniam, inquit, hæc adpetere convenit, quorum nihil adhuc tibi adest:* at ea sententia nec per se satis commoda, & cum ab Enchiridii scriptura, tum a sequenti Simplicii disputatione dissentiens. Quod si contra in vetere aliquo libro, e quo nostri codices manarunt, accidisse hoc loco illud statuas, quod persæpe accidisse observavimus, ut deceptus terminatione vocis præcedentis librarius vocem sequentem, quæ eisdem elementis constabat, omiserit, interpositâ post τούτων voculâ ὧν prodit ea sententia, quam & Enchiridii contextus & Simplicii interpretatio, quæ mox sequitur, desiderabat: *quoniam, inquit, horum, quæ adpetere convenit, nihil etiamnunc tibi adest.* (Confer omnino p. 52. a.) Quæ rationes quum præteriissent Wolfium, sic ille emendanda græca, quæ dabat Veneta editio, censuerat, ὅτι, φησὶ, τούτων ἐφ' ὅσον ὀρέγεσθαι καλὸν:

λὸν: tum de vocabulo οὐδὲν quod ſequitur „τὸ οὐ- p. 48
„δὲν, inquit, redundare videtur: cæteri quidem co- c
„dices id non habent.“ Itaque, omiſſa illa voce, *οὔπω σοι πάρεστι nondum didiciſti* interpretatus eſt; licet & intelligeret, & miraretur ipſe, in diverſam plane partem verbum iſtud accipi a Simplicio. Wolfium ſecutus Heinſius, οὐδὲν illud fidenter græco e contextu ejecit; inſuper vero, ne prorſus pendere ab ejusdem Wolfii auctoritate videretur, poſt τούτων non ἐφ' ὅσον, ut ille, ſed ſua auctoritate πῶς inſeruit, ſic edens: ὅτι, φησὶ, πῶς τούτων δεῖ ὀρέγεσθαι, οὔπω σοι πάρεστι. Qui ſi id quod Wolfius ait, vocem οὐδὲν cæteros *codices* non habere, de *manuſcriptis Simplicii codicibus* intellexit, egregie falſus eſt: codices enim, quos Wolfius dixit, nulli alii ſunt, niſi quatuor editiones Enchiridii, (Ven. 2. Baſ. 1. & 2. & Naog.) quibus præter principem editionem Venetam uſus erat hic interpres. In vetere illo codice Mssto, ſive ii plures fuerunt, quorum lectiones adnotatæ ſunt in Vpc., eodem modo ſcriptus fuiſſe videtur hic locus, quo in ed. Ven. ſcriptum vidimus: itaque, cum in Vpc. pro ὀρέγε]αι, ὀρέγεσθαι corrigitur, emendatio iſta non notâ γρ'. inſignitur, ſed notâ *p.* qua *conjecturæ* diſtingui ſolent: tum, quod ad omiſſum pronomen ſpectat, duæ conjecturæ proponuntur, utraque notam *p.* adjectam habens; quarum altera τούτων ὅσων ὀρέγεσθαι καλὸν legi ſuadet, altera τούτων ὀρέγεσθαι καλὸν, ὧν οὐδὲν οὔπω &c.

Καίτοι εἰ παρῆν, οὐκ ἔτι τάχα τοῦ ὀρεχθῆναι καιρὸς ἦν. Hæc eſt conſtantiſſima veterum librorum omnium ſcriptura, quam ex ed. Ven. reſtitui. Plana ſententia. Miratur Simplicius, quid ſit quod Epictetus dixerit, *eorum, quæ adpetere convenit, nihil adhuc tibi adeſt.* Itaque ait: *Atqui, ſi adeſſet, fortaſſe non amplius tempus eſſet adpetendi:* (vel, *non amplius opus eſſet adpetere:*) *nam adpetimus ea quæ abſunt, non quæ adſunt nobis.* Quam connexionem orationis parum perſpiciens Wolfius, verborum illorum græcorum interpretationem in verſione ſua prorſus prætermiſit. Heinſius quo pacto ceperit Simplicii mentem, neſcio: hoc video, nullâ nec neceſſitate, nec auctoritate, græca verba ab eo ſic mutata eſſe,

p. 48 c καίτοι εἰ παρῆν, οὐκ ἔστι τάχα τοῦ ὀρεχθῆναι καιροῦ. Mox quod ſcribitur οὐ παρόντος, ſuſpicari cum viro docto in Vpc. poſſis οὐ παρὸν legendum, quia ἐπὶ τὸ ὀρεκτὸν præceſſit; ſed & genitivus participii abſolute poſitus nihil habet ab uſu ſermonis alienum, & nil mutant libri.

p. 49 a ὅτε ἔλεγε. Sic ed. Heinſ. cum Pa. Pi. in cont. Pb. inter lineas, Vhab. & Vpabcd. ὅτι ἔλεγε ed. Ven. cum Arg. Pc. Pb. in cont. & Pi. inter lineas. Poſt Τηλικούτων poterat οὖν hîc abeſſe, & abeſt in edd. & in Pi. Sed dedere Arg. Pa. Pb. (puto & Pc.) quare adjiciendum putavi. κατὰ προθυμίαν. Perperam & invitis libris noſtris μετὰ προθ. erat in ed. Ven. Πῶς δὲ καὶ ἔστιν ὁρμᾶν. Sic ed. Heinſ. cum Pa. Vhab. & Vpab. Deſunt duæ voces καὶ ἔστιν in ed. Ven. & Ms. Arg. (neſcio an in Pb. Pc. Pi.) nec de eis quidquam monetur in Vpc.

b ὁρμᾶν δὲ χρὴ καὶ ἀφορμᾶν &c. Haud ſatis perſpicua, mihi quidem, disputationis connexio; cum quod ipſa Enchiridii præcepta, de quibus hic agitur, difficiliorem utique habebant explicationem, in qua Simplicius, Epicteti mentem (ut mihi videtur) minus perſpiciens, incertus ipſe erat, quam in partem ſe verteret; tum ob ſcripturæ varietatem, quæ hic obtinet, quandoquidem in ipſis eis particulis, quæ indicare connexionem orationis debebant, non conſentiunt libri. Pro ὁρμᾶν δὲ χρὴ, quod dedit ed. Ven. cum Mss. Arg. Pb. Pc. Pi., dabant ὁρμᾶν γὰρ χρὴ Pa. & (ex aliis codicibus) Vhab. & Vpabcd. quod ipſum etiam e cod. Nanſ. adoptavit Heinſius, interrogandi ſignum poſt ὀρέγεσθαι χρὴ ponens, nudum punctum poſt προηγουμένην. Vbi, ſi vera eſt γὰρ particula, fuerit tota illa phraſis, ὁρμᾶν γὰρ χρὴ — — — προηγουμένην, accipienda veluti in parentheſi poſita, hac ſententiâ: *nam ὁρμᾶν quidem & ἀφορμᾶν*, id eſt, *motu quodam ferri ad rem objectam, aut ab ea refugere, neceſſe eſt illo motu* (id eſt, *ſi primum illum motum dicis*) *qui adpetitionem & declinationem præcedit.* (conf. p. 8. c.) Mihi vero eadem phraſis viſa erat commodius per δὲ particulam cum ſuperiori phraſi ita cohærere, ut hæc poſterior, ſimul cum illa, a præcedente particula Μήποτε pende-

ret,

ret, utque quæsiverit Simplicius, *an ὁρμὴ ea & ἀφορ-* p 49
μὴ, quarum usum concedit Epictetus, intelligendæ sint b
sola verborum tali modo mutaretur, Τί οὖν ἄν; Φαίη τις. In χρημάτων mox cum ed. Heinsᵛ. recte consentiunt Mssti, ubi mendose χρωμάτων habebat ed. Ven. Deinde vero, si modo recte post ἀναφέρεται *interrogandi signo* distincta est oratio, haud dubie ibi intercidit nonnihil; ubi Wolfius hæc adnotavit: „Videntur hic deesse quædam verba, sic fortasse complenda: ἀναφέρεται; ἀναφέρεται μὲν οὖν, ὥσπερ τὸ „σκέπαρνον εἰς τὸν τέκτονα· οὐχὶ δὲ ποιεῖ τέκτονα αὐτόν.“ Idemque Wolfius suâ manu in exemplo editionis Ven. quo olim usus est, lacunam, quam hîc esse statuit, sic supplevit: ἀναφέρεται μὲν, οὐχὶ δὲ τὸ σκέπαρνον ποιεῖ &c. eamdemque sententiam in versione expressit. Heinsius vero satis habuit, inter οὐδὲ & ποιεῖ duo verba σκεπάρνου ἀρετῇ ex conjectura interponere: quæ verba equidem, ut inutile prorsus adsumentum, abjeci; post ἀναφέρεται vero *defectus signum* posui, ubi nonnisi unum aut alterum verbum (in hanc sententiam, ἀναφέρεται μὲν οὖν) intercidisse suspicatus sum. Cæterum, cum οὐδὲ vulgo unâ voce scriptum esset, divisis vocibus οὐ δὲ scribere placuit. Nihil præsidii hoc loco obtulit noster codex Pa. qui, quod ad cætera, cum aliis consentit; post verba vero οὐδὲ ποιεῖ τέκτονα αὐτὸν ἀγαθὸν, ubi in reliquis libris recte, ut videtur, illa verba sequuntur, μὴ πρότερον ὄντα. ἄλλη γὰρ &c. idem codex Pa. spatium vacuum habet dimidiæ lineæ & duarum fere insuper linearum, ac deinde demum sic pergit, ἄλλη γὰρ σκεπάρνης ἀρετὴ &c. Mireris vero, eodem loco in σκεπάρνης & editionem Ven. & omnes nostros codices consentire; cum nusquam aliâs, quod sciam, in foeminino genere usurpatum hoc nomen legatur, & paulo post iidem omnes libri uno consensu τοῦ σκεπάρνου teneant, & sic rursus p. 269. a. Itaque & hoc loco σκεπάρνου tenendum putavi, quod Heinsius edidit, præeunte fortasse codice Nanseano; nam & in Vpc. σκεπάρνου pro σκεπάρνης ex viri docti conjectura adnotatum est. In eis quæ mox sequuntur, ἀλλ' ἔστι μὲν αὐτοῦ τοῦ σκεπάρνου ἀγαθὸν, ex conjectura αὐτοῦ correxi, ubi αὐτῇ τοῦ σκεπάρνου inepte scriptum erat in edd. & in codicibus nostris, atque pejus etiam in Arg. αὐτῇ οὐ σκε-

p. 72 b σκεπάρνου. Poteras αὕτη τοῦ σκεπ. suspicari; sed haud dubie præstabat αὐτοῦ. Quod sequitur καὶ ἡ εὐσχημοσύνη, articulum ἡ, qui deerat in editis & in Pc. & Pi., dedere Arg. Pa. & Pb.

c χειρόνως ἀποβῇ. Vitiose χειρόνω ed. Ven. sed χειρόνως, quod Wolfius suaserat, communi consensu agnoscunt nostri codd. Arg. Pa. Pb. Pc. & Pi. In Vha. vero & in Vpac. ex conjectura χεῖρον corrigitur; quod & Heinsius edidit, cum in Nanſiano codice (puto) adnotatum fuisset. προσηυξημένους. συνηυξημένους Ms. Arg. commode; sed in vulgatum consentiunt cæteri libri. Πρότερον μὲν εἶπεν ἐν πρώτοις. Respicit puto cap. I. sect. 1. nostræ ed. ubi τὴν ὑπόληψιν in earum rerum numero, quæ in nostra potestate & nobis propriæ sunt, primo loco posuit. Verbum εἶπεν perperam deerat in edd. & in cod. Pi. Quare perspecte Wolfius monuit: „ἔλεγε „fortassis, aut simile verbum addendum.“ At ipsum εἶπεν opportune dedere Mssti Arg. Pa. Pc. & pro eodem corrupte εἶπερ scribitur in Pb. Deinde ὅπερ γὰρ ἐκάλεσεν recte Arg. Pa. Pb. Pc. & Vpc. ex Ms. Nempe perperam rursus deerat vocula γὰρ in edd. & in Pi. quam particulam Wolfius pariter pro sua perspicacia ad oram sui exempli sua manu h. l. adnotavit.

p. 73 a καὶ ὑπολαμβάνεσθαι καὶ δοξάζεται. Duæ posteriores voces omissæ sunt in ed. Ven. Vbi cum pro ὑπολαμβάνεσθαι Heinsius in ora cod. Nanſ. δοξάζεται notatum reperisset, (quemadmodum in Vhb. & Vpbd. factum video,) καὶ δοξάζεται ille edidit, omissis verbis καὶ ὑπολαμβ. At utramque dictionem junctam recte dedere nostri Mssti.

καὶ μὴ παραλλάττειν ἐν τῇ συμπλοκῇ αὐτῶν, — — νομίζουσι. Putabam νομίζοντας, sed nil mutant libri: qui si bene habent, refertur dativus νομίζουσι ad superiorem dativum ἡμῖν; unde intelligitur, verbum παραλλάττειν nunc non active, sed neutraliter accipiendum, hac sententiâ: *ut res* in nostrâ phantasiâ *non permutent inter se vices suas*, id est, *non a nobis permutentur*, (conf. ad p. 36. c.) ἐν τῇ συμπλοκῇ αὐτῶν, *in compositione, in copulatione ipsarum*, id est, dum unam notionem cum alterâ copulamus, adeoque

adeoque judicia de rebus ferimus; *ut* (verbi cauſſa) p. 73
non copulemus notionem boni cum notione laſciviae, a
nec notionem mali cum notione temperantiae. Wolfius in Notis, verbum παραλλάτ]ειν active accipiens, totam dictionem καὶ μὴ — — αὐτῶν ſic interpretatus eſt: „*non immutare aut diverſum ſtatuere* „*in earum complexione;* hoc eſt, *ea non confundere* „*atque invertere.*“ Commodiſſime id quidem per ſe: at ſic deinde, ut dixi, νομίζονϑας ſcriptum oportebat, non νομίζουσι. Cæterum pro μὴ παραλάτ]ειν temere μὴ παραφυλάτ]ειν ſcribitur in Pa.

ἢ τῶν κατὰ φύσιν γενομένων. Percommode ferri poterat γινομένων, quod erat editum; ſed γενομένων communi conſenſu dedere noſtri codices: iidemque duas voculas ἢ τῶν dederunt, quæ deſiderabantur in editis. Et cum vulgo in edd. cohærerent iſta verba χρῆσις φαντασιῶν κατὰ φύσιν γενομένων, ex codicum noſtrorum præſcripto cohærent hæc ἢ τῶν καϑὰ φύσιν γενομένων ἀγαθῶν ὄρεξις. ἀγαθῶν b
ὄρεξις καὶ κακῶν ἔκκλισις. Vocabulum κακῶν, cum deeſſet & in ed. Ven. & in omnibus noſtris codicibus, adjecit Heinſius a Wolfio admonitus. Cæterum vereor, ne vel ſic adhuc ulcus lateat in hac regione, male ſanatum. τόδε δὲ κακὸν reſtitui ex ed. Ven. conſentientibus Msstis. Temere τὸ δὲ κακὸν ed. Heinſ. Mox vero, cum in ed. Ven. omiſſis quinque vocibus ſic ſcriptum eſſet, ἀλλ' ἡ τοῦ φανέντος κακοῦ ἔκκλισις, defectum ex cod. Nanſ. recte ſupplevit Heinſius, inſertis poſt ἀλλ' ἡ verbis τοῦ φανέντος ἀγαθοῦ ὄρεξις καὶ, quæ & in Vhab. & in Vpabcd. adnotata ſunt, & in codd. Arg. & Pa. (puto & in aliis) eodem loco exhibentur.

καὶ μὴ νομίζειν. Sic, quemadmodum ex conject. legendum viderat Wolfius, communi conſenſu c
dedere codices noſtri, quæ ſcriptura etiam ex Msstis adnotata eſt in Vha. & Vpac. Inepte καὶ ἡμῖν νομίζειν edd. τῆς ὀρέξεως τῆς τοῦ ἡδέως. Sic plane Pa. rectiſſime. Perperam ἀλλ' ὀρέξεως ed. Ven. cum Arg. & Pb. Pc. Pi. Nude ὀρέξεως absque ἀλλ', & absque articulo, ed. Heinſ. Deinde articulum τοῦ, qui in ed. Ven. & Ms. Pi. deſideratur, recte agnoſcunt alii codices cum ed. Heinſ.

κατισχυ-

p. 74 a κατισχυόντων αὐτοῦ, scil. τοῦ λόγου. *animi perturbationes superant rationem, prævalent rationi,* vel *vincunt eam,* ut Wolfius interpretatus est. Cum κατισχνόντων αὐτοῦ levi errore in ed. Ven. scriptum esset, imperite Heinsius κατισχόντων αὐτὸν edidit: & κατισχόντων etiam ex conjectura parum felici correctum est in Vha. & Vpac. Veram scripturam, quam perspecte Wolfius viderat, tenent nostri libri. ὅ γε, ὡς εἶπον πρότερον, ἐν τῇ τραγῳδίᾳ ἐκεῖνο λέγει. Verissimam hanc esse scripturam, quam ex conjectura sic constitui, minime equidem confirmare ausim: sed certius aut probabilius nihil occurrebat. Verba autem ista in hanc sententiam accepi: *quod quidem, ut ante dixi,* (nempe p. 68. a.) *dicit illud in tragoedia;* id est, *quod ipsum in Tragoedia verbis illis significatur.* Vulgo, consentientibus fere libris, sic legebatur: Ὃ τέως εἶπον πρότερον, ἐν τῇ τραγῳδίᾳ ἐκεῖνο λέγει. id est: *Quod adhuc antea dixi, in Tragoedia illud dicit.* Vbi si τέως tenendum, sequens vox πρότερον ex scholio in contextum adscita videri poterat: valet enim τέως idem atque πρότερον, ut diserte Suidas cum aliis grammaticis monuit. Et ignorat quidem illam vocem noster codex Pa. qui unus ab aliis discedens sic habet: καὶ ὃ τέως Εἶπον ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, ἐκεῖνο καὶ λέγειν, καὶ μανθάνω &c. Vbi vide, an infinitivus λέγειν respondeat illis infinitivis, qui multo quidem ante (p. 73. c.) præcesserant, καὶ μὴ, νομίζειν μὲν — — ἀδικεῖν δέ. ut sententia sit: *&, quod adhuc in Tragoedia dicebant, idem ipsum etiam dicere.* Pro vulgato ἐκεῖνο λέγει, suspicatus olim eram ἐκείνη λέγει, scil. *Medea;* quemadmodum p. 68. a. ἡ λέγουσα ait: sed in ἐκεῖνο consentiunt omnes. Eodem fere modo, quos nos edidimus, ac propius etiam ad vulgatam scripturam, correxit vir doctus in Vpc. ὅ τε, ὡς εἶπον πρότερον, &c.

b καὶ ἐκπλίνειν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα &c. Heinsius, καὶ ἐκπλίνειν ἐπὶ πολλὰ, ἀλλὰ καὶ &c. & sic Mss. Arg. Pb. Pi. (puto & Pc.) itemque Vhab. & Vpabcd. In ed. Ven. cum omissa esset ἀλλὰ particula, perspecte Wolfius ἐπὶ πολλὰ in ἀλλὰ censuit mutandum. Ac sane prorsus aliena ab hoc loco illa verba

ἐπὶ

ἐπὶ πολλὰ erant; nec multum proficiebat viri doctip. 74
in Vpc. conjectura, ἔτι πολλὰ corrigentis: quare il- b
la codicis noſtri Pa. auctoritate prorſus ejeci. Mox
articulus τὰ, ad ἔργα, perperam deeſt in Arg. & Pb.
καὶ τοῦτο ἴσως ἐστὶν. Manifeſta hujus ſcripturæ
veſtigia ineſſe putavi in illa καὶ τούτοις ὡς ἔστιν,
in quam cum editione Ven. conſentiunt Mssti Arg.
Pb. Pi. Vbi cum Wolfius minus felici conjecturâ
καὶ γὰρ ἐν τούτοις ἐστὶν legendum cenſuiſſet, fiden-
ter Heinſius καὶ ἐν τούτοις ἐστὶν edidit, nullius li-
bri auctoritate niſus, niſi forte Wolfii conjectura in
orâ codicis Nanſiani adnotata erat. In noſtro cod.
Pa. nude καὶ τοῦτο ἐστὶν ſcribitur, omiſſâ particulâ
ἴσως: ſed eam quidem non prorſus alienam ab hoc
loco eſſe, oſtendit formula huic particulæ æquivalens,
μήποτε, quâ initio hujus ejusdem disputationis (p.
73. b.) uſus eſt Simplicius.

ὥσπερ τοῦ τέκτονος ἀγαθὸν &c. Totum locum e
usque ad finem capitis ita plane edidi, quemadmo-
dum præivit optimus noſter codex Pa. Neque aliter
ed. Ven. & reliqui noſtri codices; niſi quod, pro
nudo ἀγαθὸν, ἀγαθὸν ἔργον habent, & deinde ὁ
μὲν pro ἡ μὲν. Et Wolfius quidem, pro ſua perſpi-
cacia, utrobique verum viderat; vocem ἔργον mo-
nens redundare ſibi videri; & ad verba ὁ μὲν ἐν ταῖς
hæc adnotans: „Præcedit ἡ κατὰ φύσιν τῶν φαντα-
„σιῶν χρῆσις: ad quam vocem cum articulus refera-
„tur, legendum eſt ἡ μὲν.“ Sed quum græcorum
verborum ſententiam idem Wolfius in verſione, libe-
riori quadam ratione expreſſiſſet; *(Sicut enim fabri,*
quatenus faber, bonum eſt, artis rationibus congruens
actio, quæ in rebus externis cernitur: ita philoſophi
actio in cogitationibus vertitur.) ecce, Heinſius im-
portunum quidem vocabulum ἔργον, contra Wolfii
ſententiam, in contextu tenuit; cæterum græca ver-
ba, invitis libris omnibus, ad Wolfianæ verſionis
præſcriptum refingere auſus eſt, in hunc modum
edens totum locum: ὥσπερ γὰρ τοῦ τέκτονος ἀγαθὸν
ἔργον, ὡς τέκτονος, ἡ κατὰ τοὺς τεχνικοὺς λόγους
ἐνέργεια· οὕτω ἡ τοῦ Φιλοσόφου ἐν ταῖς ἐννοίαις,
ἡ δὲ καὶ ἐκτὸς ἐν ταῖς πράξεσιν.

AD

AD CAPVT XII.

p. 74 c Nobis CAP. VII. Sic & in cod. Pf. In Mss. AA. & Pe. Κεφ. ή. In Pa. & Pd. Κεφ. ιγ'. Arg. definit in ὑδρεύσασθαι. Pc. in κοχλίδιον.

p. 75 b ἐπιστρεπτικῶς *argute* vertit Wolf. commode; quam fere in sententiam Ἐπιστρέφεια apud Suidam per ἀγχίνοια exponitur. Possis vero & *studiose*, *magnâ cum curâ*, intelligere; quemadmodum idem Suidas Ἐπιστρεφέως apud Herodot. I. 30. per ἐπιμελῶς interpretatur. ἀναχαιτίσας cum ed. Ven. recte dederunt Mssti omnes, leviter quidem corruptum in ipsa ed. Ven. ubi ἀνσχαιτίσας, quemadmodum fere & in Pb. & Pi. scribitur; & ἀναχαιτήσας in Pa. Sed verum tenuit noster Arg. Frequentatum nostro verbum; quod recurrit p. 122. a. 142. c. 264. a. 276. b. Quod cum parum familiare esset Heinsio, temere ἀνακαλέσας in ejus locum intrusit hic editor. πάντη ἀλλότρια scripsi cum Pa. id est *quovis modo, omnino aliena.* Sic sæpe aliâs πάντη πάντως jungit Noster. Vulgo πάντα ἀλλότρια. ἡμέτερον ἀγαθὸν. Perperam & invitis nostris libris οὐδέτερον ἀγ. ed. Ven. quod correxit Heins. monitus a Wolfio. νομίσῃ τις recte Mssti cum ed. Heins. νομίσει τις ed. Ven. ubi νομίσειε in suo exemplari correxit Wolf. κτήσεως καὶ μεθέξεως τῶν ἐκτὸς. Mendose κτίσεως ed. Ven. & Pa. Tria vero verba καὶ μεθέξεως τῶν desunt in Pa. πρὸς θεὸν ἐπιστροφῆς. Absurde πρὸς θέσιν ἐπιστρ. ed. Ven.

c καὶ τούτοις οὖν νέμειν &c. Nil variant alii libri. Unus Pa. ante ista verba, hæc inserta habet: ἔπειτα δὲ τῶν οἰκείων καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν καὶ τῶν ἐκτὸς, tum demum *spatio duorum fere digitorum latitudine vacuo* relicto, sic pergit, καὶ τούτοις οὖν &c. Quæ verba, cum in ora vetustioris alicujus codicis adnotata fuissent, temere in contextum recepisse mihi visus est librarius noster, aut is de cujus exemplo suum codicem ille descripsit. Quare nullam eorum rationem habendam putavi. Qui primus ista verba adscripsit, is putaverat, illud κατὰ δεύτερον λόγον referri ad id quod præcessit, πρῶτον μὲν τῶν ἀναγκαίων. Itaque, quoniam post illa ἀναγκαῖα ἐν

βίῳ

βίῳ nihil aliud commemoratum vidit, cui κατὰ δεύ- p. 75
τερον λόγον esset cura tribuenda, sibi persuaserat c
homo, intercidisse ibi nonnihil, quod ille ex conjectura (parum utique felici) supplere tentavit. Nam, quod jam de Enchiridii contextu adnotavi, quem idem noster codex Pa. exhibet, (vide Præf. ad Enchir. p. 89.) id etiam in Simplicii Commentario obtinet, ut præter magnum numerum optimarum lectionum, quæ in hoc codice ex vetustissimo aliquo & probatissimo libro servatæ nobis sunt eis in locis, quibus alii omnes librarii a vero aberrarunt, occurrant etiam loca nonnulla, quorum scriptura ex nescio cujus hominis conjectura (parum ea subinde felici) vel alterata videatur vel interpolata.

διδόμενα ἀπὸ τοῦ Παντὸς. Minus commode post διδόμενα comma ponebant edd. verba ἀπὸ τοῦ παντὸς cum προσδέχεσθαι jungentes; commodius verba distinxit Pa. quem secutus sum. Fateor autem, ne hanc quidem rationem satis mihi placere. Lubens equidem sic distinxissem verba: ὁδοῦ πάρεργον, φησὶ, καὶ κατὰ τρίτον λόγον, διδόμενα ἀπὸ τοῦ Παντὸς, προσδέχεσθαι χρὴ, ut cohærerent ista, κατὰ τρίτον λόγον προσδέχεσθαι: *oportet hæc, si dantur a Deo, obiter & quasi tertio loco accipere.* At sic prorsus otiosa futura erant ea, quæ mox consentientibus libris sequuntur, ὅταν καὶ κατὰ καιρὸν διδῶται. Post verba ἀπὸ τοῦ παντὸς intercidisse vocabulum κυβερνήτου putaverat Wolfius: „Nisi forte τὸ πᾶν, inquit, „hoc est *universitatem rerum*, pro *Deo*, ponat: quod „minus placet.“ At non jam, quid nobis placeat, quærebatur, sed quid ferat usus nostri auctoris. Atqui sic jam supra (p. 27. a.) haud dubie τὸ Πᾶν pro *Deo*, id est pro τῷ τοῦ παντὸς κυβερνήτῃ (ut vocat hac pag. 75. b.) positum vidimus. conf. p. 78. c. & 79. a. Illud insolentius videri poterat, quod ἀπὸ τοῦ Παντὸς ait, non ὑπὸ τοῦ Παντός. At istum morem Simplicii jam sæpe aliâs observavimus, (conf. not. ad p. 12. a. & ad p. 136. b.) eodemque prorsus modo rursus τὰ διδόμενα ἀπὸ τοῦ Παντὸς ait p. 77. a. & τὰ ἀπὸ τοῦ Παντὸς ἡμῖν ἀπονεμόμενα p. 79. a.

ὅταν καὶ κατὰ καιρὸν διδῶται. δεδῶται ed. p. 76
Heinsius invitis libris. Pro ὅταν καὶ, suspicatus eram a

p. 76 a ὅταν γε; sed in vulgatum consentiunt libri, & recte quidem, hâc sententia, *quum pro tempore etiam hæc nobis dantur.* Post διδῶται corrupte admodum in ed. Ven. sic legebatur, τὰ μὲν ἀεὶ πρὸς τὸ ἡγούμενον ἐφετόν. Vbi peracute Wolfius, pro διδῶται, διδῷ legendum, tum sequentia sic corrigenda censuit, τεταμένον ἀεὶ πρὸς τὸ προηγούμενον ἐφετόν. eâ sententiâ, quam ipse in versione his verbis expressit: *animo semper in id, quod principaliter appetendum est, intento.* At teneri quidem percommode διδῶται poterat, in quod cum ipso Enchiridio consentiunt apud Simplicium nostrum veteres libri omnes: (nam, quemadmodum τε in ται mutare potuit librariorum imperitia, sic & ipsa terminatio ται verbi διδῶται, quam τε pronunciabant illi homines, fraudi esse potuit eisdem, ut syllabam τε, a qua incipiebat sequens vox τεταμένον, transsilirent:) reliqua vero Wolfii emendatio cum per se insignem speciem habebat, tum mire conveniebat cum eo quod est in Enchiridii contextu, τετάσθαι δὲ δεῖ &c. Cujus emendationis priorem partem adoptans Heinsius, sic edidit, τεταμένον ἀεὶ πρὸς τὸ ἡγούμενον ἐφετόν. At πρὸς τὸ προηγούμενον, quod Wolfius voluerat, firmant etiam codices nostri Arg. & Pb. qui quidem cum aliis (uno Pa. excepto,) in mendosum τὰ μὲν consentiunt. Pro ἐφετὸν unus cod. Arg. αἱρετὸν habet, ex glossemate puto: valet enim ἐφετός, paulo rarioris usus vocabulum, idem ac ὀρεκτὸς & αἱρετός. cf. p. 47. a. & 97. c. Quibus rationibus commotus, servato quidem passivo διδῶται, reliquam Wolfii emendationem amplectendam putavi. Quamquam enim aliam offerebat scripturam noster codex Pa. οὐ μέντοι ὡς προηγούμενον ἀγαθὸν ἢ ἐφετόν. quæ quidem & ipsa apta videri poterat huic loco, & inprimis conveniens cum eis quæ infra (p. 77. ab.) leguntur, τὰ τοιαῦτα διδόμενα ἀπὸ τοῦ Παντὸς ὀρεκτέον μὲν, οὔτε δὲ ὡς προηγουμένως ἀγαθὰ &c. tamen languidor ea mihi visa erat, & ex conjectura ejusdem hominis, quem paulo ante dixi, prognata. Quod si secus visum fuerit aliis, facile quidem patiar.

Quod mox ait ἃ πρότερον ἔλεγε, respicit Enchir. cap. I. sect. 4. Bene ὡς μὴ δυνάμενα ed. Heins. & sic

& sic noster cod. Pa. Perperam deest negativa par- p. 76
ticula in aliis codd. & in ed. Ven. ubi ὡς οὐ δυναμ. a
corrigere jussit Wolf. ἐκδίδωσι καὶ τούτων μετέ- b
χειν. ἐνδίδωσι utique videtur scribendum, quo verbo in eadem re utitur noster p. 2. c. & p. 78. c. Quodsi vera est vulgata scriptura, in quam quidem consentiunt h. l. libri; pari ratione ἐκδίδωσι pro συγχωρεῖ. id est, *concedit, permittit*, dictum fuerit, atque ἔξεστι pro συγχωρεῖται *(concessum est, licet,)* vulgo frequentatur.

διὰ τὸ ἐμβριθὲς. „Quæ maris *gravitas* (ait „Wolfius) aut *constantia* sit, non intelligo. Quid ve„ro si ἐμβυθὲς, παρὰ τὸν βύθον legas? *ob profundi„tatem.*“ Idque ipsum, *ob profunditatem*, in versione posuit. At vereor, ne non minus ægre intelligi possit, quo pacto *ob profunditatem* mare pro symbolo *hujus mundi* & *vitæ quam in hoc mundo agimus* (id est enim γένεσις) habeatur. Percommode vero τὸ ἐμβριθὲς dicere videtur *vim, violentiam & impetum, quo & agitatur* mare, *& jactat* naves quæ ei committuntur. Sane verbum βρίθειν, a quo illud nomen formatur, non modo *gravem esse* significat, sed & *cum impetu ingruere, irruere:* & haud dissimili ratione τὸ ἐμβριθὲς Herodianus de animi *ferocia atque impetu* usurpavit; & ὄβριμον ὕδωρ (valet autem ὄβριμος idem atque ἐμβριθὴς) olim Homerus dixit *impetuosam* & *tumultuantem aquam.* καὶ πνίγον τοὺς καταδύνοντας εἰς αὐτὴν. Post ista verba, nullâ interpositâ distinctione, hæc interserit ed. Ven. consentientibus Msstis, ἀπὸ τῆς γενέσεως ἀνάγον, quæ ex ἀπὸ τῆς γεύσεως ἐνάλου corrupta vir doctus in Ppc. suspicatus est; Wolfius vero: „Aut hæc verba „redundant, ait; nihil enim ad sententiam faciunt; „aut complura desunt.“ Itaque nec in versione expressit Wolfius, & in græco exemplo prætermisit Heinsius: atque ego etiam exsulare passus sum, ita tamen ut *asteriscо* significarem, adjectum hoc loco nonnihil, nescio quid, oportuisse. Codex Pa. quidem tria verba ἀπὸ τῆς γενέσεως habet, ἀνάγον vero ignorat. In eodem abest εἰς post καταδύνοντας, itemque verbum ἔλεγον post γενέσεως. Pro μυθοπλάσται, corrupte μυθοπλύσται scribebatur in ed. Ven.

p. 76 c τᾶις ἑαυτοῦ προνοίαις recte dedit Pa. ut legendum monuerat Wolf. Perperam vulgo τᾶις ἑαυτῶν προνοίαις. καθόρμισις bene ed. Heinſ. cum Mss. Arg. Pb. & Pi. inter lineas. Alii male καθόρμησις cum ed. Ven. de quo errore pariter monuerat Wolf. In ὑπὸ τόδε τὸ γένος conſentiunt omnes, non male: *generantur ſub hanc familiam*, id eſt, *hac lege ut ad hanc familiam pertineant.*

p. 77 a. b. c. διδόμενα ἀπὸ τοῦ Παντός. Vide ſupra, ad p. 75. οὔτε δὲ. Illa particula τε in οὔτε copulat hanc phraſin cum ea quæ infra ſequitur, ἀλλ' οὐδ' ὡς περὶ ἀναγκαῖα &c. ἄλλως χρήσιμα, *alioquin utilia.* ἄλλως, nempe non προηγουμένως, nec ὡς ἀναγκαῖα. cf. p. 75. c. πρὸς ἑαυτόν τε ἡμᾶς. Perperam πρὸς ἑαυτόν τε καὶ ἡμᾶς ed. Ven. cum Msstis. Particulam καὶ, temere intruſam, merito expunxit Heinſius, quam nec Wolfius in verſione expreſſerat. Pendet ἡμᾶς

c ab ἀνακαλούμενος. καὶ τούτων μηδὲ ἐπιστρεφ. *ac horum ne ullam quidem rationem habens.* Verba καὶ τούτων, quæ deſunt aliis omnibus, dedit Pa. Videntur autem interpretationis cauſſa a Simplicio adjecta: cum ἐπιστρεφόμενος, nude poſitum, aliter accipi potuiſſet, nempe *ne reſpiciens quidem, ne retro quidem ſpectans.* καταναλώων. καταναλαίων ed. Heinſ. commode, ſed invitis Msstis, qui in καταναλώων cum ed. Ven. conſentiunt omnes; quod ita tenendum putavi, ut iota tamen ſubſcriberetur. Ἀπ]όμενον δὲ ὅλως, ὁδοῦ πάρεργον. Sic percommode ed. Ven. conſentientibus Msstis; pro quo temere Heinſius Ἀπ]όμενον δὲ ὡς ὁδοῦ πάρεργον edidit. Mox vocabulum γάμου perperam aberat in ed. Ven. quod recte habent ſcripti libri omnes cum ed. Heinſ.

p. 78 a κατὰ καιρὸν ἀπ]εσθαι χρή. „*Per tempus, tempeſtive;* id eſt, *matura ætate.* Sententia eſt: Con„jugium non eſſe differendum usque ad ingrave„ſcentem ætatem, viribus jam imminutis, & morte „inſtante.“ *Wolf.* ἀσχέτως ἀπελθεῖν. „*Sic discedere, „ut a nemine retineari, ut nihil te remoretur*, ut ipſa „ſatietas talium rerum mortem tibi faciat leviorem.“ *Idem.* ἀλλ' ὅλως. ἀλλ' ὅλος malim cum eodem Wolf. Et mox deinde, cum eodem, ἐντεῦθεν, pro ἐνταῦθα. Sic ſane & paulo poſt, τῆς ἐντεῦθεν ἀναχωρήσεως, ait.

AD

AD CAPVT XIII.

In noſtra ed. & in cod. Pf. eſt CAP. VIII. In AA. Arg. & Pe. κεφ. ϑ'. In Pa. & Pd. κεφ. ιϑ'. Totum capitulum exhibent codices Arg. & Pc. p. 78 b

τῶν δὲ, ὁδοῦ πάρεργον. Sic plane Pa. ut corrigendum monuit Wolfius, ediditque Heinſius. τῶν δὲ, οὐδὲ πάρεργον ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. Mihi, ut dicam quod ſentio, utrumque verum videtur, & altera ſcriptura jungenda alteri, hoc modo: τῶν δὲ (vel τῶν δὲ ἄλλων) ὁδοῦ πάρεργον, τῶν δὲ οὐδὲ πάρεργον. conf. p. 75. c. & 76. a. τοὺς πρόπους λοιπὸν παραδίδωσι. Nihil in his verbis deſideres, in quæ etiam conſentiunt libri omnes. Itaque non video, Wolfius quid ſpectarit, quod verba τοὺς πρόπους ad ſuperiora retulerit, *ad hunc modum* vertens, tum vero poſt παραδίδωσι vocabulum κανόνας adjiciendum putarit. τὸ Πᾶν. Vide p. 27. a. & ibi not. c

τῶν καὶ ἡμῖν ἀσυμφόρων. Caret καὶ Arg. ſed agnoſcunt cæteri omnes. πάντη συμφέρον. πάνυ συμφέρον Pa. Neutrum male. Perſæpe vero iſta inter ſe permutare ſolent librarii. συνεκτρέχειν ſcripſi, quinque codicum noſtrorum fide. Vulgo συντρέχειν. p. 79 a

ὑπὸ τοῦ Πανλὸς γινομένοις. Sicut hîc in ὑπὸ, ſic mox deinde in ἀπὸ τοῦ Πανλὸς conſentiunt omnes. Vide ad p. 75. c. εὖ Φρονούνλων. Aut ſic, aut unâ voce εὐΦρονούνλων, habent veteres libri omnes cum ed. Heinſ. Perperam ἀΦρονούνλων ed. Ven. ἢ τὰ κοινὰ. Vulgo καὶ τὰ κοινὰ. Sed commodius ἢ dedere quinque noſtri Mssti, itemque alius, e quo eadem ſcriptura enotata eſt in Vpc. κατακλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις. ἐκπτώσεις habet ed. Ven. cum Msstis; ubi Wolfius: „Poſſunt, inquit, *exitia* „aut *ruinæ civitatum* intelligi. Sed ἐκπυρώσεις, quæ „τοῖς κατακλυσμοῖς opponuntur, videtur eſſe rectius.“ Et *incendia* idem Wolf. in verſione poſuit. Equidem olim exiſtimaveram, teneri fortaſſe librorum ſcripturam poſſe, intelligendo (ſicut Wolfius indicaverat) *montium ruinas*, aut *terræ hiatus* ſubito coortos, quibus tota interdum oppida collapſa corruerunt: quemadmodum, verbi cauſſa, Bura & Helicen, Achæo- b

p. 79 b rum oppida, alterum ὑπὸ χάσμαϛος, alterum ὑπὸ κύμαϛος interiiſſe Strabo ait, lib. I. p. 59. ed. Caſaub. Attamen ipſa nominis forma ἐκπτώσεις, nec uſitata in hanc partem, nec per ſe ſatis commoda videbatur. Itaque poſtquam paulo inferius (p. 83. a.) cum σεισμοῖς & λοιμοῖς & κατακλυσμοῖς communi librorum conſenſu ipſas etiam ἐκπυρώσεις commemoratas vidi, idem nomen hic quoque pro ἐκπτώσεις ponere non dubitavi. In Heinſii quidem editione hoc loco (caſu-ne, an conſilio, neſcio) ἐμπυρώσεις expreſſum erat.

ἀπὸ ἀνθρώπων. ἀπὸ τῶν ἀνθρ. ſolus Aug° Mox dein placuit εἰς ἀνθρώπους ἀνοσίως, quod dabat Pa. Reliqui cum editis, ἀνοσίως εἰς ἀλλήλους, quod & in ora Pa. pro varia lectione adnotatum.
c παντελῆ ἀφανισμὸν recte, ut edidit Heinſius, ſic dedere Arg. & Pb. Corrupte παντελῶς ἀφανισμὸν ed. Ven. cum Pi. παντελῆ ἀφορισμὸν Pa.

p. 80 a σκιὰς μόνας. σκιὰς μόνον ed. Heinſ. & Vpc. ex conject. non male, ſi ſuffragarentur libri. Sed pro corrupto μόνα, quod erat in ed. Ven. & in Mss. Arg. & Pi., perſpicue μόνας dedere Pa. Pb. & Pc. quemadmodum voluerat Wolf. κακοθελής τις percommode ed. Ven. cum Msstis. Temere κακοθελής τε ed. Heinſ. Mox pro μισόκαλος ἄνθρωπος eſt μισάνθρωπος in Pa. neſcio an rectius; nam paulo lenius dictum h. l. μισόκαλος videri poteſt. At vulgata ſcriptura ibidem in ora pro var. lect. notata eſt.

b Τὰ δὴ τοιαῦτα. Percommode ſic Arg. Pa. Pb. (neſcio an & Pc. & Pi.) Τὰ δὲ τοιαῦτα edd. εἰ μέλλοι dedit Pa. quod & Arg. inter lineas notatum habet. Vulgo εἰ μέλλει. ὅπου γὰρ τὸ συμ-
c Φέρον. Vide Enchir. cap. 31, 4. κακῶν αὐτὸν, ἢ τιμᾷν. Sic percommode Pa. Vulgo κακῶν αὐτὸν τιμᾷν. κἂν μυρία ἐπὶ μυρίοις ἀπομνύμεθα. *licet millies atque millies juremus*, nempe, *nos eum colere*; aut, *licet millies atque millies per eum juremus*. In ed. Ven. ἀπομνήμεθα ſcribitur; ubi Wolfius, quaſi ἀπομεμνήμεθα ſcriptum eſſet, vertit, *etiamſi infinitæ rationes in medium afferantur*: & cogitaverat quidem etiam (ut in Notis docet) de ἀπομνύμεθα, *ſi juremus, ſacramento contendamus*; ſed id non ſatis ſibi placere

placere ait. At hoc ipsum ἀπομνύμεθα, quod Heinsius edidit, agnoscit codex noster Arg. puto & Pa. e quo certe nihil discrepantiæ ab ed. Heins. h. l. enotavi. (De Pb. Pc. & Pi. compertum non habeo.) Neque vero admodum video, cur suspectum illud verbum esse debuerit; nisi, quasi ἀπόμνυσθαι (ut Eustathius docet ad Odyss. β.') proprie de *negatione per juramentum*, ἐπόμνυσθαι vero de *adfirmatione* usurpetur. At, non constantem esse istam differentiam, passim a viris doctis observatum est. Cæterum quod si ἐπομνύμεθα probatus aliquis liber hîc offerret, lubens utique acciperem. p. 80 c

Ἦν μέντοι φανῇ. Sic quidem h. l. Arg. & alii cum edd. Sed εἰ μέντοι φανῇ Pa. quod a Nostri usu non alienum est, & verum videtur. Vide p. 55. b. & 60. a. ibique notata. τὰ μὲν γινόμενα. Abest μὲν in Pa. sed commode habent alii omnes: refertur ad id quod sequitur, εἰ δέ τι ἔῃ κακὸν &c. Perperam vero deinde sic vulgo distinguebant verba, εἰ δέ τι ἔῃ κακὸν ὅλως ἐν τοῖς γινομένοις· τοῦτο μὴ ὂν &c. Itaque post τοῦτο μὴ ὂν Wolfius intercidisse existimavit ἐν τοῖς πράγμασι, aut aliquid simile: at, quod desiderabat Wolfius, id ipsum aderat in verbis ἐν τοῖς γινομένοις. Perspecte vero idem Wolfius viderat, pro μὲν ὂν, quod erat in ed. Ven., μὴ ὂν esse legendum; quod & libri nostri agnoscunt. p. 81 a

ἀλλὰ ζωαὶ τῶν σωμάτων. ἀλλὰ ζωὴ ed. Ven. invitis omnibus Msstis. ἀπὸ τῶν οὐρανίων κινήσεων γίνεταί τε καὶ φθείρεται. Perperam abest κινήσεων in Arg. sed τε particulam post γίνεσθαι, quæ desiderabatur vulgo, commode dedit idem codex cum Pb. Pc. Pi. nescio an & Pa. e quo nihil adnotavi. b c

τὴν αὐτὴν ἔχουσαι ἀεὶ ἀξίαν. τάξιν correxit Wolf. in suo exemplo; speciose quidem. ἀξία certe de mera *umbra* perincommode dici videtur. Vide tamen p. 84. c. Καὶ οὐδὲ αὐτοῖς μέν. αὐτοῖς γε Pa. commode: sed nec istud spernendum. εἰ μὴ πεφύκει. πεφύκεσαν oportebat; nempe αἱ λογικαὶ ψυχαί. Nisi simili ratione a plurali numero ad singularem transiit, atque ab Epicteto in Disser. sæpe factum observavimus. Mox καὶ ἄρχειν recte Pa. & Arg. ut voluit Wolf. Perperam καὶ τὸ ἄρχειν edd. p. 82 a b

p. 82 c πλεονεκ]ούν]ων ἀλλήλων, ut conjectaverat Wolfius, sic dedit Pa. Vulgo ἀλλήλοις. διαφθειρόμενα ἐν αὐταῖς, scil. ταῖς νόσοις. ἐν αὐτοῖς ed. Heinf. temere & invitis Msstis. τῆς ἐγ]ενομένης Pc. & Pi. cum edd. τῆς ἐγ]ινομένης Arg. & Pb. τῆς γενομένης Pa.

p. 83 a ὅταν δὲ — — μεταβάλ.η. Sic recte Arg. Pa. Pb. Pc. μεταβάλ.ει edd. cum Pi. τὰς τῶν ἐναντίων. Temere τῶν articulus omissus in ed. Heinf. ἐξ οὗ γέγονε. ἐξ οὗ καὶ γέγονε solus Arg. In ἀπεργάσωνται cum ed. Heinf. consentiunt Mss. Arg. Pa. & alii. Mendose ἀπεργάζον]αι ed. Ven. unde ἀπεργάζωνται in suo exemplo correxit Wolf. δι' ἀνταν]σωσιν τῶν ἐν τῷ παντὶ στοιχείων. „ob mutuam adæquatio„nem elementorum universitatis. Ne ignis aut aqua „redundet.“ *Wolf.*

b Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν. Temere γὰρ omisit Heinf. Mox vero cum καὶ ἡ φύσις ἐρᾶται vulgo legeretur, commode Wolfius, conjunctione transposita, sic legendum censuerat, καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν μερικῶν ζώων ἡ φύσις. Ego vero repetitam iniquo loco particulam expunxi, auctoritate codicis Pa.

c ἀποσκήμμα]α. Cum mendose ἀποσκαίμμετα expressum esset in ed. Ven., Wolfius ἀποστήματα, id est *absessus*, legendum censuit. Recte vero (ex cod. Nanfiano puto) ἀποσκήμματα edidit Heinf. quod & ex vet. cod. adnotatum in Vha. & Vpad. idque ipsum habet noster Pa. Leviori mendo ἀποσκήμα]α scribitur in Arg. quod in alio codice (qui notâ *C. M.* designatur in Vha.) in ἀποσχήματα corruptum erat, quod ipsum notatur etiam in Vhb. & Vpb. Est autem ἀπόσκημμα, *decubitus*, quem vocant medici; id est, quemadmodum Galenus interpretatur, *humor, qui, relictâ eâ parte, quam infestabat, in aliam transit.* Nec vero multum differt ab *apostemate*, five *absceſſu;* itaque paulo post in τὰ ἀποστήματα (haud ita male fortasse) consentiunt libri omnes. Rursus vero infra (p. 177. c.) in ἀποσκήμματα meliores libri consentiunt. καὶ ἰατρικὴ τέχνη. Nil mutant libri: videtur autem utique καὶ ἡ ἰατρ. τεχ. scribendum. Articulus per itacismi fraudem intercipi facile potuerat.

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ δὲ καὶ ψυχαὶ ἡμῖν. εἰσὶν pro ἡμῖν cor- p. 84
rexit Wolf. in ſuo exemplo: ſed nil mutant libri. a
Ante ἐξῃρημένας vulgo adjiciebant καὶ particulam, b
quam expunxi auctoritate codicum Arg. & Pa. κατ' c
ἐκεῖνά τε καὶ μετ' ἐκείνων. Adoptavi τε ex Wolfii
emendatione. Vulgo omnes κατ' ἐκεῖνα δὲ, & poſt
ἀξίαν comma interponunt. ὡς εἴρηται περὶ τῶν σκι-
ῶν. Vide ſupra, p. 82. a.

μέσας οὔσας τῶν ζώων. Articulum τῶν, temere p. 85
in ed. Heinſ. h. l. omiſſum, agnoſcunt libri omnes a
cum ed. Ven. Nihil vero cauſſæ erat, cur τῶν φυ-
τῶν pro τῶν ζώων corrigendum Wolfius putaret: nam
& plantas in τῶν ζώων (id eſt, *rerum animatarum*)
numero refert Simplicius, utpote quibus & ipſis ζω-
αὶ inſunt, ut modo dixit p. 84. c. Pro ἐγειρόμενον
corrupte ἐργόμενον ſcribitur in Pa. In ὑπερζέον-
τος ἢ ἐλλείποντος nil variant libri. Videtur au-
tem, ſi modo cætera ſana, ὑπερζέον ἢ ἔλλειπον in
nominativo ſcriptum oportuiſſe; aut, commodius et-
iam, ὑπερζεόντως ἢ ἐλλειπόντως, ut conjecta-
verat vir doctus in Vpc. Nec enim placet ὑπερζέον-
τα ἢ ἐλλείποντα, quod propoſuit alius vir doctus in
Vha. & Vpa. καὶ ἀξίας ἔχουσι διαφοράν. In
καὶ ἀξίας cum editis conſentit Pa. & alii Pariſienſes.
τῆς ἀξίας absque καὶ habet Arg. quod & ex aliis
codd. notatum in Vhab. & Vpabcd. Dein διαφό-
ρους habent edd. ſed διαφορὰν Arg. Pb. & alii
codices in Vha. & Vpacd. pro quo mendoſe διαφο-
ρᾶι ſcribitur in Vhb. & Vpb. διαφορὰς vero eſt in
Pa. nec id male. Mox βίων ἀνομοιότητα proba-
vi, quod dedit idem Pa. pro βίον ἀνομοιότατον, quod
habent edd. cum aliis. ἢν ὡς ἑτεροκίνητον ἔχουσι, b
Suſpicabar ἑτεροκίνητοι, ſed vulgatum tenent libri
omnes. μέσα τινῶν recte ed. Heinſ. cum Msstis.
Corrupte μετά τινων Ven. unde μεταξὺ emendabat
Wolf. ἑκατέρῳ πῶς. Sic Pa. Pi. & alius codex
laudatus in Vpc. ἑκατέρων πῶς Arg. & Vha. &
Vpad. ne id quidem male. Corrupte vero ἑκατέρῳ
πρὸς edd.

τὴν ἀξίαν ἔχει πρὸς τὴν προαίρεσιν. παρὰ τὴν
πρ. malebat Wolf. ſed eadem notione teneri πρὸς
poteſt. τὸ ἀλγεῖν ἐν τῷ σκέλει μένειν. „Poſſit etiam c
„legi τὸ ἀλγοῦν. Sententia eſt, *dolorem non pertinge-*

p. 85 c „re ad animum, sed in corpore resistere. Sic Posido-
„nius apud Ciceronem, II. Tuscul. *Nihil agis dolor:*
„quamvis sis molestus, nunquam te confitebor esse ma-
„lum.“ *Wolf.* — Verba, quæ respicit Simplicius, habes apud Platonem in Phædone cap. 3. extr. ὑπὸ
p. 86 a τοῦ δεσμοῦ ἦν ἐν τῷ σκέλει τὸ ἄλγος. οἰκείας νομί-
ζουσι. Perperam vox οἰκείας aberat in ed. Ven. καὶ
ἐπεὶ τὰ ἐναντ. — — χρὴ τὴν &c. Sic scripsi cum
Pa. Alii vulgo τὰ δὲ ἐναντία — — καὶ χρὴ τὴν,
ne id quidem male. τῆς πρὸς σώματα καὶ χρήματα
συμπαθείας — — τῇ περὶ ταῦτα λύπῃ ἀποτυγ-
χανόμενα κολάζεσθαι. Perperam τῇ πρὸς σωμ. habet Pa. & vocem συμπαθείας prorsus ignorat. Reliqui libri cum ed. Ven. in τῆς πρὸς consentiunt, & dein cum eâdem ed. συμπάθειαν habent: unde Wolfius διὰ τὴν πρὸς σωμ. — — συμπάθειαν legendum judicavit, quod in contextum recepit Heinf. Sed ipsum τῆς satis indicabat veterem scripturam συμπαθείας, quam ex certâ conjecturâ (præeunte etiam viro docto in Vpc.) restituimus: dicunt enim Græci κολάζεσθαι τινὸς, *puniri alicujus rei caussa*, *poenam dare delicti.* Genitivum συμπαθείας librariorum insciti, ob præcedentes sequentesque accusativos, in συμπάθειαν mutavit. Vocabulo ψυχὴν, quod post κακυνθεῖσαν adjiciendum Wolfius putavit, facile careri posse existimavi. Deinde vero, pro mendoso διατυγχανόμενα, quod nescio quo casu in editionem Heinsii irrepserat, ἀποτυγχανόμενα restitui, quod cum
b ed. Ven. tenent scripti libri omnes. Mox vero, pro μάλιστα ἐπὶ τοῖς, legendum suspicatus olim eram ἔτι τοῖς, ut cohærerent dativi τῇ — — λύπῃ & τοῖς — — πάθεσιν. Sed recte habet ἐπὶ, quod pendet a τῇ λύπῃ, hoc modo, τῇ λύπῃ περὶ ταῦτα ἀποτυγχ. καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖς τοῦ σώματος πάθεσιν. Perinde enim dicitur λύπη περί τι, & ἐπί τινί. Dein τῷ τε σώματι dedere Mssti cum ed. Ven. ubi temere τε omissum in ed. Heinf. τὸ ἑαυτῆς recte edd. cum Pa. & aliis, ubi corrupte τὸ ἐν αὐτοῖς Arg. quod & in Vhab. & Vpbd. notatum. Dein vero perperam ἐν ἐκείναις habent libri omnes cum ed. Ven. ubi recte ἐν ἐκείνοις correxit Heinf. præeunte Wolfio.
a πρὸς τῷ βλαβερῷ, καὶ λυπηρῶν πειραθῇ τούτων. Sic recte Pa. & Pi. ut legendum monuerat Wolf.

Perpe-

Perperam βλαβερῷ καὶ λυπηρῷ edd. βλαβερῶν καὶ λυπηρῶν Arg. conf. p. 87. c. διὰ γὰρ ἡδονην. Temere γὰρ omissum in ed. Heins. Mox, pro καὶ σὺν ἐκείνοις, est δι' ἐκείνοις in Pa. ubi commodum fuisset δι' ἐκεῖνα; sed nec spernendum vulgatum. In οὗτος ἰσχυρός ἐστι cum ed. Heins. consentiunt Arg. Pa. & alii. Corrupte οὔτ' ἰσχυρότερός ἐστι ed. Ven. p. 86 c

ἀνιαρὰ ταῦτα, εἰς ἃ νένευκεν, αὐτῇ προσφέρων. Vereor ne non satis emendata aut integra hæc sint, quæ latine ad verbum sic sonant, *molesta hæc, ad quæ inclinat, illi offerens.* Nec vero quidquam mutant libri nostri; nisi quod, pro εἰς ἃ νένευκεν, in Vha. & Vpad. notetur εἰ συννένευκεν, quod quid promoveatur non video. Suspicatus sum, post ἀνιαρὰ ταῦτα intercidisse σὺν τοῖς ἡδέσι, *simul cum suavibus*, aut aliquid in eam sententiam. In ἀποστρέφεσθαι ποιεῖ recte consentiunt veteres libri omnes, ubi temere διαστρέφεσθαι ποιεῖ scriptum in ed. Heins. Post δυοῖν κακοῖν, duas voces τὸ κουφότερον, quas ignorabant alii omnes, opportune largitus est codex Pa. συνεθίζονται δὲ ὅμως. ὁμοῦ maluerat Wolf. id est *simul:* sed non erat cur solicitaretur vulgata. πολυπλασίονος λύπης φόβῳ ἐντεῦθεν εἰργόμεναι. In rariorem formam πολυπλασ. consentiunt h. l. omnes; iidem vero omnes sub finem hujus pag. rursus in πολλαπλάσιον consentiunt. εἰργούμεναι ex conject. correxi, cum vulgo ἐγειρομένης legeretur consentientibus libris omnibus. Sic vicissim pro ἐγειρόμενον p. 85. a. perperam εἰργόμενον scriptum vidimus in Pa. Paulo post vero, quod, pro ἀπὸ τῶν βλαβερῶν, διὰ τῶν βλ. legitur in ed. Heins., id temere & invitis omnibus libris factum. Pro ὑφηδόμενοι utique aut ὑπερηδόμενοι malebam cum Wolfio, aut ἐφηδόμενοι certe; sed invitis libris mutare vulgatum non ausus sum. ὀδύνης ἀπ' αὐτῶν πειρώμενος. ἀπ' αὐτοῦ ed. Ven. cum Msstis, non male, si per se spectes: sed quoniam mox in αὐτῶν post ἀπέχεται consentiunt omnes, tenendum judicavi ἀπ' αὐτῶν, quod ex conjectura h. l. correxit Heinsius; nisi deinde ἀπέχεται αὐτοῦ legere malis, ubi in αὐτῶν cum cæteris consentit Pa. pro ἀπέχεται vero solus ἀνέχεται habet, perperam. καί τοι τις ἂν p. 87 a

ἀλύ-

b

p. 87 b ἀλύπως. Si verum est καί τοι, non erit (ut fere aliâs) *quamquam* vel *& tamen* vertendum; sed, *& quidem, ac sane.* Nil vero variant libri, nisi quod in solo Arg. corrupte καὶ τοῖς ἂν scribitur. Equidem c nude καὶ τίς ἂν malebam. μετὰ τοῦ καὶ ἄλλο πάθος &c. *præterquam quod* (seu, *cui accedit, quod*) *alium etiam adfectum adsumit adfectus;* nempe quod *metus mali* accedit ad *voluptatis desiderium.* Opportune μετὰ τοῦ dedit Pa. quemadmodum suspicatus erat Wolf. pro vulgato μετὰ τὸ. Sed quum vulgo phrasis ista, nudo commate post ἡδέως interposito, cum proxime præcedentibus verbis jungeretur; ego illam cum superioribus verbis ἀλλ' ἀνταλλαγὴ μᾶλλον jungendam putavi, adeoque post μᾶλλον punctum minus pro majori posui, & verba τὸ γὰρ — — ἡδέως parentheſi inclusi. καὶ τότε ex ed. Ven. & Msstis restitui; pro quo temere καὶ τὸ λοιπὸν ediderat Heinſ.

p. 88 a Bene καὶ μέν τι habent edd. Nec probo καὶ μέντοι, quod est in Arg. Pa. & Pi. Pariter μέντοι perperam pro μέν τι habet Pa. p. 89. a. ἐπετήδευον διὰ φόβον. Sic recte alii omnes: unus Pa. corrupte ἐπιτήδειον φόβον. Intellige, *quæ per se prius declinabant, ac nonnisi castigationis metu prosequebantur.* αἱρούμενα πράττουσι. Perperam αἱρούμεθα πρ. Arg. & Pa.

ἐπιμελομένῳ scripsi cum Pa. Alii vulgo ἐπιμε- b λουμένῳ cf. p. 24. a. & 43. a. ibique not. καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἡμῶν. Commode καὶ ante τοῦ ἀγαθ. dedit Pa. quam particulam alii h. l. ignorant. ἰατρεία recte dedere Msstι. ἰατρία edd. ἐπαναγαγεῖν, ut correxit Heinſ. cum Wolf. sic dedere Msstι Arg. Pi. aliique in Vhab. & Vpabcd. Mendose ἐπαναγεῖν ed. c Ven. Sed ἐπαγαγεῖν Ms. Pa. nec id male. ὥσπερ καὶ ἰατροῖς δυσχεραίνομεν. In ed. Ven., interposito post καπὰ puncto, nova veluti periodus ab his verbis inchoabatur ὥσπερ τοῖς ἰατροῖς. Vbi quoniam deinde sequitur διὸ καὶ, Wolfius monuit, male ista cohærere, & grammaticam rationem postulare ὥσπερ δὲ τοῖς ἰατροῖς — — οὕτω καί. Heinsius ibi διὸ quidem tenens, consecutionem orationis hanc constituit: Καὶ ὥσπερ τοῖς ἰατροῖς — — τῶν βοηθημάτων· διὸ καὶ &c. At καὶ initio periodi ignorant veteres libri

bri omnes: & Pb. quidem, Pc. & Pi. cum ed. Ven. p. 88 c
in ὥσπερ τοῖς ἰατρ. consentiunt; Arg. vero & illi codices, e quibus profecerunt Vhab. & Vpabd. ὥσπερ καὶ ἰατροῖς dederunt, quod sic accepi, *hæc quæ nobis mala videntur, quemadmodum etiam medicis succensemus* &c. id est, *quemadmodum etiam ea nobis mala videntur, quæ medici faciunt, cum molesta remedia adhibent.* Verumtamen minime equidem spondeam, satis sic emendatum integrumque nunc esse locum: quid sit vero, quod spectarit vir doctus, qui in Vpc. pro ὥσπερ τοῖς ἰατροῖς legendum ἤπερ τοῖς ἰατρ. censuit, prorsus non perspicio. Præsidium nullum prorsus hîc obtulit optimus noster codex Pa. in quo, post δοκοῦντα κακὰ, loco verborum ὥσπερ καὶ ἰατροῖς &c. statim ista sequuntur, quæ habes p. 89. a. ὥσπερ δὲ ἡ τῶν σωμάτων &c. prætermissis omnibus quæ in aliis interjecta sunt. ὥστις πειρᾶται τοῖς συμβαίνουσιν ἑαυτῷ παρακολουθεῖν καὶ τοῖς ἄλλοις. Sic corrigendum judicavi, quemadmodum Wolfius jussit, pro eo quod in ed. Ven. consentientibus Msstis legebatur ἐν τοῖς συμβαίνουσιν ἑαυτοῖς. Et ἑαυτῷ quidem jam Heinsius adoptaverat; ἐν τοῖς vero tenuerat, quod ferri nullo modo posse putavi: manifeste enim dativus τοῖς συμβαίνουσι pendere videtur a verbo παρακολουθεῖν. Deinde in ἐπισκοπῶν consentiunt omnes, quod ferendum duxi, licet commodius videri posset ἐπισκοπεῖν. Mox, pro ἀρχὴν παρέχουσι, est τὴν ἀρχ. παρεχ. in Arg. Lubens equidem τὴν μὲν ἀρχὴν accepturus eram: nam μὲν particula post τὰ δυσχερῆ ταῦτα incommodo loco posita videtur, quam etiam prorsus abesse malueram; sed eodem loco tuentur illam libri omnes, uno Pa. excepto, in quo plurima hoc loco deesse paulo ante dixi. Mox quatuor verba πρὸς τὴν τοῦ σώματος de- p. 89 a
sunt in eodem Arg. & in Pb.

τὰς νοσούσας. τὰς νόσους Arg. male, quia mox b
opponitur τὰς ὑγιεῖς. Duæ voces καὶ ἀνδρειοτέρας, quas agnoscunt alii omnes, desunt in Pa. αἱ ἀγαθαὶ τῶν ἀνθρώπων. Temere τῶν articulus omissus in ed. Heins. προχείρους ἀεὶ καὶ ἑτοίμους. c
Sic recte Pa. Pb. Pc. Pi. προχείρως ἀεὶ καὶ ἑτοίμως Arg. προχείρους καὶ ἑτοίμους ed. Ven. προσχείρους καὶ

p. 89 c καὶ ἑτοίμους ed. Heinſ. ἵνα μὴ τῇ ἀργίᾳ τῆς ἐνεργείας ἐπιλαθόμενα. τῇ ἀρχῇ edd. cum Pb. Pc. Pi. quod ex τῇ ἀργίᾳ corruptum eſſe perſpecte vidit Wolf. τῇ ἀρ τῆς ἐνεργ. eſt in Arg. vacuo ſpatio poſt ἀρ relicto. τῇ ἀργείᾳ habet Pa. ad verum proxime accedens. ἐπιλαθόμενα ex ejusdem Wolfii conjectura correxi. Perperam ἐπιλαθόμεθα ed. Ven. & Ms. Arg. ἐπιλαθώμεθα ed. Heinſ. cum Pa. Pb. Pc. Pi.

p. 90 a πολεμίους μιμεῖσθαι. πολέμους μιμ. Pa. quod vide ne verum ſit. οἱ προσγυμναζόμενοι poteſt idem valere ac οἱ συγγυμναζόμενοι vel οἱ συγγυμνασταί. Sed fortaſſe rectius eſt οἱ προγυμναζόμ. quod habet Pa. γυμνάζηταί τις ἐπὶ τὸ κρατεῖν. Suſpicabar ἐπὶ τῷ κρατεῖν; ſed nec iſtud b ſpernendum, in quod conſentiunt libri. τῶν διὰ μαστιγώσεως ἀγῶνα &c. Vide Not. ad Epicteti Diſſert. I. 2, 2. τὸν ἐφ' ἡμῶν Σαλούστιον. Illum dicere videtur *Saluſtium*, cujus etiamnum exſtat libellus περὶ θεῶν καὶ κόσμου. Vide Suidam in Σαλούστιος, & ibi Küſterum: de quo tamen dubitavit Fabricius, in Bibl. Græc. T. XIII. p. 643. ſq. φυσῶνται αὐτὸν. Aberat αὐτὸν ab ed. Ven. adjectum ab Heinſ. conc ſentientibus Msstis. τοσοῦτον μόνον ſcripſi cum Arg. Pa. Pb. τοσούτῳ edd. τοσοῦτο Pi.

καθ' ἃς καὶ ἀβλαβῶς πεχρῆσθαι. καθ' ἃς ἐστιν ἀβλαβῶς πεχρ. Pa. ſed in eodem cod. perperam deinde omiſſum verbum δυνήσονται cum præcedentibus nonnullis & ſequentibus. Quare ἐστὶν ibi ex conject. poſitum a docto aliquo librario videtur, qui deſiderari aliquid in eam ſententiam intellexiſſet. καὶ ἐκπλήττουσι. καὶ ἐκπλήττουσί τε edd. cum Pb. & Pi. Delevi importunum adſumentum, auctoritate codicum p. 91 Arg. & Pc. μέχρι πόσου δύναται διελθεῖν. ἐλθεῖν Pa. a. b Temere vero in ed. Heinſii omiſſa vox μέχρι. τὴν πρὸς τὰ φοβερώτατα ἀγωνίαν. Corrupte ἄγνοιαν edd. cum plerisque Msstis. Probaverit fortaſſe aliquis γυμνασίαν, quod eſt in Pa. ſed veritus ſum equidem, ne id rurſus ex docti alicujus librarii conjectura eſſet, nec ea tam felici, quam viſa eſt Wolfii conjectura, ἀγωνίαν. Vide Suidam in Ἀγωνία, & Zeun. ad Xenoph. Cyrop. II. 3, 15. Quod ſi

h. l. τὴν γυμνασίαν dixisset, deinde nude ἡ ἐν τοῖς μετριωτέροις dicturus fuisse videtur, non ἐν τοῖς μετρ. ἡ γυμνασία. p. 91 b

εἴτε ὡς γυμνασία. εἴτε ὡς γυμνάσια Pa. τήν τε τῆς Φύσεως, ut voluerat Wolfius, sic dedere Arg. Pa. Pb. Pi. Perperam τήνδε τῆς Φυσ. edd. τοῖς σώμασιν, ὡς σώμασιν. Duo posteriora verba redundare visa erant Wolfio, cujus auctoritate temere ea delevit Heins. Quæ ego restitui, fidem quinque codicum secutus, cum ed. Ven. consentientium. καὶ καλουσαν. καὶ καλουσαν h. l. scribunt quinque nostri codices, non male. c p. 92 a

τοὺς δὲ λιμοῖς. λοιμοῖς suspicatus erat Wolf. „Cum *paupertatis* (inquit) ante mentionem fecerit, „hîc pro *fame pestilentiam* reponendam censeo.“ Commode utique; sed vulgatum constanter tenent libri omnes. ἀναγκαῖα ταῦτα κεκλήκασιν. conf. p. 178. c. ἅπερ ἀνάγκη πάντη προσληφθῆναι. Vulgo προσληφθῆναι, quod mendosum judicavi. Veri clarum vestigium indicabat Pa. in quo est προσηληφθῆναι. Pro πάντη erat πάντα in edd. & Mssiis, quod ferri non posse judicavi. Vir doctus in Vpd. ἀνάγκη πᾶσα correxit, commode: sed propius ad librorum scripturam accedit πάντη, id est *omnino*, quod vel invitis libris adoptandum putavi. Sic p. 75. b. permutata πάντα & πάντη vidimus; & sic passim alibi. Notum est, extremas literas vocales, superne adscribi vocibus solitas, sæpe prorsus omissas esse a librariis: inde ista confusio. ἀγαθὰ μὲν ὄντα. μὲν οὖν ὄντα habent edd. cum Pi. Itaque novam periodum hinc inchoavit Heinsius, majusculâ literâ Ἀγαθὰ μὲν οὖν scribens. Particulam istam expunxi auctoritate codicum Arg. & Pa. & verba ista retuli ad præcedentia. τοῦ ἀγαθοῦ διὰ τούτων ἡμᾶς τυγχάνειν. Etiam h. l. invitis libris omnibus audendum aliquid existimavi. — οἶμαι τυγχάνειν uno consensu dabant omnes; quod, quoniam modo præcessit idem verbum οἶμαι, ferri prorsus non poterat. Itaque vel delendum omnino hoc verbum, ut voluerat Wolfius, vel ex alia voce corruptum debuit videri. Sicut igitur apud Polyb. V. 105, 9. ex οἶμαι, ὑμᾶς fecere librarii; sic h. l. a nostris librariis οἶμαι ex ἡμᾶς corruptum putavi. d p. 93 a b

ὑπὸ

p. 93 b ὑπὸ τοῦ ἀποροῦντος. Adde vel intellige λόγου. Sic enim usurpare solent in hujusmodi disputationibus, ὁ ἀπορῶν λόγος. θέλοι ἄν recte Arg. & Pa. cum Heins. θέλει ἄν ed. Ven.

c καὶ κατὰ ψυχὴν καὶ κατὰ σῶμα. Sic quinque nostri codices, pro καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν, quod erat in edd. δεῖσθαι τοιαύτης. Sic Pa. Pc. & Pi. cum ed. Ven. δεῖσθαι τῆς τοιαύτης Arg. Pb. & p. 94 a alii codd. in Vhab. & Vpabcd. cum ed. Heins. Ἡ πάλιν. Putares ἢ cum circumflexo scribendum, ut esset *sane, profecto:* sed ἢ cum gravi tenent omnes; quod *an* vertit Wolfius, ut idem fere valeat ac μήπoτε p. 95. b. & alibi. cf. ad p. 67. b. Φαίνεται πολλαχοῦ ἐναργῶς αὐτή. *Sæpius manifeste adparet ipsa per se.* Recte αὐτή codices nostri cum ed. Heins. Perperam αὐτῇ ed. Ven. κᾆν ἐπιβλαβὴς — — ἢ νόσος ἦν. κᾆν restitui ex ed. Ven. consentientibus Msstis, cum in καὶ εἰ sua auctoritate mutasset Heinsius. vide Not. ad p. 53. a. καὶ ἡ φθορὰ αὐτῆς, *ejusque interitus* vertit Wolf. ad *corpus* referens, quasi αὐτοῦ legisset. Sed in vulgatum consentiunt libri omnes; quod si probum est, erit φθορὰ active accipiendum, nempe quod *morbus exitium & interitum adferat* corpori. Adnotavit vir doctus in Vha. & Vpa. aut αὐτὴ legendum videri, aut αὐτοῦ. καὶ τῇ τοῦ παντὸς συστάσει τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων. Ante τῶν ἐν αὐτῷ inserendam copulam καὶ putavit Wolf. in eamque sententiam interpretatus est, *& compagi universi & quæ in eo sunt elementorum.* Mihi statim non modo καὶ, sed & substantivum aliquod intercidisse visum erat; verbi caussa καὶ τῇ ἑκνεώσει, vel καὶ τῇ ἀναῤῥώσει, coll. p. 82. c. & 96. c. Sed vulgatæ etiam scripturæ, in quam consentiunt libri omnes, commoda inesse sententiæ videtur, *& constitutioni universitatis elementorum, e quibus illud* (scil. corpus) *compositum est.* τὸ πᾶν nunc idem valet ac ἡ ὁλότης p. 94. a. & p. 82. c. Confer vero etiam p. 96. c. Denique, collatis his eisdem locis, vide ne sic scripserit Simplicius, καὶ τῇ τοῦ παντὸς συστάσει, καὶ τῇ ὁλότητι τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων. κατεφρόνησεν ἂν recte ed. Ven. cum Msstis. Imperite Heinsius, majori puncto post εἶναι posito, κατεφρόνησεν

νησεν οὖν edidit: qui οὖν pro ἂν in cod. Nanſ. ad- p. 94
notatum inveniſſe videtur, quemadmodum adnotatum b
quoque video in Vha. & Vpad. τοῦ φθαρτοῦ τὴν φύσιν. Sic percommode ſcripti omnes cum ed. Ven. Vbi quum recte Wolfius monuiſſet, τὴν φύσιν pro κατὰ τὴν φύσιν vel τῇ φύσει accipiendum eſſe; temere Heinſius τῇ φύσει invitis libris omnibus edidit. καὶ μερικῆς καὶ χειρονος φθορᾶς. Exſpectaveram μερικῆς τοῦ χείρονος vel καὶ τοῦ χείρονος, aut καὶ τῆς τοῦ χείρονος. Et tali quodam modo corrigendum puto: ſed nil mutant libri.

Ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς γε νόσος. Sic peropportune c
dedit Pa. Corruptiſſime alii cum edd. ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς γένεσις. ὥστε τὴν νόσον αὐτῆς, κακοῦ τινος αἴτιον εἶναι. Vulgo ὥστε αἴτιον αὐτῆς, κακοῦ τινος αἴτιον εἶναι, & ſic veteres libri (uno Pa. excepto) omnes: quod ſatis commodum videri poterat, dummodo articulum adjeciſſes, ὥστε τὸν αἴτιον αὐτῆς, nempe τῆς νόσου, aut ὥστε τὸ αἴτιον αὐτῆς, quemadmodum Wolfius ſua manu in ſuo exemplo correxit; cum quo conveniebat quod mox ait, Τί οὖν τὸ αἴτιον τῆς νόσου. Sed aliter Pa. ὥστε τὴν νόσον αὐτῆς, nempe τῆς ψυχῆς. Et τὴν νόσον quidem (ab eadem, ut videtur, manu) ita ibi correctum eſt, ut adpareat, prius ſcriptum fuiſſe τῆς νόσου. Quare, collatâ illâ ſcripturâ cum aliorum codicum ſcripturâ, ſuſpicari licebat, fortaſſe καὶ τὸν (vel καὶ τὸ) τῆς νόσου αὐτῆς αἴτιον ſcriptum oportuiſſe. Sed quoniam ferri utcumque poterat ipſa illa ſcriptura, quam nunc codex præfert, καὶ τὴν νόσον αὐτῆς, adquieſcendum in ea putavi. Mox in δόξει μένειν conſentiunt omnes; ubi videri poterat δόξαι vel δόξειε oportuiſſe. Τί οὖν τὸ αἴτιον τῆς νόσου καὶ κακίας. Sic recte Mssti cum ed. Heinſ. quemadmodum perſpecte corrigendum monuerat Wolf. cum ἄριστον corrupte legeretur in ed. Ven. & omiſſa eſſet καὶ particula poſt νόσου. Pro ὡς τὸ ἀγαθὸν, cor- p. 95
rupte αὐτὸ ἀγαθὸν habet ed. Ven. Poſt αἱρέσεως a
perperam abeſt verbum ἔχοντες in Pa. διὰ τοῦτο Ἀρετὴ καλεῖται. „Scilicet quaſi αἱρετὴ, *optabilis*, ex„petenda. Alii παρὰ τὸν Ἄρην, a Marte; alii quaſi „ἀρεστὴν, *placitam*, dici putant.“ *Wolfius.* Ante

p. 95 b μεμπτοὶ verba διὰ τοῦτο, quæ vulgo ibi non leguntur, repetita dedi præeunte cod. Pa. Pro μεμπ]οὶ ridicule πέμπ]οι habet ed. Ven. cum Pi.

ἡ τῆς ψυχῆς νόσος καὶ κακία λεγομένη. Copulam καὶ, quæ aberat vulgo, dedere codd. Arg. & Pa. Naturalem verborum seriem hanc intellige, ἡ λεγομένη νόσος καὶ κακία τῆς ψυχῆς. Mox, quod ait ἀλλ' ἔχει τι καὶ αὐτὴ ἀναγκαῖον, refertur ad id quod
p. 96 a paulo ante dixerat p. 93. a. καὶ σωματικὴ ὑγεία. Adjecto articulo καὶ ἡ σωμ. ὑγ. scriptum oportuisse puto, ut correxit Wolf. in suo exemplari. ἀκήρατα ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ πηγῆς ὑποστῆναι. In Arg. est ὑπὸ τῆς τοῦ &c. sed in ἀπὸ consentiunt alii omnes, recte pro Simplicii usu, de quo dictum ad p. 12. a. & ad p. 75. c. Sed aliud hîc erat in libris, quod incommodabat. Nempe sic dabant cum ed. Ven. scripti omnes, ἀκήρατα ἀγαθὰ εἶναι ἀπὸ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ πηγῆς ὑποστῆναι. Vbi, redundare τὸ εἶναι, monuere Wolf. & vir doctus in Vpc. Alius vero vir doctus in Vha. & Vpa. adnotavit, post εἶναι inserendum ἢ videri. Denique Heinsius, suâ auctoritate, sic edidit: ἀκήρατα ἀγαθὰ εἶναι ἀπὸ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ πηγῆς καὶ ὑποστῆναι. Ego, si inserenda est καὶ particula, proxime post εἶναι ponendam putaverim: sed verisimilius mihi visum est, verbum εἶναι, utpote interpretationem verbi ὑποστῆναι, ex ora veteris alicujus libri temere in contextum esse intrusum; quare expungendum judicavi.

τῶν παρατρεπομένων ἀγαθῶν. Sic recte Pa. & alius codex laudatus in Vpc. Perperam vulgo τῶν περιτρεπομ. Intelligenda autem τὰ παρατρεπόμενα ἀγαθὰ, non *quæ pervertuntur*, sed *quæ perverti possunt*, quasi dixisset παρατρεπ]ὰ, vel φύσιν ἔχοντα ὥστε δύνασθαι παρ]ρέπεσθαι. conf. p. 98. c. Mox in οὐχ ὑποστῆναι, — — ἀλλὰ παρυποστῆναι rectissime consentiunt cum ed. Ven. scripti libri omnes: ubi nescio, optimo Wolfio in mentem quid venerit, quod οὐχ delendum censuerit; cui temere & contra codicum omnium fidem paruit Heinsius. οὐχ ὑποστῆναι vero cur & quâ sententiâ dixerit Simplicius, ipse verbis proxime sequentibus declarat, quæ per-
b spicuitatis caussâ parenthesi inclusimus, οὐδὲ γὰρ ἔχουσι

ἔχουσι προηγουμένην ὑπόστασιν, *non enim habent principalem substantiam*, id est, *non per se, aut propter se, suo nomine, subsistunt*, vel *exsistunt*. Quæ verba cum Wolfius non vidisset interpretationis caussâ inter illa οὐχ ὑποστῆναι & ἀλλὰ παρυποστῆναι, velut in parenthesi adjecta, pro παρυποστῆναι legendum παρυποστᾶσαν putavit, ad ὑπόστασιν referens. Pro qua voce παρυποστᾶσαν (quæ sic ipsius Wolfii manu in eo exemplari editionis Venetæ, quo ipse olim usus erat, adscripta est) quum in Notis impressis per operarum errorem παρυποστάσαι legeretur, Heinsius inde pro suo judicio παρυφιστᾶσι exsculpsit, atque sic edere non dubitavit: nescius nimirum, παρυφιστᾶσι activam habere notionem, & pro eâ sententia, quæ hîc desiderabatur & recte a Wolfio in versione expressa est, si verbum finitum voluisses, παρυφίστανται in passivo scriptum oportuisse. conf. p. 97. b. & 98. c. p. 96 b

σκιᾶς δίκην. vide p. 82. a. εἰς τὰ στοιχεῖα ἐκπλωσιν καὶ τὸν ἐκνεασμὸν. conf. p. 82. c. & p. 94. a. ἀλλ' ἀγαθὰ εἶναι ἐποίησε. Particulam ἀλλὰ redundare putaverat Wolfius, immerito; refertur enim ad præcedentem voculam κἂν, denotatque *tamen, attamen*. Pro ἀγαθὰ Heinsius ἀγαθὸν edidit, commode utique, sed contra quinque codicum nostrorum fidem, qui cum ed. Ven. in ἀγαθὰ consentiunt. In uno Pc. primum ἀγαθὸν fuerat scriptum, sed id ibi quoque mox pariter in ἀγαθὰ mutatum. Fortasse vero paulo ante, pro τοῦ σώματος φθορὰν, oportebat τοῦ σώματος νόσον καὶ φθορὰν, quæ duo conjungere Simplicius consuevit. Quo & pertinere id ipsum videtur, quod ἀγαθὰ in plurali dicit, non ἀγαθὸν in singulari, & quod paulo inferius δι' αὐτῶν ἰατρευομ. in plurali ait, ubi δι' αὐτῆς oportebat, si solum nomen φθορὰν præcessisset. Verbum ἐποίησε placuit in aoristo positum, sicut dedit Pa. Alii vulgo ἐποίει, minus commode. Mox καὶ τοῖς νοσοῦσιν αὐτοῖς tenui, quemadmodum Heinsius ex conjectura correxit. Sic sane & p. 82. a. habes οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς σώμασι κακόν ἐστι, & p. 94. a. ἡ τοῦ σώματος νόσος οὔτε αὐτῷ τῷ σώματι κακόν ἐστιν. At hic quidem veteres libri omnes cum ed. Ven. καὶ τοῖς νοσοῦσιν

p. 96 b αὐτὰ habent; ubi redundare αὐτὰ censuit Wolfius. Quod si omnino tenendum αὐτὰ statuas, intelligi debebit per trajectionem, haud utique inusitatam, in eam sedem rejectum id pronomen, pro ἀλλ' ἀγαθὰ εἶναι ἐποίησεν αὐτὰ καὶ τοῖς νοσοῦσι &c. κατὰ τὴν εἰς τὰ ὅλα στοιχεῖα ἐνάπλωσιν. Valet ἡ εἰς τὰ ὅλα στοιχεῖα ἐνάπλωσις idem ac ἡ διάλυσις τοῦ συνθέτου καὶ ἀπόδοσις τῶν ἁπλῶν εἰς τὰς οἰκείας ὁλότητας, p. 94. a. cf. p. 82. c. δι' αὐτῶν ἰαζρευομένους. Vide quæ de hoc loco paulo superius dicta sunt. τῷ ὅλῳ γενητῷ. γεννητῷ hoc loco scriptum erat in edd. sed in γενητῷ consentiunt quinque nostri codices. conf. Not. ad p. 24. c.

c πρὸς τὴν ἐπ' ἄπειρον — — διανομήν. Ferri utcumque hoc potest, *ad infinitam distributionem*; scil. ut elementa in infinitum per alia atque alia corpora distribui possit. Sed mihi plane videtur, διαμονὴν scripsisse Simplicium; id est, *ut in infinitum tempus continuetur & perseveret corporum generatio.* τὴν ἐπ' ἄπειρον ἀνακύκλησιν τοῦ γενητοῦ dixerat p. 83. b. τὸν ἀπέρανζον τῆς γενέσεως κύκλον p. 94. b. τὸ ἀνέκλειπζον τῆς γενέσεως p. 94. c. ὡς ἀναγκαῖον αὐτὸ. Est ἀνακολουθία constructionis. ἀναγκαῖαν αὐτὴν dicere debebat, scil. τὴν ψυχικὴν κακίαν: nunc ἀναγκαῖον αὐτὸ ait, quasi superius τὸ ψυχικὸν κακὸν dixisset. Nihil sane mutant libri, nisi quod αὐτὸν pro αὐτὸ habet Pa. quo nihil promovetur. συγχωρήσας τοῖς οὖσι παρυποστῆναι. Duas voces τοῖς οὖσι, quas cum ed. Ven. veteres libri omnes agnoscunt, temere omisit Heinsius. συγχωρήσει vero tenuit idem, in quod ipsum libri omnes consentiebant. Ego vero haud cunctanter Wolfio obtemperandum putavi, monenti, & sententiam & constructionem postulare, ut συγχωρήσας legatur. Mox deinde quidem in κελεύσας consentiebant edd. & Mssti. Pro εἰς τὰ ὄντα vero, quæ verba recte tenent cæteri, corruptissime Pa. εἰς τὸν οὕτω habet; & paulo post, ὡς ἄκοζα κακὰ, pro ὡς οὐκ ὄζα κακά.

p. 97 a Καὶ ἔστι καὶ τῇ ψυχῇ. Alterum καὶ, quod aberat vulgo, adscivi ex Arg. & Pa. Mendose vero in eodem Pa. ἔτι pro ἔστι scribitur. αἱρεῖται ποτε κακὸν. τὸ κακὸν cum articulo h. l. exspectaveram, sed

sed nil mutant libri. τὸ συνὸν τούτοις. Temere τὸ δὲ συνὸν edidit Heinsius, majori puncto post τιμῆς posito, quasi hinc nova periodus inciperet. Voculam δὲ ignorant libri omnes; sine qua legitime procedit oratio. Ad verbum καταγωνίζεται in Vpc. hæc est nota: „vt. καταγωνίζεται.“ — quæ scriptura quidem haud dubie mendosa est; sed scire velim, quid designetur notâ *vt.* codex-ne *Venetus*, an *Vaticanus*. καὶ μᾶλλον ἂν εἴη τὸ μηδαμῶς ὂν, ἥπερ τὸ τελέως καὶ αὐτεξουσίως κακὸν τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς παρυφίστασθαι. Cum melius nihil certiusve occurreret, tenui hæc sic in ed. Heins. ex Wolfii præscripto incrustata magis (vereor) quam persanata. Codices nostri omnes cum ed. Ven. vocem κακὸν ignorant, & παρυφίστανται scribunt, non παρυφίστασθαι: ubi equidem suspicatus eram, nonnulla in medio intercidisse. Sin vera Wolfii emendatio, oportebat insuper (puto) τῇ ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ in dativo casu, loco genitivi. p. 97 b

τὸν ταύτην ὑποστήσαντα. ταῦτα Pa. & sic primum fuerat in Pi. sed ibi ab eadem manu in ταύτην mutatum, quod habent alii cum edd. καὶ πολλῶν τῶν ἐν κόσμῳ ἀγαθῶν μεῖζον. καὶ πολλῷ τῶν ἐν κόσμῳ ἀγαθὸν μεῖζον habent editi; minime quidem absurde, in eam sententiam, quam his verbis Wolfius expressit, *& multo his quæ in mundo sunt bonum majus.* Sed ἀγαθῶν communi consensu dedere nostri codices; πολλῶν vero dedit Arg. eademque scriptura notata in Vhab. & Vpabcd. Ἐπεὶ οὖν ἐστὶ τὸ κατὰ φύσιν αἱρετόν τε καὶ ἐφετὸν εἶναι, τίς ἂν ἕλοιτο &c. Sic ed. Ven. & veteres libri omnes, excepto quod omisso pronomine τίς continuo tenore sic scribant καὶ ἐφετὸν εἶναι ἂν ἕλοιτο: ubi Wolfius pro εἶναι ἂν ἕλοιτο legendum οὐκ ἂν ἕλοιτό τις censuerat. In Vhab. vero & in Vpabd. ad lectionem editionis Ven. nulla alia adnotatur emendatio, nisi quod post εἶναι pronomen τίς inseratur; sed in Vha. & Vpa. simul monetur: „*sed ne sic quidem hic locus obscuritate caret.*“ Nempe importunum videbatur viro docto, qui hæc adnotavit, verbum εἶναι. Itaque alius vir doctus in Vpc. præterquam quod pronomen τίς ex veteris codicis fide supplendum adnotavit, c

p. 97 c simul monuit, verbum εἶναι expungendum sibi videri. Et simile monitum in cod. Nanſiano reperiſſe Heinſius videtur; cui ille ſic morem geſſit, ut verbum ἐστὶ ex initio periodi in locum verbi εἶναι transferret, hunc in modum edens: Ἐπεὶ οὖν τὸ κατὰ φύσιν αἱρετόν τε καὶ ἐφετόν ἐστι, τίς ἂν ἕλοιτο &c. Ego, pronomen quidem τίς, utpote neceſſarium omnino, ſuo loco interponens, cæteroquin tenendam conſtantem veterum librorum ſcripturam putavi; verbumque ἐστὶ eâ notione accepi, de qua nuper ad Cebetis Tabulam dixi, (cap. 38. p. 387.) ut idem valeat ac ἀληθές ἐστι, *quoniam verum eſt, quoniam ita res ſe habet, ut, quod ſecundum naturam ſit, id optabile ſit & expetendum.* Neque vero diffiteor, aliud ulcus hîc ſubeſſe videri, & pro ratiocinationis connexione ſuſpicatum me eſſe ſic ſcriptum oportuiſſe: Ἐπεὶ οὖν ἐστὶ, τὸ ἀγαθὸν κατὰ φύσιν αἱρετόν τε καὶ ἐφετὸν εἶναι, id eſt, *Cum igitur verum & omnium in confeſſo ſit, bonum naturâ expetendum eſſe.* Eſt autem hæc ipſa vetus definitio *Boni*, eſſe *id quod omnes adpetunt;* quemadmodum Ariſtoteles ait, initio libri I. de Moribus, καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται. Et in numero anticipatarum τοῦ Ἀγαθοῦ notionum diſerte Stoici hanc referebant, eſſe illud αἱρετόν. vide Epicteti Diſſert. I. 22, 1. & Laërt. VII. 98. Conf. ipſum Noſtrum p. 159. a. 174. a. & 235. a. Mox quod ait, καὶ τῶν τῆς ἀνθρωπίνης ἁρ. συναισθ., commodum utique foret quod Wolfius ſuaſerat τῶν γε τῆς ἀνθρ. &c. ſed ferendum vulgatum, in quod libri conſentiunt omnes, atque ipſe etiam Pa. in quo tamen prætermiſſa eſt præcedens vox ἀνθρώπων; quod quidem, niſi & ipſe deinde καὶ τῶν ἀνθρ. haberet, recte factum videri poſſet, ut ſic legeretur, τίς ἂν ἕλοιτο τῶν τῆς ἀνθρ. &c. ἐν τάξει τινὶ τοῦ ἀγαθοῦ, *certo quodam boni ordine.* conf. p. 179. a. Hoc quidem ſatis perſpicuum: quod vero ſequitur, καὶ τῇ πρὸς ἄλληλα ὑφέσει παρὰ τῶν ἀφωρισμένων, id non magis mihi planum eſſe, quam Wolfio fuerat, profiteor. Et ille quidem, pro ἐφέσει, quod erat in edd. & in Arg., ὑφέσει legendum perſpecte viderat; (quo vocabulo & aliâs paſſim uſus eſt Simplicius, p. 10. b. p. 164. a. p. 179. a. cf. p. 12. c.) eamque emendationem firmant qua-

quatuor codices Parisienses. Cæterum locum hunc p. 97
idem Wolfius divinando, ut ipse ait, sic restituen- c
dum censuit, καὶ τῇ πρὸς ἄλλα ὑφέσει παρὰ θεοῦ ἀφωρισμένα: quo spectabat ejus versio, *& inferiora bonis cæteris condita, & ad certos usus a Deo sunt destinata.* Mihi si pariter hariolari liceat, servatâ librorum scripturâ, τῇ πρὸς ἄλληλα ὑφέσει intelligam *alia ex his inferiora aliis;* nempe, quod plantas dicamus inferiores brutis animantibus, & unum genus animantium inferius alio genere; παρὰ τῶν ἀφωρισμένων vero, quod & plantæ & brutæ animantes *multo sint inferiores illis naturis, quæ ab his toto genere distinctæ sunt, & longissimo intervallo discretæ,* nempe naturis intelligentia & libertate præditis. Sed præstat, puto, ignorantiam prorsus fateri, ac sive a melioribus libris, si qui uspiam gentium superstant, sive a felicioribus ingeniis, præsidium exspectare. Ecce vero, his scriptis, incurrit in oculos conjectura ex Vpc. in schedis nostris enotata, quæ fortasse haud procul a vero abesse videbitur, τῇ πρὸς ἄλληλα ὑφέσει περάτων ἀφωρισμένων.

καὶ ἡμῶν οὔτε τι ἀναγκάσαι — — δύναται τὴν p. 98
αἵρεσιν. Perperam ἡμᾶς pro ἡμῶν habet Pa. Recte a
vero οὔτε τι ed. Ven. cum scriptis omnibus, pro quo imperite οὐκ ἔτι edidit Heinsius. Dein cum δυνατὴν mendose legeretur in ed. Ven. & Ms. Pi., Wolfius δυνατὸν corrigere jusserat; sed in δύναται, quod Heinsius edidit, consentiunt Arg. Pa. Pb. & alii codd. in Vhab. & Vpabcd. σεμνή τις ἐστιν, ἐμοὶ δοκεῖ. σεμνή τις ἐμοὶ δοκεῖ Arg. absque ἐστίν. In αὐ- b
τὴ ἡ ψυχὴ cum ed. Ven. recte consentiunt veteres libri. Temere αὕτη ἡ ψυχὴ ed. Heins. Mox deinde, pro καὶ ἀπ' αὐτῆς, quod cum eâdem ed. Ven. constanter tenent codices omnes, idem Heinsius, nullâ urgente necessitate, Wolfii conjecturam καὶ ἀφ' ἧς adoptavit; tametsi ipse Wolfius perspecte monuerat, teneri καὶ ἀπ' αὐτῆς posse, si modo ab illis verbis nova periodus inciperetur. οὐχ ἁπλῶς παρατρεπομένην. Postrema vox haud dubie sic corrigenda fuit, cum παρατρεπόμενον uno consensu darent edd. & scripti omnes; quo de manifesto errore miror nihil monuisse Wolfium. Sane paulo an-

p. 98 b te in foemininum αὐτὴν, & dein rursus in αὐτὴ & in μένουσαν recte consentiunt iidem omnes; uno Pa. excepto, qui μένουσαν quidem pariter agnoscit, sed, pro αὐτὴν αἴτιον, manifesto errore αὐτὸν αἴτιον habet; pro αὐτὴ θέλῃ vero, αὐτὸ θέλῃ.

c τὰ μέσα, τὰ ποτὲ μὲν. Repetitum artic. τὰ, quem omiserat Heinsius, agnoscunt cum ed. Ven. libri nostri omnes. ἡ δὲ πρὸς τὰ κάτω ῥοπὴ παρυφισταμένη [Φύσιν] ἔχει παρατρεπομένην· δύναμιν ἐνδέδωκε τοιαύτην &c. Vulgo, omissa voce Φύσιν, jungebant ἔχει παρατρεπομένην δύναμιν· tum, interposito minori puncto, pergebant ἐνδέδωκε τοιαύτην &c. quasi ad τοιαύτην rursus e superiori oratione intelligi vocabulum δύναμιν potuisset. Quod perincommode factum videns Wolfius, monuit vocem Φύσιν eo loco, quo posuimus, inserendam, vocabulum δύναμιν vero ad sequentia referendum. Et Φύσιν quidem ignorant codices nostri omnes; quare, ut ex merâ conjecturâ adjectum vocabulum, uncis inclusimus: & δύναμιν etiam plerique libri cum superioribus conjungunt; sed interposito commate aut minori puncto a superioribus separant & cum sequentibus connectunt codices Pa. & Pc. Post δύναμιν ἐνδέδωκε vero importune particulam δὲ inserit idem Pc. eamdemque ibidem habet codex Arg. qui quidem δύναμιν cum superioribus conjunxit: cæteri libri eam particulam ignorant. Valet autem Φύσις παρα[ρεπομένη idem ac Φύσις παρατρεπ[ὴ vel παρατρέπεσθαι δυναμένη, quemadmodum παρατρεπόμενα ἀγαθὰ p. 96. a. erant παρατρέπεσθαι δυνάμενα. Respexit autem, puto, Wolfius, quum vocab. Φύσιν inserendum censeret, verba illa quæ leguntur initio p. 96. αὗται γὰρ τοιαῦται τὴν Φύσιν εἰσὶν, ὡς καὶ εἰς κακίαν παρατρέπεσθαι, ubi pariter intelligendum δύνασθαι παρατρέπεσθαι. Potuerat vero & alia medicina adferri laboranti ex vulgatâ scripturâ loco, pro παρυφισταμένη ἔχει παρατρεπομένην legendo παρυφισταμένην ἔχει παρατροπὴν. Cui conjecturæ haud spernenda fortasse species veri accesserit, si contuleris id quod p. 96. b. dixit, ἀναγκαῖον ἦν — — τὰς παρατροπὰς οὐχ ὑποστῆναι, — — ἀλλὰ παρυποστῆναι τοῖς οὖσι. In Vhab. & Vpabcd. nulla hujus loci medicina tentatur;

tur; modo in Vha. & Vpa. adnotatur, latere hícp. 98
aliquod mendum. ἕως ἂν βούλοιντο. ἕως ἂν re- c
ctε dedere Arg. Pa. & Pc. ὡς ἂν edd. cum Pb. & Pi. In βούλοιντο consentiunt cum editione Ven. veteres libri omnes, quod præter necessitatem in βούλοιτο mutavit Heinsius. αὐτὸς εἴη τῆς ὁποιασοῦν &c. Sic rectε nostri codices. Corrupte αὐτὸς εἴη τις ὅπ. edd.

οὐ μόνον πρὸς τὸν Ἐπικτήτου ῥηθέντα νῦν λό- p. 99
γον. Particulam μόνον, quam ignorat editio Ven., a
adjiciendam monuit Wolf. adjecitque Heinsius. Ignorat eamdem codex Arg. sed agnoscit (ni fallor) Pa. ex quo quidem nihil discrepantiæ ab Heinsiana editione h. l. enotavi. De Pb. Pc. & Pi. compertum non habeo. Quidquid sit, necessario eam vocem postulabat orationis connexio. Ἐπικτήτου rectε edidit Heins. consentientibus veteribus libris. In ed. Ven. cum perperam Ἐπίκητον legeretur, Ἐπικτήτῳ corrigere jussit Wolf. quod lubens acciperem, si darent libri. τὸν περὶ τῆς τοῦ κακοῦ ὑποστάσεως. Corrupte & invitis libris nostris ἀποστάσεως editum erat. ὃν μετ' ὀλίγον διδάσκει. Respicit Enchiridii caput XXXIV. ex Wolfii distributione, quod nobis est cap. XXVII. Cujus in capitis interpretatione eumdem locum *de existentia & origine Mali* denuo tractavit Simplicius. περὶ τῶν εἰς τὸ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς b
συμβαινόντων. Incommode εἰς τὸ σῶμα absque articulo scribunt Arg. Pa. & Pc. In τῶν ἐκτὸς consentiunt cum edd. libri nostri omnes. Wolfius τὰ ἐκτὸς corrigebat, quod & in Vha. & Vpa. adnotatum. Sed non solicitem equidem vulgatam scripturam. ὁποῖά ποτ' ἂν ᾖ. Perperam τοτ' pro ποτ' habet ed. Heins. operarum puto errore. τοσούτῳ μᾶλλον rectε dedit Arg. & alius vetus codex in Vpc. Perperam τοσοῦτο edd. cum Pi. (nescio an & Pb. & Pc.) τοσοῦτον Pa. ἀπαιδεύτως, *imperite*. Sic percommode Pa. Corrupte ἀπαιδεύτου ed. Ven. cum Pi. Ferri quidem utcumque poterat ἀπαίδευτοι, quod habent alii codd. cum ed. Heins. sed sic desiderabatur tamen participium ὄντες, ut esset ἀπαίδευτοι ὄντες, quemadmodum voluerat Wolf. ἀκολουθεῖν rectε Arg. & Pb. cum ed. Heins. Corrupte ἀκολούθου ed. Ven. & Pi. ἀκολούθως Pa. quod per oscitantiam librarii forma-

p. 99 b tum videtur ad similitudinem superioris vocis ἀπαιδεύτως, sed ferri percommode posset, si adjiceretur γίνεσθαι, ut esset ἀκολούθως γίνεσθαι τοῖς ἡμετέροις ὁρέξεσι. καὶν βλαβερὰ τυγχάνῃ. τυγχάνει Arg. & Pa. sed subjunctivum cum edd. tenent Pb. Pc. Pi. καὶν ὡς ἰατρεῖαι. Temere ὡς particula omissa in ed. Heins. quam quidem cum ed. Ven. agnoscunt quinque nostri codd. Mssti.

p. 100 a Sequitur *Continuatio Capitis* XIII. *ex distributione Wolfiana*, Νόσος σώματός ἐστιν — — — σὸν δὲ οὔ. Quæ verba cum superioribus, quemadmodum a Wolfio factum, ad unum Caput referuntur in solo cod. Pf. quod Caput in illo codice numero ἡ. id est VIII. distinguitur. In reliquis vero omnibus codicibus, quemadmodum in nostra editione, ab eisdem verbis novum Caput inchoatur, quod nobis quidem est CAP. IX. in AA. vero & Arg. & Pe. numeratur κεφ. ί. id est, *Cap.* 10. In Pa. & Pd. κεφ. ιέ. id est, *Cap.* 15. In cod. Arg. qui (sicut Pc.) sola initia Capitum Enchiridii exhibet, pro verbis Enchiridii hæc adponuntur, minio (ut solet) scripta, Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ δόξα. In Pc. vero pergitur, προαιρέσεως δὲ οὔ. usque σκέλους ἐστὶν ἐμπόδιον.

b ἔπερ ὠφέλιμα ἦν, *quandoquidem utilia essent.* Nempe id ipsum in superioribus docuit Simplicius, utilia homini esse ea, quæ vulgo *mala* habentur ad corpus nostrum pertinentia, aut omnino extrinsecus
c nobis accidentia. ἀλλ' οὐχὶ κακόν. Prima vox temere omissa est in ed. Heins. καὶ χώλανσις. Sic Arg. Pb. & Pi. cum edd. καὶ χώλωσιν (sic) Pa. & Pc. Et mox deinde, ἡ χώλανσις οὖν, iidem codd. Pa. & Pc. ἡ χώλωσις οὖν habent, & sic ibi Pi. quoque in contextu, sed χώλανσις inter lineas. Quæ varietas codicum Simplicianorum in hoc vocabulo præterierat me nuper, cum in Notis ad Enchirid. c. 9. p. 45. pro scripturâ χώλανσις Simplicii auctoritatem
p 101 sine exceptione invocarem. cf. infra ad p. 102. c. τὸ
a δὲ ἀγαθὸν &c. Nil mutant libri. Ego vero fere non dubito, ante οὐκ intercidisse voculam ὂν, & hoc modo scriptum oportuisse: τὸ δὲ ἀγ. καὶ τὸ κακὸν, ἐν προσ-

προαιρέσει ὂν, οὐκ ἐμποδιζ. &c. quam ad ſententiam etiam Wolfius vertit, *& quia bonum & malum in voluntate ſitum.* ὧν οὐδὲν ἡμεῖς ἐσμέν. Sic Arg. & Pa. Alii cum editis, ὧν ἡμεῖς οὐδέν ἐσμεν. p. 101 a

Ἔνστασιν δὲ λύει. Libri cum ſcripti, tum editi, Ἔνστασιν γὰρ habent. Sed orationis connexio utique δὲ particulam deſiderabat, quæ reſponderet illi μὲν, in Οὕτω μὲν οὖν: conf. p. 100. b. quam adeo, vel invitis libris omnibus, hic reponendam cenſui. Intricata ſcripturæ compendia, cum in terminationibus vocum, tum in minutis præſertim particulis, conſtat perſæpe fraudi fuiſſe librariis. τὰ δὲ παρὰ φύσιν ἐκκλίνειν. Sic ſcribendum monuerat Wolf. cui quod non paruerit Heinſius, mireris utique. Sane manifeſte mendoſum fuit καζὰ φύσιν, quod hîc repetierunt vulgo; quamquam in eodem errore codices Pariſienſes verſantur. Codex Arg. quidem defectu laborat hoc loco, poſt τὸν νοσοῦνζα ſic pergens, τὰ μὲν κατὰ φύσιν ἐκκλίνειν, omiſſis mediis. Poterat vero & alia ratione ſanari vulgata ſcriptura, τὰ δὲ μὴ κατὰ φύσιν ἐκκλίνειν ſcribendo, quod ſuaſerat vir doctus in Vha. & Vpa. b c

Διογένης, καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων. De *Diogene* vel pueris nota res. De *Cratete* confer quæ ſupra dixit Simplicius noſter, pag. 64. extr. & ſeq. De *Zenone*, Stoicorum patre, adponamus quæ Seneca memorat in libello de Tranq. Animi cap. 14. *Nuntiato naufragio, Zeno noſter, cum omnia ſua audiret ſubmerſa: Iubet, inquit, me fortuna expeditius philoſophari.* ἐφιλοσόφησαν haud dubie in plur. num. fuit ſcribendum, ut Wolfius etiam monuit, cum præſertim duo alia ſequantur verba in plurali poſita. Vulgo ἐφιλοσόφησε edd. & Mssti; in terminatione, ut frequenter aliâs, errantibus librariis. In ed. Ven. quidem, duplicato errore, ἐφιλοσόφισε ſcribitur. Terminationem prorſus omiſit Pa. ſic ſcribens, ἐφιλοσόφη, nihil amplius. τὸν κατὰ φύσιν ἤκουζα τοῖς ἀνθρώποις βίον. προσήκουζα emendavit vir doctus in Vpc. Poteras & ἀνήκουζα ſuſpicari. Sed non ſolicitandum vulgatum. Vide Lexic. Polyb. in ἥκειν, & Diog. Laërt. VII. 9. ὅτε τὴν ἄκραν. Sic correxi, quemadmodum & Wolf. in ſuo exemplari fecit, monuitque p. 102 a

p. 102 a c que vir doctus in Vha. & Vpa. Perperam ὅτι edd. & Mssti; qui quidem paulo post in ὅτε αὐτὸς consentiunt omnes. Pro Χώλανσις rursus χώλωσις habet Pa. sic & Pi. in quo tamen χώλανσις inter lineas notatur. De cod. Pc. hoc loco compertum non habeo. οὕτως εἰσὶ δηκ]ικοὶ τῶν εὐμοίρων ψυχῶν οἱ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς λόγοι. Vulgo οὕτως εἰσὶ δεκ]ικοι, ubi monuit Wolfius: „Lego ὄντως, id est τῷ „ὄν]ι εἰσὶ δεικ]ικοὶ, ostendunt generosos animos: „aut δηκ]ικοὶ, a δάκνω, mordent generosos ani„mos, hoc est, τὸ κέν]ρον ἐγκαταλείπουσι. δεκ]ι„κοὶ non video quem sensum habeat, si converteris „recipiunt, admittunt.“ Sane δεκ]ικοὶ nihil erat: nec multum promovebat δεικ]ικοὶ, quod quidem & in Arg. & in Pa. legitur, & ex aliis codd. in Vhab. & Vpabd. adnotatum est. οὕτως non erat cur solicitaret Wolfius: sed δηκ]ικοὶ haud dubie verum putavi, quod idem fere valet ac paulo etiam majorem vim habet quam κινητικοὶ, mordendi, commovendi vim habentes, & penitius intrandi in generosos animos. Vide Arriani Epistolam ad L. Gellium, Epicteti Dissertationibus præfixam; & confer quæ de Rufi sermonibus ipse Epictetus ait, Dissert. III. 23, 26.

AD CAPVT XIV.

p. 103 a Nobis CAP. X. In Pf. Cap. IX. In AA. in Arg. & in Pc. Cap. XI. In Pa. & Pd. Cap. XVI. Definit Arg. in ἐπιστρέφων, Pc. vero in δύναμιν ἔχεις.

b ὑπὸ μὲν τῶν ἡδέων. Perperam vulgo omnes ὑπὲρ μὲν, quod haud cunctanter in ὑπὸ μὲν mutari debuit, quemadmodum etiam Wolfius monuit. προτίθεται. προστίθεται Pa. οὐκ ἀδύνατα προστατ]όμεθα. Nil mutant libri. Suspectum vero fuit postremum verbum viro docto in Vha. & Vpa. qui ὡς οἰόμεθα aut ὡς κατ]όμεθα legendum conjectavit. Ego vero, si quid mutandum, suspicatus eram προστατ]όμενα scriptum oportuisse. Persæpe jam istas præsertim terminationes verborum perperam inc ter se permutatas vidimus a librariis. ὅτι ὁ τὴν ψυχὴν ποιήσας. Vulgo omnes nude ὅτι τὴν ψυχὴν ποιή-

ποιήσας: ubi Wolfius adnotavit, ſenſum & conſtru- p. 103
ctionem poſtulare videri ὅτι τὴν ψυχὴν ἐποίησεν ὁ c
θεὸς τὴν ἀνθρ. Immo vero conſtructio utique participium ποιήσας poſtulabat: quare minori operâ ſanari poſſe laborantem orationem putavi, articulum ὁ poſt ὅτι inſerendo. δυνάμεις ἔδωκεν αὐτῇ πρὸς ἕκαστα, καθ' ἃς δυνήσεται &c. Corruptiſſime in ed. Ven. legebatur καθ' ἑκάστη πρὸς ἃς, ubi Wolfius adnotavit: „Suſpicor legendum καθ' ἕκαστα, παρ' ἃς „vel δι' ὧν.“ Heinſius edidit καθ' ἕκαστα, πρὸς ἃς &c. quam ſcripturam tenent etiam codices noſtri omnes. At loco πρὸς ἃς omnino aut δι' ὧν aut καθ' ἃς oportebat, *quibus*, vel *quarum ope*, &, quamquam ferri καθ' ἕκαστα poterat, tamen multo commodius erat πρὸς ἕκαστα, & convenientius cum eo quod ſequitur, πρὸς μὲν τὰ. ἡδέα &c. Itaque non dubitavi, perperam a librariis permutatas eſſe ſedes præpoſitionum; quarum quaque in ſuum locum repoſitâ, rite nunc procedit oratio. διαβαίνειν defenderit fortaſſe aliquis, ut ſit quaſi *transire per vitam, ævum transigere:* mihi vero pæne exploratum videtur, ex διαμένειν corruptum eſſe; quæ verba & alibi a librariis confuſa obſervavimus. Vide Adnot. ad Polyb. IV. 12, 11. Et nunc demum animadverto, eamdem prorſus cogitationem Wolfio olim occurriſſe, cujus ad hunc locum hæc eſt adnotatio: „Pro διαβαίνειν, malim διαμένειν: niſi forte placeat „διαβαίνειν τὴν γένεσιν, *transire generationem*, & in„columis ad ſuam originem reverti.“ Idemque Wolfius in verſione etiam *permanere* poſuit.

ἐφ' ὧν κινεῖται μὲν. Recte ἐφ' ὧν, id eſt, *in* p. 104
quibus, dedit noſter codex Arg. quæ ſcriptura etiam a
in Pb. inter lineas adnotata. Perperam ὑφ' ὧν edd. cum Pa. & aliis; ubi, corrigendum ἐφ' ὧν, ex conjectura jam monuerat Wolf. quemadmodum deinde ἐπὶ δὲ τῶν τελέως πεπαιδ. legitur conſentientibus libris. In κρατήσῃ τοῦ πάθους conſentiunt ſcripti; nec aliud debebat ed. Ven. in qua mendoſe κρατείσῃ, quod ſuâ auctoritate in κρατῇ mutavit Heinſ. τὸ παθητινὸν. Perperam & invitis Msstis τὸ παθητὸν ed. Ven. ὅπερ ἐν ἡμῖν παιδικὸν καθέστηκε. Vide p. 70. b. ὑπ' ἐκείνων κινεῖσθαι. Perperam ἐπ' ἐκείνων ed. b
Ven.

p. 104 b Ven. & codd. noſtri omnes. Correxit Heinſ. ex codicis Nanſiani puto præſcripto, in quo ὑπ' adnotatum erat, quemadmodum in Vhab. & in Vpac. ἐφ' ὧν ὁ λόγος προστάξει. Nil variant libri; & ferri ἐφ' ὧν ita poteſt, ut intelligas ἐφ' ὧν ὁ λόγος προστάξει δεῖν κινεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, *de quibus præcipit ratio, debere nos ab illis movere.* Sed vereor ut ſana ſit iſta ſcriptura: & aut ὑφ' ὧν legendum puto, nempe ὑφ' ὧν κινεῖσθαι προστάξει ὁ λόγος: aut, quod fortaſſe propius vero fuerit, nude ὧν προστάξει. ubi ὧν, ad ἐκείνων relatum, per vulgatiſſimum græci ſermonis idiotiſmum pro ἃ poſitum fuerit, *nonniſi ab iis moveri, quæ ratio præcipiet.* μερίζεται γὰρ τοῦτο, nempe τὸ Φρονοῦν. μερίζεται conſtanter tenent libri omnes, quod vide an teneri poſſit hac notione, ut *dividitur* dicatur pro *diſſidens fit* & *diſcors ſecum.* Parum certe promovere videtur μελεΐζεται, id eſt, *membratim diſſecatur*, quod Wolfio in mentem venerat, reſpicienti Homericum illud μελεϊστὶ ταμών. Quamquam eodem fere modo, nempe μελίζεται, primum ſcriptum fuerat in cod. Arg. quod ibi quidem ab eadem manu in μερίζεσθαι mutatum eſt; ſed idem verbum μελίζεται ex docti viri conjectura etiam adnotatum in Vpc. διασπώμενον ὑπ' αὐτῶν. Rurſus h. l. perperam ἐπ' αὐτῶν legebatur in ed. Ven. ſed ὑπ' recte tenent ſcripti omnes. Mox corrupte ζωὸν δὲ non ſolum Ven. ſed etiam Heinſiana editio: at in σῶον δὲ & noſtri codices omnes, & ii, e quibus Vhab. & Vpabcd. profecerunt, conſentiunt. ὑπερανέχον reſtitui ex ed. Ven. cum qua conſentiunt codd. Pa. Pc. Pi. eamdemque verbi formam tenent omnes p. 103. c. At ὑπερέχον hoc loco Heinſius ex cod. Nanſ. recepit, quod & in Vhab. & Vpb. adnotatum; & ſic hoc loco ſcribitur in Arg. & ſic etiam correctum in Pb. ubi quidem primum ὑπερ-
c ανέχον erat. γενικῶς. γενναίως in ſuo exemplari correxit Wolf. quod non erat neceſſe. Valet enim γενικῶς aut γεννικῶς idem atque γενναίως. Rectius vero utique γενναίως ſcriptum fuiſſet, ut Henr. Steph. monuit & Heſychii interpretes: ſed ferendum putavi vulgatum, in quod codd. noſtri ad unum omnes conſentiunt, quemadmodum conſtanter iidem γενητὸς pro γεννητὸς ſcribunt, ut ad p. 96. b. monui.

nui. Sic vero & apud Suidam legitur, Γενικῶς· γενναίως, ἰσχυρῶς. p. 104 c

ἤδη πεπαιδευμ. Temere, & invitis vett. libris omnibus, omissa est vox ἤδη in ed. Heins. οὐκέτι χρεία τὸν λυπούμενον καρτερεῖν. Sic quidem libri omnes; sed vide, ne temere irrepserit τὸν articulus: qui si recte habet, suspicor equidem vocem λυπούμενον ex librarii alicujus lapsu huc irrepsisse, a Simplicio vero τὸν πεπαιδευμένον fuisse scriptum. οὐδὲ γὰρ λυπεῖται. γὰρ particulam inserui auctoritate codicum Arg. & Pa. aliorumque qui laudantur in Vhab. & Vpabcd. Post ὁ τοιοῦτος vero vocem ἐνταῦθα adposui, quam commode dedit codex Pa. solus ille quidem. οὗ ἀποτυγχάνει ex conject. scripsi. Postulabat hoc analogia ejus quod sequitur οὔτε ἐκκλίνει τι, ὦ περιπίπτει. Vulgo quidem omnes οὐδ' ἀποτυγχάνει, nempe οὐδὲ temere ex superiori oratione repetentes. εὑρήσεις αὐτῆς, φησὶν, ἀμυντήριον. Sic cod. Arg. nisi quod pro αὐτῆς corrupte αὐτὴν habet, sicut & Pb. quod & in Vhab. & Vpabd. adnotatum, atque etiam in cod. Nanss. fuisse videtur, unde Heinsius accepit, sic edens, πρὸς δὲ λοιδορίαν, φησὶν, εὑρήσεις αὐτὴν ἀμυντήριον &c. Non vero magis probum videtur αὐτοῦ, quod est in ed. Ven. & in codd. Pa. & Pi. In Pc. est nudum αὖτ omissa vocis terminatione. In Vpc. ex Msto adfertur αὐτὰ, sed ex conjectura docti viri corrigitur αὐτῆς, quemadmodum etiam Wolfius legendum monuerat. Cæterum placuit verborum ordo, quem tenuit noster codex Arg. verbum φησὶν proxime ante ἀμυντήριον ponens, cum in aliis libris ante εὑρήσεις esset locatum. φέρει ἡ λοιδορία. Abest verbum φέρει in edd. & Msstis. Sed, aut hoc ipsum, aut aliud simile, omnino adjiciendum esse, perspecte Wolfius monuit, cui utique parendum existimavi: nam verbum ποιεῖ, quod infra sequitur, ob ea quæ interjecta sunt, huc referri vix potuit. Nec tamen citra dubitationis significationem adponendum verbum φέρει duxi. ἵνα οὖν μὴ μετὰ πάθους ἡμετέρου κατάγνωσις γένηται. Recte μετὰ πάθους ed. Heins. cum Msstis; κατὰ πάθους perperam ed. Ven. ἡμετέρου vero ex eadem ed. Ven. consentientibus p. 105 a b

scriptis

p. 105 b scriptis omnibus revocavi, cum præter rem in ἡμετέρα mutatum esset ab Heinsio, cui Wolfius præiverat. Si quid adhuc desideraretur, ἡ κατάγνωσις adjecto articulo scribi potuisset: sed nec id admodum c necessarium. Ante ἐννοοῦντας inserendum verbum δεῖ censuerat Wolfius: sed fortasse satis fuerit, verbum χρὴ e superioribus hic intelligere. ὅτι αὐτὸς ὁ βεβλαμμένος ἐστὶν. Vide Enchirid. cap. 42. Post ὠφελεῖσθαι πάντως, verbum ἐστὶ desiderabat Wolf. ubi fortasse rursus e superioribus verbum χρὴ intelligere satis erat. Quod vero Simplicius ait, *e convicio, si falso id in nos conjectum sit, manifeste fructum capere hominem sapientiæ studiosum;* haud superfluum facturus erat, si, quo pacto id fieret, declarasset. Hoc, puto, dicere voluit, quod ea re patientia nostra exerceatur firmeturque.

p. 106 a ῥυπαρωτέρων scripsi cum quinque nostris codicibus. ῥυπαροτέρων edd. Mox κρατοῦντας recte ed. Heins. cum Arg. & Pb. κρατοῦντα ed. Ven. cum Pc. & Pi. κρατούντων Pa. τῶν ἄλλων παθῶν. Sic recte Mssti, ut edidit Heins. Corrupte τῶν ὄντων παθῶν ed. Ven. ἔσχατος λέγεται χιτὼν &c. Confer p. 277. bc. & Notas ad Epicteti Dissert. I. 25, 21. Temere vero verba ista διὰ καὶ ἔσχατος — — φιλοτιμία hoc loco prætermisit Arg. ὑπὸ τῆς φαντασίας. Sic percommode quinque codices nostri cum ed. Ven. Ex aliis Mssti ἀπὸ adnotatum est in Vhab. & Vpbcd. quod Heinsius, suo etiam in codice repertum, adoptavit. εὐθὺς κινεῖν. κινεῖσθαι suspicatus eram, sed in κινεῖν consentiunt omnes. εὐθὺς caret Arg.

AD CAPVT XV.

c In nostra edit. CAP. XI. In cod. Pf. cap. X. In AA. Arg. & Pe. cap. XII. In Pa. & Pd. cap. XVII. Desinit Arg. in verbis ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα, Pc. vero in τὸ παιδίον.

τίνων τε καὶ ὅπως recte dedere quinque nostri codices. Corrupte τίνων τὰ ὅπως ed. Ven. ubi τίνα καὶ ὅπως correxit Wolf. In Vhab. vero & Vpabc. ex aliis Msstis notatur τίνων δὲ καὶ: (perperam δὲ pro τε) quod cum etiam in cod. Nanf. reperisset Heinsius, jungens

jungens cum hac scriptura emendationem Wolfia- p. 106
nam, τίνα δὲ καὶ ὅπως edidit. Est autem τίνων, in c
quod consentiunt libri, genitivus partitivus, ex usu
Græcorum. Mox προσπίπτουσι restitui ex ed.
Ven. cui suffragantur codd. Pa. Pc. & Pi. Perperam
περιπίπτουσι ed. Heinsi. ex cod. Nansi. cum Arg. Pb.
& aliis in Vhab. & Vpbc. ἔστι δὲ τὰ ἐκτός. ἔστι p. 107
δὲ καὶ τὰ ἐκτὸς solus Arg. a

βεβαίως διακείμενον. βεβαίως περικείμενον habet b
idem cod. Arg. unde suspicatus eram, debuisse eum
fortasse μὴ βεβαίως περικειμένων, scil. ἡμῖν, *quæ non firmiter & certa conditione possidemus.* Sed in vulgatum consentiunt cæteri libri omnes, cum quo convenire videntur quæ sequuntur. ἔσται δὲ πρόχειρον. ἔστι δὲ ed. Ven. & Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. ἔσται se malle professus erat Wolf. idque recepit Heins. Sic vero etiam, nisi me fallunt meæ notulæ, scriptum est in Pa. ἐὰν, μὴ μέχρι τῶν ὀνομάτων ὡς ἐπ' ἀλλοτρίοις διακείμενοι, καὶ συνεθίζωμεν ἑαυτοὺς μέχρι καὶ τούτων *. ἐὰν & μὴ scripsi cum ed. Ven. & codd. Pb Pc. Pi. εἰ μὴ edidit Heinsius invitis libris omnibus. ἐὰν μὲν μέχρι habent Arg. & Pa. quod nescio an & ipsum ferri potuerit, sententiâ haud multum diversâ. *si, postquam nomine tenus pro alienis habuerimus, adjuefaciamus nos etiam* &c. διακείμενοι ex conjecturâ correxi. διακείμεθα habent edd. cum Arg. Pb. Pc. Pi. pro quo διακεώμεθα in subjunct. legendum Wolfius censuit. Mihi vero veræ scripturæ vestigia servasse codex Pa. visus est, διακείμενα scribens, quod ex διακείμενοι corruptum putavi. In sequentibus verbis, καὶ συνεθίζωμεν ἑαυτοὺς μέχρι καὶ τούτων nil variant libri, in eisdemque verbis (ad quæ miror nihil adnotasse Wolfium) periodum terminant, *punctio* post τούτων posito. Ego vero, quid sit illud μέχρι καὶ τούτων, aut quo referatur, fateor me nullo modo perspicere potuisse. Nam, quod primum in mentem venerat, τούτων referri ad *hæc quæ in hoc capite Enchiridii præcipiuntur*, (quemadmodum διὰ τούτων, p. 100. b.) non faciebat id quidem satis. Denique mihi persuasi, defectam in fine esse orationem, quam ex his quæ sequuntur p. 108. a. & p. 109. c. tali quodam modo

 supplen

p. 107 b ſupplendam ſuſpicatus ſum, μέχρι καὶ τοῦ ὡς περὶ ἀλλοτρίων ἐννοεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι τούτων. id eſt, *ſi nos adſuefecerimus, ut de his cogitemus etiam tamquam de alienis, eaque non aliter, niſi ut aliena, curemus.* Wolfius contentus fuit, locum hunc in verſione his verbis expreſſiſſe, *ſed nos ad rem ipſam conſuefecerimus.* Loco hoc iterum iterumque expenſo, & cum eis quæ paulo poſt ſequuntur collato, venit mihi in opinionem, nihil fortaſſe in fine periodi deſiderari, ſed hoc dixiſſe Commentatorem noſtrum: *Erit autem illud in promtu, ſi non quidem verbis tenus duntaxat pro alienis illa habuerimus, verumtamen etiam adſuefecerimus nos, ipſis quoque verbis aliena illa perhibere.* Quam in ſententiam græca verba tali quodam modo fuerint concipienda: ἔστω δὲ πρόχειρον, ἐὰν μὲν μὴ μέχρι τῶν ὀνομάτων μόνον ὡς ἐπ' ἀλλοτρίων διακείμενοι, (ſive διακείμεθα placeat, ſive διακεώμεθα,) καὶ συνεθίζωμεν δὲ (ſive καὶ συνεθίζωμεν μέντοι) ἑαυτοὺς μέχρι καὶ τούτων.

λέγων χαῶσαι αὐτὸν. In αὐτὸν cum editis conſentiunt ſcripti omnes, uno Pc. excepto, qui αὐτὸ habet; quemadmodum & Wolfius in ſuo exemplari ſua manu correxit, ad παιδίον ſcilicet referens, commode utique: ſed ferendum αὐτὸν putavi, conſtructione non ad literam, ut aiunt Grammatici, ſed ad ſenſum relatâ, intelligendo nempe τὸν παῖδα vel τὸν υἱόν. Et pari modo ſane paulo inferius ὃν δέδωκε rurſus conſtanter omnes tenent; ubi quidem pariter ὃ in ſuo libro Wolfius correxit. De verbo χαῶσαι quid facerem, diu incertus hæſeram. In eamdem ſcripturam cum editione Ven. conſentiunt codd. Arg. Pb. Pc. Pi. Ab his unus discedit Pa. χρῶσαι ſcribens, quod nihil utique promovebat. Quos cunctos deſerens Heinſius, ſuâ auctoritate χαλᾶσαι edidit. Iam quidem cum ex Enchiridii contextu, tum ex ipſius orationis connexione in Simplicii interpretatione, ſatis adparebat, aut verbum ἀπολέσαι, quo Epictetus uſus erat, aut aliquod in eamdem ſententiam ſcriptum h. l. oportuiſſe. At quum nec usquam me legere verbum χαῶσαι meminiſſem, nec vel in uberrimo Stephani theſauro vel in ullo ex veteribus Lexicographis veſtigium ejus ullum reperiſſem,

sem, neque aliud occurreret verbum ad illius for- p. 107
mam aliquatenus accedens, quod eam notionem, b
quam hic locus postulabat, haberet; in eo jam eram, ut, desperatâ prorsus librorum scripturâ, ipsum ἀπολέσαι restituendum Simplicio censerem; quod etiam viro docto in Vpc. placuisse videram. Miratus eram tamen, quærebamque adhuc, quid esset quod Wolfius, qui nusquam aliàs verbum aliquod manifeste corruptum absque notatione prætermisisset, χαῶσαι istud & in Notis silentio præterierit, & in suo exemplo editionis Venetæ intactum prorsus reliquerit, contentus in versione sic exposuisse, *eoque se privatum queritur*; quasi haud dubie χαῶσαί τι vel χαοῦν τι denotaret *privari aliqua re*. Tandem id, quod quærebam, me docuit doctissimi Du Cange Glossarium; e quo intellexi, ipsum hoc verbum χαοῦν a sequioris ætatis scriptoribus pro verbo ἀπολέσαι, *amittere, perdere*, usurpari solitum; & quidem frequentatum præsertim fuisse a Niceta illo, cujus Historia Byzantina ab eodem nostro Hieronymo Wolfio græce & latine edita est. Itaque addubitare quidem etiamnum licebat, idem-ne verbum eâdem notione jam Simplicii ætate fuerit in usu, an, cum verbum a Simplicio olim hîc positum valde corruptum fuisset aut prorsus evanidum in vetusto codice, unde nostri fluxerunt, χαῶσαι hoc a librariis in illius locum fuerit positum. At dubitationi illi non debui tantum tribuere, ut idcirco verbum hoc rectâ ejiciendum & cum ἀπολέσαι permutandum statuerem.

ὡς ἐπ' ἰδίῳ πρότερον. Particulam ὡς, quam ex Wolfii emendatione adjecit Heinsius, ignorant cum editione Ven. quinque nostri codices, & quidem ἐπὶ ἰδίῳ (sic) scribunt Arg. Pb. Pc. Pi. δυσχεραίνων ἐπ' αὐ]ῇ. Etiam hoc correxit Heinsius, præeunte eodem Wolfio & aliis viris doctis in Vha. & Vpac. Mendose ἐπ' αὐτὴν habet ed. Ven. cum Msstis nostris, quæ scriptura ex duabus aliis imperite mixta videtur: nam aut ἐπ' αὐτῇ oportebat, aut nude αὐτήν. Dicitur enim & δυσχεραίνειν ἐπί τινι, & δυσχεραίνειν τι, qua posteriori constructione utitur Noster p. 18. a. πρὸς ἑαυτοὺς διατιθέασι. Perperam c
πρὸς τοὺς ἑαυ]οὺς Arg. τιθέασι simplici verbo scribit

p. 108 a Pa. διατιθώμεθα ex ed. Ven. restitui, cum qua faciunt codd. Pc. & Pi. Temere διατεθώμεθα ed. Heinſ. διατιθέμεθα Arg. Pa. & Pb. οὐ γὰρ ῥᾳθυμεῖν προσήκει. Vulgo οὐχὶ ῥᾳθ. πρ. Opportune οὐ γὰρ dedere codd. Pa. & Pc. quam ſcripturam adoptans, verba iſta parentheſeos ſignis cinxi. πανδοχείου. πανδοκείου h. l. ſcribunt Pa. Pb. Pc. Pi. ſed iidem omnes p. 109. c. in πανδοχείου conſentiunt, quod perinde eſt. Perperam vero, & invitis libris omnibus, in ed. Heinſ. & h. l. & p. 109. c. περιόν]ες pro παρ-
b ιόν]ες ſcribitur. ἕως δ' ἂν παρῶσι. ἕως ἂν παρῶσι ſolus Pa. Mox idem codex, pro εὐχρηστίας, perperam εὐχαριστίας habet; quæ vocabula & in Epicteti Diſſertt. permutata a librariis vidimus. ἕως ἂν δι-
δῶται. Sic ſcripſi cum Arg. Pb. & Pc. quorum duo priores quidem mendoſe διδῶτε habent, ſed id haud dubie ex illo corruptum. διδῶτο habent Pa. & Pi. quod ipſum in ed. Ven. in duas voces διδῶ τὸ imperite diviſum eſt. Hinc nude διδῷ omiſſâ voculâ τὸ ed. Heinſ. cum cod. Nanſ. & Vpc. ὑπάρχῃ ed. Heinſ. cum Arg. Pa. Pb. & Vpc. Mendoſe ὑπάρχει ed. Ven. ὑπάρχοι Pc. Pi. & Pb. inter lineas. δεδό-
σθαι bene edidit Heinſius, monitus a Wolfio. διδό-
σθαι ed. Ven. Arg. Pb. Pc. Pi. διδῶσθαι Pa. τοῦ καὶ ἀφαιρουμένου. Sic percommode quinque noſtri codices. Aberat καὶ in edd. ubi cur τῷ ἀφαιρουμέ-
νῳ maluerit Wolfius, haud ſatis adparet.

ἤθελον εἰ πυρετῷ. Nil variant libri. εἰ pro ὅτι accipe; de quo uſu paſſim monuere grammatici. διὰ τί ὁ δούς μοι. Suſpicabar διότι ὁ δούς μοι. Sed & iſtud ferendum, in quod conſentiunt libri. Ex eadem vero ſcriptura natus videtur error librariorum quorumdam, qui in ipſo Enchiridio διὰ τί (vel διατί) pro
c διὰ τίνος ſcripſerunt. ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦδε ἀφελετο. ἀφελλα]ο h. l. ſcribunt cum ed. Ven. codices Arg. Pa. Pc. Pi. & Pb. inter lineas. (conf. Paraphr. Enchirid. cap. 14, 4. & ibi notata.) Sed iidem omnes libri paulo ante & paulo poſt in ἀφείλετο conſenti-
p. 109 unt. τὴν οἰκίαν bene ed. Heinſ. cum Pc. & Pi.
a τὴν οἰκείαν ed. Ven. cum Arg. Pa. Pb.

AD

AD CAPVT XVI. ET XVII.

Nobis est unum CAP. XII. In cod. Pf. jungi- p. 109
tur cum superiori capite, quod numero XI. ibi di- a
stinguitur. In AA. Arg. & Pe. est cap. XIII. In Pa. & Pd. cap. XVIII. Definit Arg. in voce ἐπιλογισμοὺς, Pc. vero in ἐὰν μὴ κολάσω τόν.

Εἰπὼν ὅτι οὕτω χρὴ. οὕτω cum in ed. Ven. abesset, adjecit Heins. & habent nostri Mssti & Vhab. & Vpabcd. Pro παριόν]ες rursus mendose & invitis b
libris περιόν]ες est in ed. Heins. Pro ἀκούσει, habent ἀκούω quinque nostri codices cum ed. Ven. perincommode utique; quare lubens tenui istud, quod ex Wolfii emendatione receperat Heinsius. conf. p. 150. extr. In διατροφὰς consentiunt alii; διαστροφὰς quidem, errore librariis solenni, scripsit Pa. sed nude τροφὰς unus Arg. qui tamen & ipse p. 144. b. διατροφὰς tenuit. πρὸς τοὺς ἔτι παιδευομένους, p. 110
Ex Msto scripturam hanc adnotavit vir doctus in a
Vpc. quam ex conjectura commendaverat Wolfius & alius vir doctus in Vha. & Vpa. Sane ferri non poterat τοὺς ἔτι πεπαιδευμένους, quod quidem cum editis tenent quinque nostri Mssti: & aut τοὺς οὐκέτι πεπαιδευμ. oportebat, aut τοὺς ἔτι παιδευομένους; sed præstabat hoc, quod recepi, quod ipsum eâdem hac pag. bis occurrit consentientibus codicibus nostris. μὲν vero post ἔτι adjicere, & δὲ post οὕπω, quod Wolfius voluerat, nil erat necesse.

καὶ τῶν ἔξω ἐπιμελεῖσθαι. τῶν ἐξ]ῆς communi consensu cum ed. Ven. habent codices omnes, quod corruptum esse dubitari non potest. Perspecte Wolfius τῶν ἐκ]ὸς commendaverat, quod adoptavit Heinsius: atque, sic scripsisse h. l. Simplicium, cum ex eis quæ sequuntur, tum ex p. 107. extr. collatâ cum p. 108. a. perspicue intelligi videbatur. Sed quoniam eâdem notione perinde & τῶν ἐκ]ὸς & τῶν ἔξω dicere poterat, (vide Indic. Græc. Epict. in voce Ἔξω) præferendum hoc posterius putavi, utpote ad librorum scripturam propius accedens. Sic etiam emendaverat vir doctus in Vpc. τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλογίαν. αὐτοῖς ex ed. Ven. revocavi, cui adsentiuntur Pa. Pc. & Pi. τὴν ἐν αὐτοῖς edidit Heins. &

p. 110 a sic scriptum in Arg. & in Pb. ἐν ἑαυτοῖς maluisse videtur Wolfius, præter necessitatem. Sed quod τήν τε ἐν idem Wolfius commendavit, lubens illam particulam accepissem, si vel unus e libris nostris dedisset. παρασυρῶσι recte Arg. quemadmodum emendavit Wolf. & vir doctus in Vpc. pro παρασύρωσι, quod est in ed. Ven. & in Pa. De aliorum codicum scriptura non constat. παρασυρθῶσι edidit Heins. nescio an ex cod. Nans. ἀπὸ τῆς ἐν αὐτοῖς τάξεως, *pro suo cujusque ordine.* Rursus αὐτοῖς dedit ed. Ven. cum Pa. & Pi. αὑτοῖς ed Heins. cum Arg. In Pb. uterque spiritus adest. In Pc. vox hæc b cum aliis nonnullis prætermissa. συγγενῶς τε ἔχουσι πρὸς ταῦτα. Nil variant libri, nisi quod ἔχουσιν scriptum in Arg. Commode Wolfius suaserat ὅτι συγγενῶς τε ἔχουσι. Commodius etiam alius vir doctus, συγγενῶς γὰρ ἔχουσι. Equidem συγγενῶς γὰρ (aut συγγενῶς τε γὰρ) ἔχουσαι malebam; sed nil mutare ausus sum, quia & ferri utcumque vulgata scriptura poterat, nec satis certa erat emendatio. Quod vero mox sequebatur vulgo μήπω τῶν πηδαλίων — — ἐπιλαβόμεναι, quamquam consentientes viderim libros, nullo modo ferendum putavi; sane enim αἱ ἄλογοι ὀρέξεις *gubernaculum prehendere* numquam debent. Perspecte hoc ipsum monuerat Wolfius: sed quo pacto is ἐπιλαβομένῳ corrigere potuerit, intelligendo τῷ λόγῳ, von video. Mihi quidem haud dubie ἐπιλαβόμενον oportuisse visum erat, quod ad præcedens αὐτὸν referretur.

τὸν παιδευόμενον μὴ ἀπορῆσαι. Rursus perperam πεπαιδευμένον edebatur, sed verum hîc quidem dedere codices Arg. Pa. Pb. Pc. quod etiam ex conject. commendaverat Wolf. Ex ejusdem Wolfii emendatione ἀπορῆσαι scripsi, pro corrupto ἀποχωρῆσαι, quod erat editum consentientibus Msstis, uno Pa. excepto, qui ἀποχωρεῖν dabat, unde & ἀπο- c ρεῖν corrigi poterat. ἢ τοῦ παιδευομένου λίτοῃς. In παιδευομένου nunc recte consentiunt libri omnes, scripti editique; ubi præter rem πεπαιδευμένου legendum suspicati sunt viri docti in Vha. & Vpac. εἰ δὲ μήτε πρὸς ταῦτα. Ni aliud orationis membrum intercidit, videtur utique aut μηδὲ, *ne quidem*, aut nude

μὴ

μὴ legendum. Sed in vulgatum consentiunt libri. p. 111
προσδεήσεται restitui ex ed. Ven. consentientibus a
Msstis, excepto Arg. in quo est προσδεήσει. Teme-
re προσδεήσηται ed. Heinſ. σεαυτὸν σώζουσα. Men- b
dosum ζώσουσα, quod in ed. Ven. erat, fideliter re-
petiit Heinſ. & editor Londinensis. τοῦτο ἂν ἦν
κάλλιον. Sic recte ed. Heinſ. consentientibus Arg.
Pa. aliisque in Vhab. & Vpabcd. Corrupte τούτου
ἦν κάλλιον ed. Ven. ubi οὐδὲν τούτου ἦν κάλλιον cor-
rexit Wolf.

Οὕτως οὖν συντείνας τοῖς ἀκροτάτοις.„ *Sic igitur* c
ad ſumma excitans, ſive *intendens*. οὖν, cum in ed.
Ven. deſideraretur, ex cod. Nanſ. adjecit Heinſ. con-
ſentientibus noſtris & Vhab. & Vpabcd. συντείνας
reliqui tenent omnes; unus Pa. συγκρίνας in contex-
tu habet, ſed & ipſe in ora γρ'. συντείνας. περιορᾷν
(εἰ ἀνάγκη) κακὸν γενόμενον. Perperam περιορᾷν
ἀνάγκη κακὸν γενομ. ed. Ven. cum Msstis; ubi abun-
dare ἀνάγκη viſum erat Wolfio & alii viro docto in
Vha. & Vpa. Commode vero Heinſius εἰ ἀνάγκη
correxit; quod tenui in parentheſi poſitum. Propius
autem fortaſſe ad verum accefſerit ἂν ἀνάγκη, ubi,
quid ſit quod particulam extruſerit, in oculos incur-
rit. Pro περιορᾷν, in cod. Pa. διορᾷν ſcribitur, mani-
feſtâ quidem corruptelâ; ſed quæ ipſa ſuſpicionem
moveat, veterem ſcripturam talem fortaſſe fuiſſe καὶ
τὸν παῖδα δὲ περιορᾷν, ubi vim habuerit illa particu-
larum καὶ & δὲ cumulatio opportunam huic loco,
atque etiam, quin etiam. ἐν αὐτῇ τῇ χρήσει.
κρίσει habebant edd. ſcriptique noſtri omnes. Vbi
Wolfius adnotavit: „ἐν αὐτῇ τῇ κρίσει, *in ipſo judi-*
„*cio*. Non placet, ac ne συγκρίσει quidem. Quid
„vero ſi χρήσει?“ Et in verſione quidem idem
Wolf. συγκρίσει expreſſit, *in ipſa comparatione*: ego
vero χρήσει adoptare non dubitavi, *in ipſo uſu &*
actione, *in adplicatione præcepti ad ipſum vitæ uſum*.
Pari modo χρῆσιν in κρίσιν mutatum a librariis vi-
dimus p. 2. c. καὶ τῆς δυνάμεως &c. Wolfius aut
abundare particulam καὶ exiſtimaverat, aut indicio eſ-
ſe, prius membrum orationis ante καὶ intercidiſſe,
verbi cauſſâ, τῆς τε Φύσεως τῶν πραγμάτων, quod
& in verſione expreſſit. At poteſt percommode καὶ

p. 112 pervulgarâ notione, *etiam*, *simul*, locum suum tueri.
a τοῦ ἐν τῇ τοῦ ἐλαίου &c. τὸ ἐν τῇ τοῦ ed. Ven. cum Mssris. ubi Wolfius τοῦ τε ἐν τῇ τοῦ corrigebat. Ego, τε ut minus necessarium omittens, τοῦ utique adoptandum putavi, cum genitivum postularet verbum καταφρονήτει. Heinsius, τὸ tenens, temere dein articulum τῇ præterniſit. οὔτε δι' ἐκείνων ἔτι προκόψαι. Perperam οὔτε δ' ἐκείνων ed. Ven. cum Pb. & Pi. ubi Wolfius οὐτ' ἐπ' ἐκείνων correxit, quod Heinsius adoptavit: non incommode id quidem, licet προκόπτειν non tam ἐπὶ τινὸς, quam ἐπὶ τινὶ, græce dici soleat. Sed quoniam in δι' ἐκείνων meliores libri (Arg. Pa. Pc. aliusque in Vpc. laudatus) consentiunt, recipere hoc debui. Nam, quemadmodum προκόπτειν τινι, & ἐν τινὶ, & ἐπί τινι dicitur; sic & προκόπτειν διά τινος dici potuisse putavi, quamquam hujus constructionis aliud exemplum in promtu non habeo: ac potest saltem δι' ἐκείνων προκόπτειν idem valere ac προκόπτειν διὰ τὸ
b ἐν αὐτοῖς (vel δι' αὐτῶν) γυμνάσασθαι. οὐκ ἀσφαλὲς πρὸς τὸ σπάνιον παραβάλλεσθαι &c. Minus commode Wolfius verbum παραβάλλεσθαι *comparandi* notione accepit, quod ita nunc accipiendum erat, quemadmodum apud Polybium sæpius observavimus, ut *audere* denotet, *contendere*, *congredi cum periculis*, & similia. conf. infra, p. 130. a.

ὡς ἀπὸ τῶν μικρῶν ἀρξάμενον. Corrupte olim ὡς τοὺς ἀπὸ τῶν μικρῶν ἀρξαμένων ed. Ven. ubi τοὺς — — ἀρξαμένους legere jusserat Wolf. quod & ex conject. commendatur in Vpa. & Vpc. atque sic scriptum in Ms. Pi. incommode id quidem: sed in ἀρξάμενον consentiunt cæteri codd. omnes, Arg. Pa. Pb. Pc. & alii e quibus hoc adnotatum in Vhab. & Vpabd. Simul tamen articulum τοὺς in plurali tenent Pa. & Pc. quem cum singulari permutavit Heinsius, τὸν ἀπὸ τῶν μικρῶν ἀρξάμενον edens. Recte vero articulus ille prorsus abest in Arg. & Pb. & ut delendus notatur in Vhb. & Vpbd. quos secutus
c sum. γυμνασώμεθα in subjunct. dedere quinque nostri codices cum ed. Ven. γυμνασόμεθα ed. Heins. quod & ipsum ferri quidem poterat, si libri dedissent, sed his invitis non erat obtrudendum. προ-

επινο-

ἐπινοεῖν γὰρ δεῖ, φησὶ, τῇ φαντασίᾳ. Pro δὴ, p. 112 c quod erat in editis, recte δεῖ dedere quinque noſtri codices. φησὶ bene correxit Heinſ. cum φασὶ haberet ed. Ven. conſentientibus Msstis; quod ferri h. l. nullo modo poterat, quoniam manifeſte referendum erat hoc verbum ad Epicteti præceptum, in Enchiridii contextu comprehenſum. Cæterum & aliâs perſæpe (in ipſo præſertim Enchiridio, & in Epicteti Diſſertt.) pari modo confuſa φασὶ & φησὶ a librariis vidimus. προεπινοεῖν vero ego ex conject. recipiendum putavi, cum προσποιεῖν uno conſenſu darent ſcripti noſtri editique. Et προσποιεῖσθαι quidem pulcre noveram certâ quadam notione *fingere* ſonare; quem uſum ſpectans vir doctus in Vha. & Vpa. adnotavit hoc loco, videri ſibi προσποιοῦ pro προσποιεῖν legendum; nempe & verbum in paſſivo vel medio poſitum volens, & imperativum requirens, quoniam non δεῖ, ſed δὴ in ed. Ven. legebatur. At, ne id quidem ferri poſſe, intelliget quisquis conſideraverit, verbum προσποιεῖσθαι nonniſi ita pro *fingere* uſurpari, ut *fingere* idem ac *ſimulare* valeat, quod non erat hujus loci. Iſtam vero dictionem προσποιεῖν τῇ φαντασίᾳ, pro eo verbo, quod in Enchiridio hîc habemus, ἐνθυμεῖσθαι, nullo prorſus modo agnoſcere græci ſermonis uſus videbatur. Itaque, quemadmodum Stobæus, idem Epicteti præceptum, de quo hîc agitur, ex Enchiridio citans, pro ἐνθυμοῦ, quod eſt in Enchiridio, προεπινόει poſuit; (Serm. XIX. p. m. 167.) ſic, Simplicium προεπινοεῖν γὰρ δεῖ ſcripſiſſe, ſuſpicari licebat: quæ ſuſpicio tanto probabilior videri debuit, quo facilius librarii ex προεπινοεῖν in προσποιεῖν aberrare potuerunt. Cui accepit, quod mox conſentientibus libris noſtris omnibus apud eumdem noſtrum Simplicium ſequitur καὶ χρὴ προσεπινοεῖν, id eſt, *& oportet ſimul* (vel *inſuper*) *cogitare;* quod ipſum verbum προσεπινοεῖν haud obſcure ad præcedens verbum ἐπινοεῖν, *cogitare*, vel προεπινοεῖν, *ante cogitare*, referebatur. Denique, uſum hoc loco eſſe Simplicium verbo cum πρὸ præpoſitione compoſito, inde etiam probabile fiebat, quod rurſus p. 113. c. ubi idem præceptum repetit, pro ſimplici verbo ἐνθυμεῖσθαι, quod eſt in Enchiridio, conſulto & ſignificanter compoſito verbo προενθυμεῖ-

p. 112 c θυμεῖσθαι utitur, rursusque προϋπογράφειν & προελπίζειν p. 114. a. Quæ rationum momenta quisquis in unum contulerit, de veritate nostræ emendationis vix dubitaverit. Possem, quo magis etiam eadem firmaretur, provocare ad id quod in Vpc. adnotatum inveni; ubi verba ista, quæ in ed. Ven. leguntur, προσποιεῖν γὰρ δή φασι, sic corriguntur, προεπινοεῖν γὰρ δεῖν φησι, adjectâ notâ γρ'. quæ indicare solet, ex Msto libro ductam esse emendationem. At, ne quid dissimulem, quum tria correcta verba sint, primum προεπινοεῖν, alterum δεῖν, (pro quo δεῖ, puto, scriptum oportebat) tertium φησὶ; vereor, ne nota illa γρ'. ad solum verbum δεῖ, quod & nostri codices dabant, non simul ad reliquas duas emendationes pertineat: nec tamen injucundum fuit videre, in eamdem nobiscum cogitationem de emendando vulgato verbo προσποιεῖν incidisse doctum virum, qui illam emendationem proposuisset. καὶ χρὴ προσεπινοεῖν. Sic uno consensu dedere quinque nostri codices, pro προεπινοεῖν quod erat editum. Eadem scri-
p. 113 a ptura προσεπιν. adnotata in Vhb. & Vpb. μὴ οὕτω καλῶς αὐτῷ εἶναι * τὸ ἐμὲ ταραχθῆναι. Vulgo absque defectus notâ scribuntur ista; & cum editis consentiunt scripti nostri, nisi quod in Pa. plura desint: sic enim ille μὴ οὕτω καλῶς αὐτῷ τοὺς ἀρχομένους παιδεύεσθαι, omissis mediis. Male sanam esse vulgatam scripturam videns Wolfius, expeditissimam proposuit medicinam, ὥστε ἐμὲ ταραχθ. Mihi vero videbatur, verba nonnulla in eorum sententiam, quæ sunt in Enchiridio, intercidisse, ac fortasse sic scripsisse Simplicium, ὥστε ἐπ' ἐκείνῳ εἶναι τὸ ἐμὲ ταραχθῆναι. Sic nimirum factum fuerit, ut a priori εἶναι ad alterum aberraverit fugitivus oculus librarii, cujus de exemplo error ille nostros in codices propagatus est.

νήφειν ποιεῖ καὶ μεμνῆσθαι. Respicit illud Epicharmi, Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν &c. laudatum Polybio, XVIII. 23, 4. & XXXI. 21, 14. παρεσκευασμένον recte dedere Pb. Pc. Pi. παρασκευα-
b σμένον edd. cum Arg. & Pa. πιλεῖ (id est, *comprimit*, sive *obtundit*) uno consensu cum ed. Ven. dant scripti omnes. Temere πολεῖ ed. Heins. ex codice Nansia-

Nanſiano puto; nam pariter πολεῖ notatum eſt in p. 113
Vhb. & Vpb. τὴν σύγκρισιν τοῦ τε σώμα]ος καὶ τοῦ b
πνευμ. Nil mutant libri; niſi quod corrupte & invitis Msstis ἐπὶ pro τὴν habet ed. Ven. *Temperamentum corporis & ſpiritus* vertit Wolf. non male. Similiter τὴν κρίσιν τῶν ἐκ]ὸς (*exteriorum corporis partium*) πρὸς τὰ ἐν]ὸς dixit infra, p. 138. c. ubi commode idem Wolf. *temperiem & proportionem* vertit. Vicino vocabulo, τὸ σύγκριμα, *conſtitutionem & naturam* hominis, quatenus variis ex partibus *mixta* eſt, dixit M. Antonin. VII. 67. καὶ ταῦτα, *quamvis*, vel *quantumvis*, ut recte vertit Wolf. Pro ἔπεσθαι, corrupte ἔσεσθαι habet unus Pa.

Ad μετὰ τὸ γενέσθαι intellige τὴν μείωσιν, ut c
monuit Wolf. Referenda autem illa verba ad ἐπιλέγειν. Sic p. 114. b. ait, ἀλλ' ἀρκεῖ γενομένου ἐπιλέγειν, *ſed ſatis eſt, ſi, poſtquam id accidit, dicas tecum ipſe.* προῖκα δὲ οὐδὲν παραγίνε]αι. In παραγίνεται & h. l. & pag. 114. a. libri conſentiunt omnes, & potuit quidem ita ſcribere Simplicius, quamvis Epictetus in Enchiridio aut περιγίνεται aut nude γίνεται poſuiſſe videatur; (Vide Var. lect. ad Enchir. cap. 12, 2. & Heyn. ad eumdem locum.) at ſupra p. 41. a. iidem libri omnes in περιγιν. conſentiebant; &, quod alibi (verbi cauſſa p. 115. a.) iidem omnes rurſus παρὰ pro περὶ habent, id ſane non Simplicio auctori tribui debet, ſed librariorum errore commiſſum eſt: quare & h. l. eorumdem librariorum culpâ idem peccatum potuit committi. Poſt προσενθυμεῖσθαι, verbum δεῖ, temere ab Heinſio omiſſum, adjeci librorum omnium veterum fide cum ed. Ven. conſentientium. Pro προσενθυμ. vero perperam προθυμ. habent Arg. & Pb. καλοῦν]ος τὸν οἰκέτην. Exſpectaſſes καλοῦν]α in accuſ. Sed in καλοῦν]ος conſentiunt libri: & ſolent græci genitivis abſolute poſitis quovis fere modo uti; & hoc loco vitanda erat ambiguitas, cum ſequeretur τὸν οἰκέτην in accuſativo. ὅτι οὐ πάν]ως. Sic edd. cum Msstis: ubi Wolfius ὅτι ἢ πάν]ως οὐχ ὑπακ. maluerat, commode id quidem; ſed & ferri vulgatum poterat. In uno Arg. pro οὐ πάν]ως corrupte οὕτως ſcriptum video.

καλῶς

p. 114 a καλῶς ἔχοι ἄν, ὡς ἐπ' ἀμφοῖν ἀμφοτέρων προστεταγμένων ἀκούειν. Corrupte καλῶς ἔχων ἐπ' ἀμφοῖν ἀμφοτ. προστεταγμ. ἀκ. ed. Ven. ubi Wolfius emendabat καλῶς ἔχον ἐπ' ἀμφ. τὸ τῶν προστεταγμένων ὑπακούειν, cui tamen emendationi & ipsum se diffidere significavit. Cum ed. Ven. consentiunt scripti libri omnes, nisi quod post ἔχων particulam ὡς inserant; quam adscisens Heinsius sic edidit, καλῶς οὖν ἔχον, ὡς ἐπ' ἀμφοῖν ἀμφοτ. προστετ. ἀκούειν. At οὖν nec libri agnoscunt; nec, quid hoc loco promoveat, video; nec ἔχον commodum erat, quia sic tota periodus verbo finito carebat. Ego vero, ἔχων, quod est in libris, in ἔχοι ἄν mutato, & commode fluere orationem putavi, & eam exsistere sententiam, quam haud dubie in animo habuerat Simplicius. Verborum seriem naturalem hanc intellige: καλῶς ἔχοι ἄν, ἀκούειν ἀμφοτέρων ὡς ἐπ' ἀμφοῖν προστεταγμένων, *recte factum fuerit, si utrumque ita intelligamus quasi de utroque fuisset præceptum*, id est, *si utrumque ita intelligamus, quasi ad utrumque præceptum pertineret.* Pari modo verbum ἀκούειν cum aliâs usurpat noster, tum p. 189.
b c. & 280. b. καὶ ὅτι ἐπὶ τῶν μιρ. Exspectabam ὅτι καὶ; sed in καὶ ὅτι consentiunt omnes: ubi, si recte posita est καὶ particula, referri huc e superioribus verbum ἐνόμισε debebit, ut intelligatur καὶ ἐνό-
c μισεν ὅτι &c. νοῦν ἔχων. Perperam νοῦν aberat in ed. Ven. ubi ἐκὼν ἔχων emendaverat Wolf. sed in νοῦν consentiunt scripti omnes cum ed. Heins. τοῦ ἀδιαφόρως προῖεσθαι. Sic correxi ex Wolfii conject. pro τοῦ ἀδιαφόρου, quod habebant edd. cum Msstis. In uno Arg. magis etiam corrupte τοῦ διαφόρου scriptum. Eamdem vocem ἀδιαφόρως Polybio olim restituimus, XXVI. 2, 9. ubi ἀδιαφόρως ἔχειν idem valet ac ἀδιαφορεῖν, *perinde habere*, | *rem pro indifferente habere, nil curare.*

AD CAPVT XVIII.

p. 115 a Nobis CAP. XIII. In Pf. cap. XI. In AA. Arg. & Pe. cap. XIV. In Pa. & Pd. cap. XIX. Totam priorem particulam, usque ἡλίθιος habent Arg. & Pi.

Πολλοὶ

Πολλοὶ περὶ τὰ ἐκτὸς σπουδάζομεν. Suspicatus p. 115
eram Οἱ πολλοί, *Nos vulgares homines.* Sed arti- a
culum ignorant libri; quo carere etiam possumus. Perperam vero παρὰ edd. & Mssti: quod haud dubie in περὶ fuit mutandum, quemadmodum etiam correctum in Vpc. Alibi recte in σπουδάζειν περί τι consentiunt omnes, ut p. 6. extr. & sq. p. 118. b. Conf. supra ad p. 113. c. ὄντως recte ed. Heins. b
ut correxit Wolf. Et sic Arg. & alii. Perperam οὕτως ed. Ven. πάντως Ms. Pa. ἀπολῆφθῆναι correxi, præeunte Arg. Perperam alii ἀπολειφθῆναι cum edd. quæ verba & alibi frequenter confusa a librariis vidimus. ἀποβλέποντα recte ed. Heins. & sic (ni fallor) habet Pa. ac forsan & alii. Perperam ἀποβλέποντες ed. Ven. cum Arg. At deinde in ἐπόμενον, c
quemadmodum & paulo ante, & paulo post, in ἑαυτὸν consentiunt omnes.

Μηδὲν βούλου δοκεῖν &c. Est *Continuatio ejusdem Capitis* XVIII. ex distributione Wolfiana, & capitis XIII. nostræ editionis. Et ad superius caput refertur pariter hoc segmentum in codd. Pe. & Pf. & in AA. id est in Argentinensi, ubi initio voluminis integrum Enchiridion continuo tenore exhibetur. Sed separatur a superioribus in Codicibus Simplicianis, & in Pa. Pd. & Pg. Numeraturque in cod. Arg. cap. XV. in Pa. vero & Pd. cap. XX. Definit Arg. in verbis κἂν δόξῃς τις εἶναι. Pc. vero in ἴσθι γὰρ.

Πολὺς λόγος ἐστι. Πολὺς ὁ λόγος ed. Ven. cum p. 116
Pi. quod probum foret, si λόγον nunc *sermonem* de- a
notaret. At commodius articulum alii cum ed. Heins. hoc loco omittunt, ubi dictio illa, πολὺς λόγος ἐστὶν αὐτῷ ποιεῖν τοῦτο, denotat *vehementer in eo elaborat ut hoc efficiat*, quemadmodum recte Wolfius interpretatus est. Simili ratione Arrianus in Epist. ad L. Gellium dixit, ἐμοί γε οὐ πολὺς λόγος, Ἐπικτήτῳ δ' οὐδ' ὀλίγος, *equidem parum curo, Epictetus vero ne parum quidem.* ἢ τῶν ἐκτὸς ἐπιμέλεια. Temere & invitis libris articulus omissus est in ed. Heins. ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ ἐκτός. Potest ferri ἔχειν, pro κατέχειν dictum, *tenere, adhærentem tenere rebus externis.* Sed vereor, ne ἕλκειν scriptum

p. 116 a ptum oportuerit, ut volnerat Wolf. Sic ſane & paulo poſt πρὸς τὸ ἐκ]ὸς ἕλκει habent omnes, itemque p. 106. a. & in eadem re verbum καθέλκειν habemus p. 110. b. κενὴν δοξήν. Perperam & invitis melioribus libris κωνὴν edd. ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥίζης. Sic recte Pa. cum edd. ἐπ' pro ἀπ' habet Arg. itemque alii codices, e quibus id adnotatum in Vhab. & Vp- b bed. quod quidem non probo. πρὸς τὸ ἐκ]ὸς ἕλκει. πρὸς τὰ malles cum viro docto in Vha. & Vpa. ſed nil variant libri. ἀρκουμένην οὐ συγχωρεῖ. Sic c recte Arg. & Pa. Perperam ἀρκουμένη edd. ἡ μὲν γὰρ δόκησις. Perperam ἡμῶν γὰρ δοκ. ed. Ven. Ἐπειδὴ οὖν δοκοῦμεν πολλάκις τισὶ, κἂν μὴ βουλώμεθα, τότε, φησὶν, ἀπίστει σεαυτῷ. Poſt τισὶ adjecit τι Heinſius, (ſic edens, τισί τι) invitis libris noſtris omnibus. Et potuerat quidem hoc loco vocula τι intercidere; poteras vero etiam ſtatuere, aut eodem loco aut poſt βουλώμεθα intercidiſſe duo verba εἶναί τινες: ſed & nude δοκοῦμεν πολλάκις τισὶ ſcribere potuit Simplicius, intelligendo e ſuperioribus ἐπίστασθαί τι. βουλώμεθα recte dedere Pa Pb. Pc. Pi. pro βουλόμεθα, quod habent edd. & Arg. Dein τότε γάρ φησι habebant edd. cum Pi. ubi γὰρ delevi auctoritate Msstorum Arg. Pa. Pb. Pc. Pro ἀπίστει σεαυτῷ, corrupte ἀπέστησεν αὐτῷ habet Pa. Paulo inferius, ἀπιστεῖν αὐτῷ & περὶ αὐτοῦ ſcripſi cum ed. Ven. & quinque noſtris codicibus; ubi præter neceſſitatem αὑτῷ & αὑτοῦ poſuit Heinſius. Valent enim (quemadmodum perſæpe obſervavimus) αὑτῷ & αὑτοῦ idem atque ἑαυτῷ & ἑαυτοῦ. Mox vero deinde in ἀσφαλῶς τε ἑαυτὸν conſentiunt cæteri omnes; unus Arg. αὐτὸν habet.

p. 117 a ἢ ὅλως ἀρετήν τινα. ἢ ἄλλως Arg. quod ſpeciem habere videri poſſit: ſed in vulgatum recte conſentiunt cæteri libri. περὶ τῆς τῶν ἐντὸς ἐπι- b μελείας. Facile putes τῶν ἐκ]ὸς legendum, coll. p. 115. a. p. 116. a. &c. Ac ſane frequenter a librariis, cum alibi, tum in hoc libello, permutata iſta vidimus. Sed nec ita deſperatum vulgatum, quin teneri & ipſum poſſit: & in id nunc omnes conſenti- c unt. περίσπουδον μὲν τῶν ἐΦ' ἡμῖν, καταΦρονηϛικὸν δὲ τῶν οὐκ ἐΦ' ἡμῖν ἐστιν. In περίσπουδον

σπουδον consentiunt cum ed. Ven. quinque nostri co- p. 117
dices; deinde vero iidem, cum eâdem, καταφρό- c
νησιν δὲ habent. Quæ sic corrigenda suspicatus erat Wolf. ut legeretur, σπουδὴ μὲν περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν, καταφρόνησις δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστι. Pro περίσπουδον, in Vha. & Vpab. περισπούδαστον corrigitur, nescio utrum ex Msto, an e conjectura; in Vpc. vero eadem scriptura haud obscure ut e Msto codice ducta adfertur, adjectâ notâ γρ'. sed ibidem vir doctus suâ e conjecturâ περὶ σπουδὴν correxit. Ac sane istud περισπούδαστον (ut taceam, quinque veterum codicum auctoritate reprobatum) vel hoc nomine ferendum non erat, quod, per ipsam vocis formam, notionem passivam habebat, cum activa notio manifeste h. l. desideraretur. Quod si vero mutandum περίσπουδον erat, expeditissima ratio illa videri debebat, quæ est a viro docto, ut dixi, in Vpc. proposita: qua eâdem, sive in codice Nansiano reperta, sive suo ingenio fretus Heinsius usus est, sic edens, περὶ σπουδὴν μὲν τῶν ἐφ' ἡμῖν, καταφρόνησιν δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν. Vbi hæc verborum intelligi constructio poterat, ἐστὶ περὶ σπουδὴν μὲν τῶν ἐφ' ἡμῖν, περὶ καταφρόνησιν δὲ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν: quarum phrasium prior illa quidem, ἐστὶ περὶ σπουδὴν, haud satis commoda videri debebat, quoniam non tam εἶναι περὶ σπουδήν τινος, quam nude εἶναι περί τι, pro σπουδάζειν περί τι, græce dici solet; sed utcumque tamen ferri ista scriptura potuisset, si aut libri dedissent, aut si necesse fuisset vocem περίσπουδον mutare. At mihi tenendum utique id vocabulum vel hoc ipso videbatur, quod, quamquam rarius occurrens, probum tamen per se erat, & aptam huic loco notionem offerebat; ut non verisimile esset, in locum scripturæ per se facilioris & obviæ (περὶ σπουδὴν) per librariorum sive imperitiam sive incogitantiam illud irrepsisse. Sed hoc servato, teneri deinde καταφρόνησιν non poterat; quod vocabulum ex καταφρονητικὸν corruptum esse, quod alteri περίσπουδον apte oppositum foret, non suspicatus modo sum, sed eo facilius etiam mihi persuasi, quod meminissem, terminationem præsertim illam ικος, ικον, miro scripturæ ductu olim pingi solitam, sæpe fraudi fuisse posterioribus librariis, ut

ικος

p. 117 c ικος & ικον pro ις & ιν perperam acciperent. In eamdem vero cogitationem incidisse virum doctum vidi, cujus notulæ exhibentur in Vha. & Vpa. ubi ad καταφρόνησιν notatur „forte καταφρονητικόν.“

τῷ παιδευομένῳ. Rursus perperam, & invitis quinque nostris libris, τῷ πεπαιδευμένῳ erat in edd. εἰ μέλλοι. Sic ed. Ven. cum Msstis. Temere εἰ μέλλοις ed. Heins.

AD CAPVT XIX.

p. 118 a Nobis CAP. XIV. sect. 1. In Pf. Cap. XII. In AA. & Pe. cap. XV. In Arg. cap. XVI. In Pa. & Pd. cap. XXI. Definit Arg. in verbis τὰ γὰρ μή, & in eisdem Pc.

b In τὰ σαθρὰ nil mutant libri; ubi καὶ σαθρὰ malebat Wolf. Βουλομ. οὖν ἀποτρέψαι. Prætuli hoc, quod dedere Arg. & Pb. conf. p. 122. b. Cæteri h. l. ἀποστρέψαι cum edd. τὸ πάντως περιποιεῖσθαι. Abesse articulum malueram, quem tenaciter servant omnes. ἑαυτοῖς δυνάμεθα περιποιεῖν. Sic recte ed. Ven. cum Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. (In Pa. perperam omissa tota phrasis, ὧν γὰρ — — δυναμ. περιποιεῖν.) περιποιεῖσθαι tamquam ex aliis Msstis ductum citatur in Vhab. & Vpabcd. & sic edidit Heins. ex codice Nanniano; nescienς scilicet, verbum medium nude positum idem valere ac verbum activum cum pronomine reciproco, & vice versa, adeoque περιποιεῖν ἑαυτοῖς idem valere ac nudum περιποιεῖσθαι. Nec vero mirum videri debet, si librarii nonnulli, cum paulo superius περιποιεῖσθαι scriptum vidissent, eamdem verbi formam temere h. l. repetie-

p. 119 a runt. Quid sit vero, quod continuo deinde rursus τὸ περιποιεῖσθαι ἡμῖν idem Heinsius ediderit, id quidem prorsus nulla ratione adsequor. Nam ibi in τὸ δοῦναι ἡμῖν consentiunt cum ed. Ven. quinque nostri codices, neque varietatis quidquam in Vhab. aut Vpabcd. adnotatum; &, si vel maxime aliud verbum desiderabas, περιποιεῖσθαι in medio minime ferri hoc loco poterat, sed περιποιεῖν in activo oportebat, quod idem ac δοῦναι valebat. conf. mox cap. 20. & p. 120. a. c. ὅταν ἐπέλθῃ. Tenui hoc, ab Heinsio

sio sic editum, quemadmodum grammatica ratio, & p. 119
constans politiorum scriptorum usus postulabat. At a
restituendum tamen fortasse suum Simplicio fuerat, qui ὅτε ἐπέλθῃ scripsisse videtur. Certe in hoc consentiunt cum ed. Ven. codices nostri ad unum omnes; nec diversum quid adnotatum in Vhab. aut Vpabcd. Parique ratione non solum εἰ particulam, contra aliorum usum, cum conjunctivo a Simplicio nostro construi solitam vidimus p. 55. b. (ubi Notam vide) verum etiam probabile esse docuimus, ipsam particulam ὅτε pariter cum subjunctivo ab eodem fuisse constructam p. 63. c. nisi ibi ὅτε εἴη, & hîc ὅτε ἐπέλθοι in optativo fuerit legendum.

ὁ τὸν οἰκέτην ἀπαιτῶν. Wolfium secutus sum, sic corrigere jubentem, cum mendose ὅταν οἰκέτην ἀπαιτῶν habuisset ed. Ven. consentientibus Mss. tis. Alia ratio Heinsio placuit, qui ὅστις οἰκέτην ἀπαιτεῖ suâ auctoritate edidit. τὴν κατὰ τὸ b
ἄλογον τὸ ἑαυτῆς ζῶσαν ψυχὴν (ὅπερ ἐστὶ κακίαν ψυχῆς) μὴ πλημμελῶς ἐνεργεῖν, καὶ μὴ τὰς &c. Sic scripsi ex quinque codicum nostrorum consensu, nisi quod μὴ ante πλημμελῶς ex conjecturâ adjeci, & verba ὅπερ ἐστὶ κακία ψυχῆς in parenthesi posui. In ὅπερ consentit ed. Ven. sed pro κακία ψυχῆς perperam illa κακίας ψυχῆς habet, quod & Wolfius & Heinsius & viri docti in Vhab. & Vpabcd. intactum reliquerunt. Cæterum, cum μὴ ante πλημμελῶς abesset, Wolfius sic emendabat, ἅπερ ἐστὶ κακίας ψυχῆς πλημμελῶς ἐνεργεῖν, quæ verba jungenda ille censuit, & cum in suo exemplari editionis Venetæ, tum in latina versione, parentheseos signis inclusit; (*siquidem animi vitium est, perperam agere*) tum vero, pro καὶ μὴ τὰς, inverso ordine μὴ καὶ τὰς legebat. Cui, quod ad priorem emendationis partem, morem gerens Heinsius sic edidit: τὴν — — ζῶσαν ψυχὴν, ἅπερ ἐστὶ κακίας ψυχῆς πλημμελῶς ἐνεργεῖν, καὶ μὴ τὰς &c. parum utique commode. Mihi, ut expeditissima, sic certissima ratio medendi laboranti loco ea visa est, quam secutus sum; quam eamdem, quod ad inferendam quidem μὴ particulam adtinet, viro etiam docto in Vha. & Vpa probatam fuisse video. ἀποτυγχάνουσα λυπεῖν. Perperam ἀποτυγχάνον

p. 119 c ed. Ven. τὴν ἑαυτῶν σπουδὴν. Temere vocem ἑαυτῶν prætermisit Heins.

AD CAPVT XX.

Nobis est *sect.* 2. CAP. XIV. Et pariter cum superiori capite jungitur in AA. in Pe. & in Pf. Separatim exhibetur cum in aliis codicibus Simplicianis, tum in Arg. sed in hoc quidem proprio numero non distinguitur. In Pa. vero & Pd. numeratur cap. XXII. Definit Arg. in verbis τῶν ὑπ' ἐκείνου: Pc. vero in ἢ ἀφελέσθαι.

p. 120 b καὶ ὧν ὀρέγεται. Merito sic correxit Heinsius, præeuntibus Wolf. & viris doctis in Vha. & Vpac. Perperam ὀρέγεσθαι scripsere librarii nostri omnes, a sequentibus infinitivis in errorem inducti. ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ. ἵνα μὴ ἐπαναγκῇ Pa. quod ex ἐπενέγκῃ (ab ἐπιφέρω) corruptum videri poterat. Sed in vulgata, c quam tenent alii omnes, adquiescendum. ἐφ' ἡμῖν ἐστιν ἐκεῖνα. Sic recte ed. Ven. cum uno e nostris Pb. Cæteri omnes corrupte ἐστιν ἐπέκεινα. ἵνα ἐκκλίνωμεν τὰ φευκτά. Poteras καὶ ἵνα suspicari; sed copulam libri omnes ignorant, nullo sane incommodo.

p. 121 a τὸν λόγον κινήσασα, *rationem movens.* An νικήσασα, *superans?* Si verum vulgatum, quod mutare quidem non ausim, erit κινήσασα *loco movens, de statu dejiciens.* τοὺς κατ' αὐτὸν οὐσιωμένους. αὐτὸν omnino fuit corrigendum, (nempe τὸν λόγον,) & sic primum fuisse videtur in Arg. dein in αὐτὴν mutatum, quod inepte habent cæteri scripti cum editis, quasi diceret, *hominis essentiam ἐν τῇ ἀλόγῳ ὀρέξει inesse*; quem toties inculcat κατὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν οὐσιωμένον. vide p. 2. b. 4. b. 5. a. 14. c. &c. Miratus eram, perspicacissimo Wolfio non notatum id mendum: sed ille quidem, quamquam græca intacta reliquit, in versione tamen perspecte diserteque verum expressit, *nobis ipsis, quorum natura pendet a ratione.* σὺν ἐκείνῳ δουλεύει. Vno verbo συνδουλεύει Pa. omissa voce ἐκείνῳ. Cæteri re- b cte vulgatum tenent. ταῖς ἀκολάστοις καὶ ἀδίκοις καὶ ἀλλοκότοις προστάξεσι. Corrupte τοῖς ἀκολάστων

λάστων καὶ ἀδίκοις ed. Ven. cum Pb. Pc. Pi. ubi ἀκο- p. 121
λάστοις correxit Wolfius, τοῖς intactum sinens; & b
sic ἐν τοῖς ὕπνοις τοῖς ἀκολάστοις edidit Heinf. at manifeste ταῖς oportebat, ad προστάξεσι referendum simul cum duobus sequentibus adjectivis. τοῖς ἀκολάστων ἀδίκοις habet Pa. omissa καὶ copula; τῶν ἀκολάστων καὶ ἀδίκοις καὶ ἀλλοκότους Arg. In ἀλλοκότοις, quod ad terminationem adtinet, cæteri libri cum editis recte consentiunt: mendose vero ἀλοκ. simplici λ scripsit Pa. cum ed. Ven. τούτων δεσποτῶν. τούτων τῶν δεσποτῶν malebam. ὅταν αὐτοῖς ὑποταγῶμεν. Perperam ἀποταγῶμεν ed. Ven. & Mss. Arg. nescio an & alii. Desiderabam ἅπαξ ὑποταγῶμεν, e quo fortasse istud imperite contractum est. πρὸς τὸ τυχεῖν ἢ ἐκκλίνειν ὧν — — κελεύουσι. Si c
ad solum verbum ἐκκλίνειν referretur relativum pronomen, ἃ oportebat, quia ἐκκλίνειν cum accusativo construitur, quemadmodum ἐκκλίνειν τὰ φευκτὰ ait p. 120. extr. cf. p. 215. b. c. Sed simul & quidem primo loco ad τυχεῖν refertur id pronomen; & constructio sic accipienda, ὧν τυχεῖν ἢ ἐκκλίνειν κελεύουσι.

AD CAPVT XXI.

Nobis CAP. XV. In Pf. cap. XIII. In AA. & Pe. cap. XVI. In Arg. cap. XVII. In Pa. & Pd. cap. XXIII. Definit Arg. in ἐκείνας τὴν χεῖρα: Pc. vero in ἐκείνας τὴν.

καὶ τέκνα, καὶ ἀρχὴν. καὶ τὰ τέκνα edd. Ar- p. 122
ticulum recte ignorant Arg. & Pa. Ante ista verba b
Wolfius in versione *uxorem* nominavit; ac facile credas sic scripsisse Simplicium, γυναῖκα καὶ τέκνα: in Enchiridio quidem *uxor* post *liberos* nominatur. At γυναῖκα in græcis Simplicii verbis non magis agnoscunt scripti nostri libri, quam editi. ἀφαιροῖτο scripsi cum Arg. Pb. Pc. Pi. Perperam ἀφαιρεῖτο edd. & Pa. quod ex ἀφαιρεῖται corruptum videri poterat. μὴ κάτεχε ed. Heinf. cum Arg. Pb. & Vhab. & Vpcd. ex Msto; recte: nam imperativum postulabat id quod sequitur, μὴ βιάζου — — μηδὲ δυσχέρανε. μὴ κατέχειν ed. Ven. cum Pa. Pc.

p.122 c Pi. πρὸς αὐτοῖς ὅλος γίνου. ὅλος correxi cum Wolf. & Vpton. ad Enchir. cap. 15. Vulgo ὅλως edd. & Mssti. conf. ad p. 4. b. & p. 126. a. τὴν ἑαυτοῦ ed. Ven. cum Msstis. Id præter neceſſitatem in τὴν σαυτοῦ mutavit Heinſ. quod ille fortaſſe in cod. Nanſ. adnotatum invenerat, adnotavitque alius vir doctus in Vpa. τεταγμένως, ut ex conject. legebat Wolf. ſic dedere Arg. & Pa. Perperam τεταμένως edd. καὶ μετέχονϛος ἑκάστου τῶν ἀπονεμομένων. Nil mutant libri, niſi quod μετέχουϛα habet Pa. Suſpicabar μετεχόνϛων, jungendum cum συναγομένων, ut ἑκάστου τῶν ἀπονεμ. regeretur a μετεχόνϛων, *qui participant de omnibus quæ ab illo adpoſita ſunt.* Sed nihil incommodi habet vulgatum μετέχονϛος ἑκάστου, *quorum quisque ſuam partem capit*, τῶν ἀπονεμομένων ὑπ' αὐτοῦ, *eorum quæ ab illo adponuntur & distribuuntur*, προσφόρως ταῖς οἰκείαις ὀρέξεσι, (nempe, *capit quisque ſuam partem*) *congruenter ſuo adpetitui.*

p.123 b Κράτης. Sic Pa. Pc. & Pi. cum edd. Σωκράτης Arg. & Pb. quæ ſcriptura & in Vhab. & Vpabd. adnotata. Sed *Cratetem* præſertim ſæpius aliâs, eodem reſpectu, cum Diogene nominat Simplicius. vide p. 50. b. p. 102. a. 112. b. &c. conf. p. 64. c. ἀπόστηθι, Φησὶ. Sic uno conſenſu Mssti. Arg. Pa. Pb. Pc. itemque Vhab. & Vpac. Φησὶ abeſt in ed. Ven. & Ms. Pi. Neſcio quo auctore ἀπόστηθι, ἔφη, edidit Heinſ. ὑπ' αὐτὸν θερμαινόμενος. Sic recte Arg. Pa. Pb. Pc. itemque Vhab. & Vpab. Corrupte ἐπ' αὐτὸν ed. Ven. & Pi. Minus feliciter ὑπ' αὐτοῦ emendabat Wolf. & vir doctus in Vpc. Suâ auctoritate αὐϛὸν θερμαινόμενος edidit Heinſ. ὑπὸ τὸν ἥλιον eſt *ſub ſole, in ſole.* καὶ τὸν Διογένην γενέσθαι. Sic correxi, cum κατὰ Διογένην mendoſe daret Arg. & κατὰ τὸν Διογένην ed. Ven. Pa. Pb. Pc. Pi. Satis quidem etiam fuerat καὶ Διογένην absque articulo. τὸν Διογένην absque καὶ vel κατὰ edidit Heinſ.

c ἡ δὲ ἐξαίρεσις αὐτῶν &c. Verborum iſtorum vim & ſententiam non ſatis perſpicio; nec, eſſe ſana atque integra omnia, præſtare auſim. Nihil vero mutant libri noſtri. Latine iſta reddidi, quam commodiſſime potui. τὸ κυρίως ἄρχον. Deſunt duæ voces τὸ κυρίως

ρίως in Arg. ὑπεριδόντες τούτων. Corrupte τοῦ- p. 123
τον ed. Ven. cum Msstis; ubi vel τούτων vel ταῦτα c
legendum monuerat Wolf. quorum id, quod & minus probum per se erat, & magis a librorum scriptura recedebat, ταῦτα, adoptavit Heins. quod & in Vha. & Vpa. commendatur; ego haud cunctanter τούτων correxi, quod & viro docto in Vpc. probatum video. θεῖοί τε ἦσαν. Temere τε particula p. 124
omissa erat in ed. Heins. τὸ ἐν αὐτοῖς. Sic edd. a
cum Arg. & Pa. in contextu, & Pi. ἐν ἑαυτοῖς Pa. inter lineas, & Pb. quod & debuerat Pc. in quo mendose quidem ἐν ἑαυτῇς. πάντων ἀκρότατον. Placuit hoc, quod dedere Arg. & Pb. quod & ex aliis codd. laudatur in Vhb. & Vpbc. idque ipsum haud dubie etiam debuerant Vha. & Vpa. in quibus ἀκρότατος. Ferri quidem etiam poterat ἀκρότης, quod est in edd. & in Pa. sed potest etiam hoc ex illo decurtatum esse a librariis, compendium scripturæ in fine vocis parum adsequentibus. In Pc. etiam nunc compendiose ἀκρό scribitur, littera τ in fine superne adposita, terminatione vocis prorsus omissa.

AD CAPVT XXII.

Nobis CAP. XVI. In Pf. cap. XIV. In AA. & b
Pe. cap. XVII. In Arg. cap. XVIII. In Pa. & Pd. cap. XXIV. Definit Arg. in verbis ἀποδημοῦντος τέκνου: Pc. vero in πρόσεχε μή σε.

ἐπιδεικτικὸν restitui ex ed. Ven. consentien- e
tibus Msstis; quod præter rem Wolfius in ἐπιδεκτικὸν mutandum censuit, & *avidè arripere* interpretatus est: cui temere morem gessit Heinsius, ipsum ἐπιδεκτικὸν in contextu ponens. Est ἐπιδεικτικὸς, *ad ostentationem comparatus:* &, cum de homine agitur, *glorioſum* haud absurde interpretaberis. ἐννοοῦντα edd. cum Pc. & Pi. ἐννοοῦντας Arg. Pa. & Pb. quod vide an ferri possit, cum præcedant singulares πρόχειρον & ἐπιδεικτικόν. Mox quidem in ἀσφαλῇ nonnisi unus Pi. cum editis consentit; & ἀσφαλεῖς pariter in plurali habent Arg. Pb. & Pc. sed ἀσφαλῶς Pa. Ita perpetuo variant in vocum

p. 124 terminationibus. αὐτῷ τοῦ τέκνου. Placuit articu-
c lus interſertus in Arg. & Pb. quem ignorant alii cum edd. ἀπολωλεκότος τὰ αὐτοῦ. τὰ αὐτοῦ habet
p. 125 ed. Heinſ. invitis Msstis. ἔβλιβεν ἄν. Poterat abeſ-
a ſe ἄν, & deeſt in ed. Ven. & in quinque Msstis. Commode tamen adjectum ab Heinſio, expellere nolui.

c συνεπιστενάξουσα dedere quinque noſtri codd. συνεπιστενάξαυσα edd. οἷα πράγματα — — — νομίζει. Sic recte Arg. & Pa. (puto & alii.) Perperam νομίζειν ed. Ven. quod tenens Heinſius, imperite οἷα in τοῖα mutavit. προαχθῆ recte alii omnes; unus Pa. perperam προαχθῆναι. In στενάξαι recte cum
p. 126 ed. Ven. conſentiunt Msſti. Mendoſe στενάζῃ (ſic)
a ed. Heinſ. οὐδὲ γὰρ. Sic percommode veteres omnes: minus recte οὔτε γὰρ ed. Heinſ. ex cod. Nanſiano puto; nam id quoque in Vhab. & Vpbd. ex conject. adnotatum. Mox præter rationem idem Heinſius καὶ μέχρι τινὸς edidit, ubi copulam καὶ recte ignorabat ed. Ven. cum Msstis. Cohærent hæc, χρὴ μέχρι τίνος συγκαταβαίνειν: iſtud vero καὶ ἀνθέλκειν cum βοηθεῖν cohæret. ὅλος ἐκείνῳ ſcripſi cum Arg. Pa. Pb. Pc. ὅλως edd. cum Pi. cf. ad p. 4. b. & 122. c.

AD CAPVT XXIII.

b Nobis CAP. XVII. In Ms. Pf. cap. XV. In AA. & Pe. cap. XVIII. In Arg. cap. XVII. In Pa. & Pd. cap. XXV. Definit Arg. in οἷον ἂν θέλῃ: Pc. vero in μακροῦ.

c καὶ συμποσιάρχῃ τὸν διδόυσα Θεόν. συμποσιάρχην habet ed. Ven. cum Arg. Pb. & Pi. συμποσιάρχῃ vero edidit Heinſ. ex Wolfii emendatione: & ſic accipi poterat ſcriptura quæ eſt in Pc. ubi compendii cauſſâ litera χ ſuper literis αρ inter lineas poſita eſt, omiſſâ ultimâ vocali: & συμποσιάρχου, quod habet noſter Pa., ex συμποσιάρχῳ corruptum videri poterat, quod idem valeret atque συμποσιάρχῃ. Ac dativum ſane poſtulare videbatur præcedens verbum ἀπείκαζε. Ego vero, conferens cum hac phraſi illam, quæ mox p. 127. a. ſequitur, Νυνὶ δὲ σκηνῇ τὸν βίον

βίον ἀπεικάζει· καὶ δραμάτος ὑποκριτὰς τοὺς ἐν αὐτῷ p. 126 c
πολιτευομένους — — ὑπογράφει, suspicatus sum, illa verba καὶ συμποσιάρχην τὸν διδόντα Θεὸν ad sequentia esse trahenda, & ad verbum ὑπέθετο referenda; quum præsertim, quemadmodum altero loco sequitur ὅτι τὸ μὲν λαβεῖν &c. sic & hoc loco sequitur ὅτι κυρίους ἡμᾶς τοῦ λαβεῖν &c. Et in hac hypothesi συμποσιάρχου illud, quod codex Pa. habet, ex accusativo συμποσίαρχον corruptum videri debuerit. Illud unum incommodat, quod, si verba συμποσιάρχην τὸν διδόντα Θεὸν cum ὑπέθετο cohærent, non tam facile ad idem verbum ὑπέθετο referri ista possunt ὅτι κυρίους ἡμᾶς &c. quæ adeo sine regimine suspensa manerent. Quare simul oborta mihi suspicio erat, intercidisse hoc loco verbum, a quo accusativi κυρίους ἡμᾶς penderent; & tali quodam modo scriptum reliquisse Simplicium: καὶ συμποσιάρχην (vel συμποσίαρχον) τὸν διδόντα Θεὸν, ὅτι κυρίους ἡμᾶς εἴασε τοῦ λαβεῖν ἢ μὴ λαβεῖν, ὑπετίθετο. id est: *& Deum, qui res externas nobis largitur, tamquam convivatorem proposuit, quoniam is liberum nobis fecit accipere eas, vel non accipere.* Potuerat vero in eamdem sententiam brevius etiam scribi, ὅτι κύριοι ἡμεῖς &c. πῶς ἔχειν αὐτὴν χρή. Sic quinque nostri Mssti, & illi quorum scriptura adnotata est in Vhab. & Vpabcd. Cum in ed. Ven. deesset pronomen αὐτήν, Heinsius illud ita supplevit, ut ante ἔχειν poneret. ἕκαστος καὶ μεταλαμβάνει. Sic edd. & Mssti, uno Pa. excepto, in quo mendose sic scribitur, ἕκαστος μετελάμβανον. Equidem cum Wolfio suspicatus eram ἕκαστος καὶ ἀπέχεται καὶ μεταλαμβάνει.

κᾆν γὰρ πλοῦτον ἐφ' ἡμῖν ἐστι. Rursus, ut p. 127 a
sæpius alibi, sua auctoritate subjunctivum ᾖ posuit Heinsius, ubi in ἐστι consentiebant cum editione Ven. Mssti omnes, quod pro Simplicii usu ferendum erat. vide ad p. 53. a. Moxque idem editor, quum in b
κᾆν τὸ δεσπ. — — ἐφ' ἡμῖν ἐστιν rursus consentirent omnes, temere κᾆν in καὶ mutavit, verbum ἐστὶν vero prorsus prætermisit. οὐκ ἐν τῷ ὀρεχθῆναι ἢ μὴ, ἢ λαβεῖν ἢ μὴ λαβεῖν. Sic ex conject. corrigendum judicavi, pro eo, quod consentientibus libris

p. 128 a bris legebatur, οὐκ ἐν τῷ ὀρεχθῆναι ἡμῖν ἢ λαβεῖν &c. ὅταν — — ὑποκρίνωνται. ὑποκρίνονται in indicativo tenent cum ed. Ven. scripti nostri omnes. Quamvis vero paulo ante, ex librorum consensu, indicativum ἐστὶν restituerim, ad conjunctionem κἂν relatum; tuli tamen hoc loco subjunctivum ab Heinsio positum, quoniam constanter aliàs (quod quidem meminerim) ὅταν particulam cum subjunctivo construere Simplicius, ad optimorum quorumque auctorum exemplum consuevit; uno loco excepto p. 292. c. ubi eo facilius ferri verbum in indicativo potuit, quo remotius est a sede conjunctionis, quæ subjunctivum legitime postulabat.

AD CAPVT XXIV.

b Nobis CAP. XVIII. In cod. Pf. cap. XVI. In AA. & Pe. cap. XIX. In Arg. cap. XX. In Pa. & Pd. cap. XXVI. Definit Arg. in ὅτι τούτων οὐδὲν ἐμοὶ ἐπισημ: Pc. vero, in καὶ λέγε.

c Ὅταν κλαίονται ἴδῃς. Sic bene ed. Ven. & Ms. Arg. Corrupte εἶδες ed. Ven. cum Pa. In eodem vero Arg. perperam paulo ante omissæ sunt duæ p. 129 voces πρὸ τοῦ. Mox recte σύμβολός τις edd. id est, a *omen aliquod;* ubi male σύμβουλός τις Arg. & Pa. forsan & alii. συναρπασθῇς. Perperam συναρπασθεὶς Pa. ἀλλὰ χωρίσας τῶν ἀπὸ τοῦ σώματός σου. Vulgo χωρὶς τῶν edd. cum Pa. Pc. Pi. Placuit vero χωρίσας, quod est in Arg. & Pb. quod ipsum & debuerant veteres illi codices, e quibus χωρήσας enotatum in Vhab. & Vpabcd. Intelligo autem χωρίσας τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν σου τῶν (id est, ἀπὸ τῶν) ἀπὸ τοῦ σώματός σου &c. *separans bonum & malum tuum a rebus ad corpus tuum pertinentibus* &c. τὰ ἀπὸ τοῦ σώματος (nisi quid aliud etiamnunc turbatum in verbis) sunt *res corporeæ*, ut vertit Wolfius, sive c *res ad corpus spectantes.* εἰ μὴ σὺ θέλεις. Poterat, pro Simplicii usu, ferri εἰ — — θέλῃς, quod est in ed. Heins. & in Ms. Pa. Sed quoniam in θέλεις consentiunt cum editione Ven. codices Arg. Pb. Pc. Pi. restituere utique hoc debui.

AD

AD CAPVT XXV.

Nobis est CAP. XIX. *sect.* 1. In cod. Pf. cap. XVII. In AA. & Pe. cap. XX. In Arg. cap. XXI. In Pa. & Pd. cap. XXVII. Definit Arg. in καταβαίνεις ὄν: Pc. totum habet. p. 129 c

ὥστε καὶ ἐπὶ σοὶ εἶναι. Sic ed. Heinſ. ex cod. Nanſ. cum Arg. Pb. Vhab. Vpabd. Cæteri cum ed. Ven. particulam καὶ ignorant. εἰ γὰρ ἐπὶ σοί ἐστι. Recte εἰ ed. Ven. cum Msstis. Ad protaſin periodi, quæ ab εἰ incipit, refertur deinde apodoſis ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπὶ σοὶ μόνοις ἀναστρέφου. Quem orationis greſſum parum intelligens Heinſius, temere ἢ γὰρ pro εἰ γὰρ poſuit. Sed nec Wolfius iſtam orationis connexionem, nec vim προτρεπτικὴν (ut vocat Hogeveen) particulæ ἀλλὰ initio apodoſeos perſpexiſſe videtur, ut ex ejus verſione adparet. ἐὰν μὴ ἐν τοῖς ἐκτὸς τὸ ἀγαθὸν &c. Suſpicatus eram, ἐν τοῖς ἐντὸς oportuiſſe. Sed nil mutant libri: & vulgatæ ſcripturæ conſtabit puto ratio, ſi pro *niſi in rebus externis — — collocaris*, quemadmodum Wolfius interpretatus eſt, nobiscum ſic verba concipies, *ſi in rebus externis non collocaris.* p. 130 a c

AD CAPVT XXVI.

Nobis eſt CAP. XIX. *ſect.* 2. Pariter in Pf. in AA. & in Pe. jungitur hoc caput cum proxime præcedente. Sed ſeparatum eſt in codicibus Simplicianis & in Pd. & Pg. Et in Arg. quidem numeratur cap. XXII. in Pa. vero & Pd. cap. XXVIII. p. 131 a

ἢ φθονεῖ τούτοις. Pronomen τούτοις, quod in edd. deerat, adjeci auctoritate codicum Arg. & Pa. Pro τῷ νομιζομένῳ ἀγαθῷ, exſpectaveram τῷ νομιζομένῳ ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, *qui putatur poſſidere bonum.* Sed nil mutant libri; in quorum ſcriptura adquieſcendum. καὶ προκόπτειν αὐτοὶ μὴ ἰσχύοντες. Sic quatuor Pariſienſes cum edd. Sed placet Arg. copulam καὶ omittens; ut verba iſta προκόπτειν αὐτοὶ &c. non tam cum ſuperioribus cohæreant, quam ad ſequentia referantur: *cum ipſi per ſe nihil promovere valeant.* καὶ ἔστι τοῦτο φθόνος. Corrupte καὶ ἐπὶ b c p. 132 a

p. 132 a τοῦτο φθ. edd. cum Msstis; ubi vel καὶ ἐστὶ τοῦτο vel καὶ ἐπὶ τούτῳ legendum monuit Wolfius. Equidem καὶ ἐστὶ prætuli, ut respexerit Simplicius Socraticam *invidiæ* definitionem, Xenophonti memoratam, b Memorab. III. 9, 8. ὅταν δὲ περί τι τῶν ἐκ[τὸς. Deest τι in ed. Ven. & Mss. Arg. Pb. & Pi. Commode vero adjecit Heinsius ex cod. Nanf. consentientibus Pa. Pc. & aliis, e quibus id adnotatum in Vhab. & Vpabcd. Nec obstat, quod, cum paulo ante περὶ ἀρετῆς in genitivo dixerit, nunc περί τι in accusativo habent hi codices: utrumque enim recte dici p. 133 poterat. ἐλευθερίας γὰρ αὐτὸν ὀρέγεσθαι χρὴ τῆς a ἀπὸ τῶν αὐτῶν παθῶν ἀλογίστων ὄν]των πέδης. Sic ed. Heinsius adjecto vocabulo πέδης, quod in ed. Ven. quidem deerat, sed adest in Msstis nostris Arg. & Pa. (nescio an & Pb. Pc. Pi.) & alio codice Ms. adnotatum in Vpc. itemque in Vhab. & Vpbd. in quibus tamen mendose πέδοις scribitur. Dissimulare vero non debeo, impeditam utique mihi videri orationem; quæ si recte habet, naturalis verborum consecutio sic accipienda fuerit, χρὴ αὐτὸν ὀρέγεσθαι ἐλευθερίας τῆς πέδης (id est ἀπὸ τῆς πέδης) ἀπὸ τῶν αὐτῶν παθῶν &c. id est, *oportet eum adpetere libertatem a compedibus, quæ proficiscuntur* (vel *quæ imponuntur*) *ab eisdem adfectibus rationi repugnantibus.*

AD CAPVT XXVII. ET XXVIII.

b. c Nobis CAP. XX. & XXI. In Ms. Pf. cap. XVIII. & XIX. In AA. & Pe. cap. XXI. & XXII. In Pd. cap. XXIX. & XXX. Et separata pariter atque distincta in suo exemplari duo hæc capita reperisse Simplicium, ex ipso ejus Commentario p. 135. c. intelligitur. Iunguntur vero eadem & pro uno numerantur in codicibus Simplicianis, ex ratione quæ ab ipso Simplicio l. c. tradita est. Itaque caput XXVIII. (nobis XXI.) in codd. Pa. Pb. & Pi. continuo tenore adtexitur capiti XXVII. (nobis XX.) & duo simul sumta numerantur in Pa. pro uno cap. XXIX. (κεΦ. κθ'.) Et de posteriori capite nihil in rubro habent codices Arg. & Pc. sed definit Arg. in verbis ἴσθι ὅτι: Pc. vero in ἡ σή σε ὑπόληψις.

εὐτελεῖς

εὐτελεῖς recte ed. Heinſ. cum Msstis. Perperam p. 134
ἀτελεῖς ed. Ven. ὑπερεχόντων correxi ex Wolfii b
conjectura. Corrupte ὑπαρχόν]ων ed. Ven. cum
Msstis; quod ſua auctoritate in ἐπαρχόν]ων muta-
vit Heinſ. Duo verba ὑπάρχειν & ὑπερέχειν pari
modo permutata a nonnullis librariis videbimus infra
ad p. 153. a. ἀφαιροῦν]αι, ut oportebat, dedere
Arg. & Pb. & alius codex laudatus in Vpc. Cæteri
ἀφαιρῶν]αι cum edd. τοῦτό ἐστι δεινόν. Exſpecta- c
bam τοῦτό ἐστι τὸ δεινὸν, quemadmodum in Enchir.
cap. 5. habes ἐκεῖνο τὸ δεινόν ἐστιν, & quemadmo-
dum mox ipſe Simplicius ait τοῦτό ἐστι τὸ ὑβρίζον.
Sed nil hîc quidem mutant libri. οὔτε ὑβρίζουσιν οὗ-
τοι, τοιαῦτα ποιοῦν]ες. Malebam οὗτοι οἱ ταῦτα ποι-
οῦν]ες. Sed οἱ ignorant libri omnes: quare comma
ſaltem poſt οὗτοι interponere commodum duxi.

μὴ συναρπάζεσθαι, φησὶν. Sic recte Arg. p. 135
Pb. & Pc. Minus commode μὴ συναρπάζεσθε a
edd. cum Pa. & Pi. quod & inter lineas notatum in
Pb. & Pc. νομίζον]ας correxi cum Wolf. νο-
μίζον]ες habent edd. & ſcripti noſtri, in nominati-
vo; qui (licet cum infinitivo conſtructus) ferri pot-
erat, niſi præcederet verbum χρὴ, quod accuſativum
cum infinitivo poſtulat. μὴ συναρπασθῇς revoca- b
vi ex ed. Ven. cum qua conſentiunt Mssti. μὴ συν-
αρπασθεὶς præter rem edidit Heinſ. quod & ipſum
quidem ferri potuiſſet, ſi dediſſent libri. Quod ſe-
quitur ἅμα μὲν, recte tenent ſcripti omnes cum ed.
Heinſ. Vna ed. Ven. corrupte ἀλλὰ μὲν habet. Poſt
hæc verba & in ed. Ven. & in quinque noſtris codi-
cibus, *ſpatio nonnullo vacuo relicto*, ſtatim ſequeban-
tur iſta verba ἅμα δὲ καιρὸν &c. Quam lacunam his
verbis expleri poſſe Wolfius putavit, ἡσυχάσεις ἐν
τῷ μεταξὺ, id eſt *interim tranquillus eris;* Heinſius
vero iſta inſeruit ἄλυπος ἔσῃ, neſcio an in cod.
Nanſ. reperta: in noſtris quidem Vhab. & Vpabc. ni-
hil tale adnotatur; in ſolis Vha. & Vpa. verbis a
Wolfio propoſitis expleta eſt lacuna. Ego iſta ἄλυ-
πος ἔσῃ lubens tenui; ſed, utpote ex merâ conje-
cturâ adjecta, uncis incluſi. πότερον τῶν ἐφ' ἡμῖν.
πότερον περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν Ms. Arg. (puto & Pb.)
itemque Vhab. & Vpbd. πότερον περί τι τῶν ἐφ'
ἡμῖν

p. 135 b ἡμῖν ex alio Ms. laudatur in Vpc. Conf. cap. I, 5. unde hæc repetiit Commentator. συνάψεις rectè dedere Arg. & Pb. quod & in Vpa. notatum. Perperam alii συνάψης cum edd.

c τὰ ἐξῆς δεῖ συμπλέκειν. Verbum δεῖ, cum deeſſet editis & Msstis, ex Wolfii conjectura adjecit Heinſius. Θάνα]ος δὲ καὶ Φυγὴ idem Heinſius correxit, eodem Wolfio monente. Perperam θάνατον δὲ
p. 136 a καὶ Φυγὴν ed. Ven. cum Msstis. προσπιπ]όν]ων revocavi ex ed. Ven. conſentientibus Msstis, ut p. 137. b. & ſæpius aliâs. παραπιπ]όν]ων ed. Heinſ. ex cod. Nanſ. cum Vhab. & Vpbd. βοήθειαν πρὸς τὰς λοιδορίας. Sic ed. Heinſ. cum Arg. Pa. neſcio an & Pb. Pc. Pi. ſed eamdem certe ſcripturam ex Msstis notarunt Vhab. & Vpabcd. At βοηθὸν h. l. habet ed. Ven. quæ tamen deinde in ἄλλην πορίζει βο-
b ήθειαν cum reliquis omnibus conſentit. ὡς ἐνίοτε ἐσόμενα. ἐπόμενα habent edd. invitis quinque noſtris codicibus, qui conſtanter ἐσόμενα tenent; quæ tamen ſcriptura nec in Vhab. nec in Vpabcd. adnotata eſt. μηδὲ κακὰ τὰ ἐκτὸς εἶναι. Deeſt τὰ ed. Ven. & Mss. Pa. Pc. Pi. Adjecit Heinſ. ex cod. Nanſ. cum quo conſentiunt Vha. & Vpacd. in quibus τὰ ex Msstis laudatur. Habet vero eumdem articulum & noſter codex Arg. itemque Pb. in quo quidem τὰ ſuperne inter lineas adjectum. ὁ δὲ — — συνεθισμὸς Φυσιοῖ πως ἡμᾶς. Wolfius ſic vertit, *& conſuetudo nobis eam quaſi naturam attulerit:* ac fieri poteſt, ut verbum Φυσιοῦν iſta notione acceperit Simplicius; qui quidem uſus neſcio an apud alium ullum ſcriptorem obſervatus ſit. Denotat aliâs Φυσιοῦν, perinde atque Φυσᾶν, *inflare, tumefacere, ſpiritus addere, ſuperbientem reddere.* Neque fortaſſe neceſſe eſt, ut ſemper in deteriorem partem accipiatur; ſed poterit etiam in bonam accipi, pro *erigere, excitare, animum & fiduciam addere,* quemadmodum etiam apud Heſychium Φυσιούμεθα per verbum ἐπαιρόμεθα exponitur, quod in utramque partem accipi poteſt. Itaque vide, ne h. l. tali quodam modo, quaſi ἐπαίρει dixiſſet, fuerit accipiendum. Sic ſane eosdem, quos h. l. Φυσιοῦσθαί πως ait, ἐπαιρομένους dicit p. 137. bc. οὔτε ἀπὸ τῶν δεινῶν ταπεινούμεθα.

θα. Lubens ὑπὸ correxissem, quod purior græci- p. 136
tas postulabat: at quemadmodum & sæpe aliàs pro- b
miscue istis præpositionibus uti Simplicium observa-
vimus, (vide ad p. 12. a. & ad pag. 75. c.) sic &
hoc loco ἀπὸ ab ipsa ejusdem auctoris manu esse
videri debuit: certe constanter scripturam illam te-
nent libri omnes.

AD CAPVT XXIX.

Nobis CAP. XXII. In Pf. est cap. XX. In AA. c
& Pe. cap. XXIII. In Arg. cap. XXIV. In Pa.
cap. XXX. In Pd. cap. XXXI. Definit Arg. in κα-
ταμωκησομένων πολλῶν: Pc. vero in κατάμωκ. σου
πολλ. ὦ ς.

τοὺς ἀποτρέχειν βουλομένους — — βαρύνεσθαι. p. 137
Perperam ἀποτρέψειν ed. Heins. operarum puto er- b
rore. Tum vero πρὸς τοὺς ἀποτρ. βουλ. edidit
idem Heins. ex cod. Nans. consentientibus nostris
Arg. & Pb. itemque Vbab. & Vpabcd. quod non dam-
nem equidem: nam quemadmodum βαρύνεσθαί τινι
dicitur, *graviter ferre aliquem, indignari alicui;* sic
nil impedit, quo minus & βαρύνεσθαι πρός τινα dici
potuerit. Sed, quoniam inprimis legitima constructio
est cum nudo accusativo, βαρύνεσθαί τινα, eâdem
notione; (cujus usus plura exempla e Plutarcho pro-
tulit H. Stephanus;) per librarii alicujus minime ne-
cessariam sedulitatem intrusa videri debebat illa præ-
positio, quam ignorant cum editione Ven. codices
Pa. Pc. Pi. quorum auctoritate illam expunxi. διὰ τὸ
μὴ δοκεῖν αὐτοὶ χειρόνως πράττειν, *quia sibi viden-
tur ipsi non pejus res suas agere:* sive malueris, *ne
videantur ipsi* (nempe οἱ συνήθεις, *familiares*) *pejus
agere, pejori conditione esse:* quam in sententiam
Wolfius accepit. αὐτοὶ correxi ex ejusdem Wolfii
conjectura, quam & viro docto in Vpc. probatam vi-
di. Vulgo omnes αὐτὰ, quod nullo pacto ferri pos-
se putavi. μῶκος δέ ἐστιν ὁ μυκτηρισμός. Vide quæ c
ad Hesychium voc. μῶκος adnotavit vir doctus, qui
hunc Simplicii locum, si in promtu habuisset, non
erat prætermissurus. ἄλλοις δὲ. ἄλλως δὲ Pa.
quod fortasse rectius. διὰ συμπαθείας. διὰ συμπά- p. 138
θειαν a

p. 138 a θειαν legendum censuerat Wolfius, *ex amore* vertens. Sed eâdem notione teneri vulgatum posse putem.

b ὡς ἤδη ἔχουσας ἐπαίρεσθαι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν. Haud satis mihi liquebat, quid esset quod ista verba adjecerit διὰ τὸ μὴ ἔχειν. Nihil autem variant libri. Atqui non in eo utique gloriantur isti homines, quod philosophiam & veram vitæ viam nondum teneant; sed, si eam tenerent, non gloriarentur: &, *quoniam nondum tenent, inde fit ut glorientur & efferant sese.* Itaque non dicit ἐπαίρεσθαι ἐπὶ τῷ μὴ ἔχειν, sed διὰ
c τὸ μὴ ἔχειν. Εὐθὺς οὖν ἀνάξιοι τούτων. Ad quid referatur τούτων, haud satis adparet. An *indigni philosophiâ & virtute?* Nempe indigni, qui philosophiam & virtutem adepti existimentur. conf. p. 139. b. καὶ τῶν ἐντὸς ἀποσπώμενον. Perperam καὶ τὴν ἐνῆος ed. Ven. cum Msstis. καὶ τὰ ἐντὸς corrigebat vir doctus in Vpc. quod quid promoveat non video. Articulum prorsus omisit Heins. unde defecta manebat oratio. Ego unice τῶν probavi, quod Wolfius proposuerat. Pro ἑπομένου corrupte ἑποχομένου scriptum in Arg. quod ipsum & in Vpd. adnotatum, & ἑποχουμένου in Vpc. Mox pro γενομένου Wolfius χεομένου mauerat; sed nihil caussæ erat cur solicitaretur vulgata scriptura, in quam consentiunt libri. τὴν κρίσιν πρὸς τὰ ἐνῆος τῶν ἐνῆος διασώζονῆος. Perperam διασώζονῆα ed. Ven. quod corrigere jussit Wolf. & correxit Heins. suffragantibus quinque nostris codicibus. Pro κρίσιν Wolfius κρᾶσιν legendum censuerat, quod & probarunt viri docti in Vha. & Vpc. Nil vero mutant libri: videndumque, ne κρίσις (quemadmodum & σύγκρισις p. 113. b.) idem fere ac κρᾶσις valeat, *mixtio, temperatio, proportio.*

p. 139 a καὶ τοῦ ἐπιβουλεύεσθαι. Suspectum sibi hoc verbum professus est Wolfius, nec tamen melius aliquod occurrisse. Equidem, cur aliud quærerem, caussam nullam vidi. ἐννοοῦνῆα. εὖ ἐννοοῦντα edd. cum Pi. Sed alii omnes libri vel εὖ νοοῦντα habent, vel absque circumflexo εὐνοοῦντα uno verbo, quod ex ἐννοοῦντα corruptum putavi; quare εὖ particulam, ut ex errore intrusam, expungendam censui. ἐμμένειν τῇ

τῇ — — αἱρέσει, ὡς &c. Corrupte ἐμμαίνειν Arg. qua ratione jam & aliâs μένειν & βαίνειν permutata vidimus. Rectè vero αἱρέσει dedit idem Arg. cum Pb. pro αἱρέσεως quod erat in ed. Ven. & Pa. & Pi. Veram scripturam ex cod. Nanf. edidit Heinf. eamdemque ex Msstis laudarunt viri docti in Vhab. & Vpabcd. θαυμάσουσι καὶ αὐτοὶ. Sic scripfi cum Arg. Pa. Pb. Pc. καὶ αὐτὸ τὸ Φιλόσ. erat in edd. & Pi. ἐπὶ κοθόρνῳ ῥόπαλον ἐπιχειρήσας λαβεῖν. „Alludit opinor (inquit Wolfius) ad Bacchum Aristo„phanis in Ranis, qui Herculis habitu descendit ad „inferos.“ — Rectè vero. Vide Aristoph. Ran. vf. 47. & Suidam in Ῥόπαλα. In versione, quo sententiam clarius exprimerem, *κόθορνον muliebrem cothurnum* interpretatus sum; & ῥόπαλον, *Herculis clavam*. ἐπισεσυρμένης. „Si ipsius auctoris interpretationem se„quimur, *sordida vitæ ratio* intelligenda erit, quæ „omnem elegantiam aspernatur.“ *Wolf.* — Conf. p. 221. a. Φιλοσοφίᾳ προσελθὼν rectè Pa. Cæteri perperam Φιλοσοφίας, ut erat editum. Novem verba καὶ τοῖς ἔμφροσιν — — ἀδίκων aberant in ed. Ven. suppleta ab Heinsio ex cod. Nanf. cui adsentiuntur nostri codices, & Vhab. & Vpabcd.

p. 139 a

p. 140 a

τὰς καλλίονας στάσεις. Sic Mssti nostri omnes cum ed. Ven. quod præter rem in ἐνστάσεις mutavit Heinf. Vide Enchirid. cap. 48, 1. & Dissert. III. 15, 13. προστιθεῖσαν τῷ λόγῳ. Perperam προστιθεῖσα τὸν λόγον Arg. In καὶ εἰς αὐτὸν ἀποκαθαιρομένην nil variant, quod sciam, libri. Si vera scriptura, notanda phrasis, ἡ Φιλοτιμία εἰς τὸν λόγον ἀποκαθαιρομένη, *honoris studium ratione repurgatum:* cui similis videri poterat illa, qua Xenophon utitur Cyrop. I. 3, 5. ἀποκαθαίρεις τὴν χεῖρα εἰς τὰ χειρόμακτρα, *manum mantili purgas*. Sed, propius si spectes, longe diversa ratio est; sonat enim hoc proprie *manum in mantile abstergis*, cujus rei consequens est, ut manus quidem purgetur, mantile vero contaminetur. Rursus aliâ quadam ratione idem noster Simplicius p. 152. b. ait, ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τὸν κατὰ Φύσιν — — βίον ἀποκαθαίρειν. ἔξω τιθέμεθα. Sic libri nostri omnes cum ed. Heinf. ἔξωθεν τιθ. ed. Ven. οὐ τὴν τοῦ τυχ. τιμ. Sic rectè Pa. Pb. Pc. Pi. cum

b

c

p. 140 c cum ed. Heinſ. Perperam οὐ abeſt in ed. Ven. τοῦ abeſt in Ms. Arg.

AD CAPVT XXX.

Nobis CAP. XXIII. In cod. Pf. cap. XXI. In AA. & Pe. cap. XXIV. In Arg. cap. XXV. In Pa. cap. XXXI. In Pd. cap. XXXII. Definit Arg. in ἀρκοῦ οὖν ἐν παντί. Pc. vero in τὴν ἔνστασιν.

p. 141 a ἐμμείνῃς ex ed. Ven. revocavi, conſentientibus noſtris Msstis. cf. p. 142. b. ἐμμένῃς h. l. ed. Heinſ. ex cod. Nanſ. cum Vhab. & Vpbd. εἰς ἑαυτὸν ed. Ven. b cum Mssris omnibus. Temere εἰς ἑαυτὴν ed. Ven. ἀλλὰ καὶ ἐνφαίνεσθαι. ἐμφαίνεσθαι Arg. (neſcio an & Pb.) & Vha. & Vpa. εἰ καὶ διαφαίνοιτο. Nude καὶ διαφαίνοιτο, absque εἰ, habet ed. Ven. cum Msstis. κᾆν διαφαίνοιτο ex conject. edidit Heinſ. quod minime placet. εἰ διαφ. corrigere jufferat Wolf. quod probavit vir doctus in Vha. & Vpa. Mihi utraque particula εἰ & καὶ juncta placuit. πρὸς γὰρ τὸν τοιοῦτον. Placuit articulus τὸν, quem inſertum dedit p. 142 a codex Pa. ἀξιόχρεως dedere ſcripti noſtri omnes. ἀξιόχρεος edd.

b Μή ποτε δὲ, ut legendum monuit Wolf., ſic dedere Arg. Pa. & Vha. (De Pb. Pc. Pi. non compertum habeo.) Perperam vero Μηδέποτε δὲ edd. ὅταν εἴπῃ τὸ παρακούεσθαι δυνάμενον. Recte hæc ſe habent; nec oportebat ὅταν εἴπῃ τι τὸ παρακ. ut maluerat Wolf. Εἰπὼν οὖν πρότερον. τὸ πρότερον habet ed. Heinſ. non male, ſed invitis Msstis, qui cum c ed. Ven. articulum τὸ ignorant. διὰ τούτου τῶν ἐκτὸς ἀναχαιτίζει. Sic percommode ed. Ven. cum codd. Pb. Pc. Pi. διὰ τούτων τῶν ἐκτ. ἀναχ. Arg. Pa. aliique codd. e quibus id notatum in Vhab. & Vpabcd. ne id quidem male. Imperite vero διὰ τούτων τὰ ἐκτὸς ἀναχαιτίζει ſuâ auctoritate edidit Heinſius; neſciens, verborum conſtructionem hanc fuiſſe intelligendam, διὰ τούτου (vel διὰ τούτων) ἀναχαιτίζων (nempe αὐτὸν, ſcil. τὸν ἀκούοντα) τῶν ἐκτός. vide loca ad p. 75. a. citata. Si accuſativo rei uti voluiſſet auctor, dicturus erat τὴν πρὸς τὰ ἐκτὸς ῥοπὴν ἀναχαιτίζει, ut p. 122. a. τῆς πρὸς τοὺς ἐκτὸς

τὸς δοκήσεως. Hoc quoque ex ed. Ven. revocavi; p. 142 c
cum qua consentiunt Parisienses codices quatuor; quod recte Wolfius vertit *ab aliorum opinione*; proprie *ab eo ut videri velis (esse aliquis) apud externos.* πρὸς τὰ ἐκτὸς habet Arg. itemque Vhab. & Vpabd. Temere prorsus, ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτοῦ ἐκτὸς δοκήσεως ed. Heins. Deinde absque lacunæ indicio vulgo sic legebatur: εἰς ἑαυτὸν ἐπανάγει, καθαρωτάτην οὖσαν &c. ubi post ἐπανάγει prorsus non distinguit editio Ven. comma vero habet ed. Heinsii, punctum codex Arg. Nescio quid alii; sed in Pb. Pc. & Pi. nulla videtur esse distinctio. Wolfius, quasi nihil deesset, sic vertit: *ad se ipsum revocat:* (scil. *animum:*) *qui est purissimus.* At sic εἰς ἑαυτὴν ἐπανάγει oportebat, non εἰς ἑαυτόν. Et est quidem ἑαυτὴν adnotatum in Vpd. atque etiam in Vpc. adjectâ notâ γρ'. quasi Mstus aliquis codex hoc dedisset. Sed in ἑαυτὸν cum editis consentiunt quinque nostri codices. Ac sane εἰς ἑαυτὸν recte se habet, referturque ad τὸν ἀκούοντα, quem supra dixerat: perspicuum vero videtur, post ἐπανάγει verba nonnulla intercidisse, cujus defectus indicandi caussâ *stellulam* istam interposui. Suspicor autem, intercidisse καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν, *& ad sui ipsius judicium*, aut aliquid in eam sententiam: & ad illud vocabulum κρίσιν referri puto id quod sequitur, καθαρωτέραν οὖσαν &c. conf. p. 141. c. & 142. a. Consentiunt quidem in καθαρωτάτην cum editis codices nostri Arg. Pb. & Pi. Sed Pa. in contextu καθαρώτερον habet, & inter lineas καθαρωτέραν eâdem manu scriptum; eamdemque scripturam habet codex Pc. compendioso quidem ductu (ut solet in fine vocum) indicatam, sed qui vix aliam in partem accipi possit. Neque dubitandum equidem putavi, quin præferrem hanc scripturam vulgatæ.

AD CAPVT XXXI.

Nobis CAP. XXIV. In cod. Pf. cap. XXII. In p. 143
AA. & Pe. cap. XXV. In Arg. cap. XXVI. In Pa. est cap. XXXII. XXXIII. & XXXIV. (vide notata ad p. 149. a. & ad p. 150. c.) In Pd. est cap. XXXIII. Definit Arg. in verbis ἐστὶ κακὸν, ὥσπερ

p. 143 ἐστίν, sed duo posteriora verba postmodum adjecta videntur, ab eâdem tamen manu. Codex Pc. in ἐστὶ κακὸν desinit. Tum codex Pi. qui hucusque capita omnia integra exhibuerat, in hoc nunc capite incipiens ab illa ratione descisscere, desinit in illis verbis καὶ τίς σοι εἶπεν ὅτι ταῦτα, adjectâ notâ κ. τ. λ.

p. 144 b Ἂν ἀμελήσω &c. Vide supra, Enchir. cap. 16. ex ratione Wolfii, nobis cap. 12, 1. Mox putidum mendum erat in ed. Heinsii, διαβάς, pro διατροφάς· ubi verum tenebat ed. Ven. cum Msstis. ὅτι οὐκ ἂν οὕτως ἄχρηστοι πρὸς τὸ πᾶν εἶεν ἔργον &c. id est, *se non ita inutiles fore ad omne opus, ut fame sibi esset pereundum.* Vulgo ὅτι κἂν οὕτως ἄχρηστοι &c. edd. & Mssti, haud dubie corrupte: nec variant quidquam, nisi quod novo errore εἶναι in Pa. pro εἶεν scribitur. Wolfius sic corrigendum conjectaverat: ὅτι κἂν οὕτως εὔχρηστοι πρὸς τὸ πᾶν εἶεν ἔργον, ὡς οὐχ ὑπὸ λιμοῦ διαφθ. Mihi multo minoribus ambagibus peragi res posse visa erat, οὐκ ἂν pro κἂν scribendo. De re conf. Epicteti Dissert. III. 26, 7.

c καθαρωτάτης τιμῆς. Nil mutant libri nostri: sed in Vhab. & in Vpabd. adnotatum καθολικωτέρας τιμῆς, quod e Msto codice ductum esse diserte docuit vir doctus in Vpa. simul vero monuit, defendi posse vulgatum. καὶ φίλοις ἐπικουρεῖν βουλ. καὶ πατρίδι. Heinsio quid acciderit nescio, quod & contra constantem sermonis usum, & contra librorum omnium fidem, φίλους & πατρίδα ediderit. ἀπὸ τούτων φέρουσι &c. Ferri hoc potest, quamvis cum Wolfio desideres conjunctionem; quam sic ille supplere tentavit, ἀπὸ τούτων οὖν φέρουσι, vel τοίνυν φέρουσι. Mihi venit in suspicionem, sic fortasse scripsisse Simplicium, διὸ ἀπὸ τούτων φέρουσι, absorptam vero esse vocalem διὸ a syllaba δι, in quam desinit vox præcedens. ἐξελθών. διεξελθών exspectabam: idque etiam desideraße video virum doctum in Vha. & Vpa. sed vulgatum constanter tenent omnes.

p. 145 a ἀριπρεπέες. Perperam ἀριπρεπῆες Pa. vide Iliad. IX. 441. δυνάμει συλλογιζόμενος οὕτως. „τὸ δυνά„μει (inquit Wolf.) pro δυνατῶς durum est. Quid „pro eo legendum sit, non occurrit.“ Immo vero nihil

nihil aliud quærendum. Notum est, in scholis id quod esse dicunt δυνάμει, opponi ei quod esse aiunt τῇ ἐνεργείᾳ. Non *aëre*, non *exserte & expressis verbis* syllogismum illum formavit Epictetus: sed, quod ille dicit, id *idem valet*, id *hanc vim habet*, quasi ita esset ratiocinatus. Barbaro vocabulo diceres, *virtualiter ita ratiocinatur*; id est, *hæc ratiocinatio latet in ejus verbis.* οὐκ ἂν ἐφ' ἡμῖν ἔτι ἐλέγετο. Ferri hoc potest, *non amplius diceretur penes nos esse; non amplius dici posset penes nos esse.* Sed vide, ne ἐγένετο scripserit Simplicius; *non amplius penes nos foret.* De istorum verborum permutatione, haud infrequente librariis, cum alibi dixi, tum ad Polyb. I. 6, 2. Ejusdem permutationis exemplum in codicibus nonnullis Simplicianis supra alicubi observare me memini, cujus mentionem facere in his Notis nostris neglexi. Hoc tamen loco non temere mutaverim vulgatum; cum quo conferri potest quod ait p. 172. a. ἀγαθὸν ἂν ἦν, καὶ οὐκέτι κακὸν ἐλέγετο. ὅταν παρῇ bene habet, *(cum adest)* nec in ὅταν περὶ ᾖ mutandum, quod maluerat Wolf. conf. p. 146. a. p. 145 a

εἰ γὰρ τὸ ἀγαθὸν τιμή ἐστιν, Abjecto articulo ante ἀγαθὸν, sic videtur scriptum oportuisse, εἰ γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή ἐστιν. In vulgatum vero consentiunt libri. ἔτι δὲ, εἰ ἡ τιμὴ. Sic recte quinque nostri codd. itemque Vhab. & Vpbcd. Perperam ἔτι δὲ καὶ ἡ τιμὴ ed. Ven. & ἔτι δὲ εἰ καὶ ἡ τιμὴ ed. Heinf. εἰ γὰρ τῷ ἐναντίῳ &c. Sententia haud obscura; nempe hoc dicit, quod in scholis aiunt, *contrariorum contraria esse prædicata.* De verborum integritate dubitaverit fortasse aliquis: in quibus tamen, propius si inspexeris, nihil magnopere desideraveris. Haud magis quidem satisfecerit id, quod Wolfius suaserat, εἰ γὰρ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον συνυπάρχει, καὶ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον συναναιρεθήσεται. Paulo post recte alii omnes τιμῇ μὲν ἀτιμία. Unus Pa. τιμῇ ἡ ἀτιμία scripsit. ἐν τῇ ἡμετέρᾳ προαιρέσει. Temere post ἡμετέρᾳ iterum vocabulum αὐτεξουσίων interseruit Heinf. quod ibi ignorant libri omnes. οὐδὲν μὴ κατὰ προαίρεσιν ἡμῶν ἐστι γινόμενον ἢ ἀγαθὸν ἢ κακόν. Haud infrequens nostro, atque etiam optimis b c p. 146 a

p. 146 quibusque ſcriptoribus, trajectio verborum; accipien-
a da, quaſi dixiſſet οὐδὲν μὴ κατὰ προαιρ. ἡμ. γινόμε-
νον, ἔστιν ἢ ἀγ. ἢ κακ. Recte deinde οὐκ ἂν ἄτι-
μον ed. Heinſ. cum Msstis, ubi ἂν aberat in ed. Ven.
b Recte item, nonnullis interjectis, τὸ μὴ τυχεῖν τού-
των, ubi corrupte μὲν pro μὴ erat in ed. Ven.

Ἔοικε δὲ τὸ, μὴ δύνασθαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλ-
λον, * ὡς ἀπὸ προφανεστέρων. Verba iſta, quum absque defectus ſignificatione vulgo legerentur, id fere ſonabant quod Wolfius in verſione his verbis expreſſit: *Illud autem, non poſſe quemquam in malo eſſe per alium, evidens eſſe videtur.* Quæ ſententia, ni totus fallor, ab eo quod hoc loco dicere Simplicius voluit, (quod quidem e ſequenti oratione ſatis adparet) prorſus aliena eſt. Cui incommodo ut mederer, jam in eo eram, ut ἐν αἰσχρῷ pro ἐν κακῷ ponerem, quo prodiret ſententia hujusmodi: *Videtur vero illud, non poſſe quemquam in ignominia eſſe per alium*, (vel *propter alium*) *evidentius eſſe;* ſcilicet, quam iſtud, neminem poſſe *in malo eſſe* propter alium. Sed ne id quidem ſatis faciebat: nec enim ſatis integra videbatur illa dictio, ἔοικε δὲ — — ὡς ἀπὸ προφανεστέρων, & vel unum ſaltem verbum in infinitivo poſitum deſiderari adhuc videbatur, veluti λαβεῖν, ὑποτίθεσθαι, aut aliquod ſimile in hanc ſententiam, *Videtur autem (Epictetus) hoc ut magis evidens ſumere* vel *ſupponere.* (Similiter in Vpc. vir doctus, reliqua quidem intacta relinquens, poſt ἔοικε δὲ intercidiſſe verbum λέγειν ſuſpicatus erat.) Igitur, quoniam perſpicuum videbatur intercidiſſe nonnihil, prudentius me facturum duxi, ſi in verbis, quæ ſuperſunt, nihil mutarem, defectum interpoſito *aſteriſco* indicare contentus. Ac ſane, manente illa dictione ἐν κακῷ εἶναι, ſuſpicari licet, tali quodam modo ſcripſiſſe Simplicium: Ἔοικε δὲ τὸ, μὴ δύνασθαι ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, διδάσκειν (vel δεικνύειν) ἐκ τοῦ (vel ἀπὸ τοῦ) μὴ δύνασθαι ἐν αἰσχρῷ εἶναι δι' ἄλλον, ὡς ἀπὸ προφανεστέρων. *Videtur autem Epictetus illud, neminem poſſe in malo eſſe propter alium, docere* (vel *illuſtrare*) *ex eo, quod nemo poteſt in ignominia eſſe per alium, tamquam ex re magis evidenti.* ἐπανορθοῦν αὐτοῦ * τῇ κρυ-

φίᾳ

φίᾳ ἐνώσει. Revocavi conſtantem veterum librorum ſcripturam, quum Heinſius, græca ad Wolfianæ verſionis exemplum mutans, ἐπανορθοῖ αὐτὸ edidiſſet. Et quidem cur ἐπανορθοῖ quam ἐπανορθοῦν maluerit hic editor, nulla prorſus cauſſa erat: αὐτοῦ vero lubens & ego in αὐτὸ mutaſſem, ſi modo intellexiſſem quid effet quod diceret, *honeſtum corrigere bonum*. Intelligerem, ſi dixiſſet, *honeſtum ſive pulcrum corrigere id, quod in bono interdum nimis aſperum vel durum atque rigidum ineſſe videri poteſt*. Et in eam fere ſententiam aliquid intercidiſſe ſuſpicatus ſum. Itaque conſultius duxi, tenere id quod cum ed. Ven. darent quinque noſtri codices, ſtatuereque intercidiſſe nomen in accuſativo caſu poſitum quod a verbo ἐπανορθοῦν regeretur. Ac videtur in codicibus nonnullis etiamnunc veſtigium aliquod illius accuſativi ſupereſſe, cum pro τῇ, quod ſequitur, τὰ habeant codd. Arg. & Pb. itemque alius codex, e quo eadem ſcriptura enotata eſt in Vhb. & Vpbd. Quare rectius fortaſſe facturus eram, ſi ſic edidiſſem, ἐπανορθοῦν αὐτοῦ τὰ * κρυφίᾳ ἐνώσει. p. 146 b

ἐπιστροφῆς. Corrupte ἐπειστροφῆς edd. οὐ δι' ἄλλον. Sic ed. Ven. cum Msstis. Temere οὐ δι' ἄλλο ed. Heinſ. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἐν αἰσχρῷ οὐκ ἔστιν δι' ἄλλον. Deerat ὅτι in ed. Ven. & Ms. Pi. quare pro καὶ Wolfius in libro, quo olim ipſe uſus eſt, ὅτι correxit. Et malueram etiam ego ὅτι abſque καὶ: ſed in ὅτι καὶ conſentiunt codd. Arg. Pa. Pb. Pc. & alii in Vhab. & Vpabcd. Sua auctoritate Heinſius ὡς καὶ edidit. Dein vero editi & ſcripti omnes ἐν κακῷ οὐκ ἔστιν habebant: quod ferri hîc quidem nullo pacto poſſe, ſed haud dubie in ἐν αἰσχρῷ mutandum putavi. εἰ οὖν εἶναι μὴ δύναταί τις ἐν αἰσχρῷ δι' ἄλλον. Tuli verbum εἶναι iſto loco ab Heinſio (neſcio qua auctoritate) inſertum. Ignorant illud in hac dictione codices noſtri cum ed. Ven. & poſſet nullo incommodo abeſſe, ſi modo in phraſi proxime ſequenti verbum δύναται repetitum eſſet, nec pro illo nomen δυνατὸν eſſet poſitum. Poſt δύναταί τις ἐν αἰσχρῷ adjectum illud verbum εἶναι maluerant viri docti in Vha. & Vpac. δῆλον, ὅτι καὶ ἐν κακῷ &c. Rurſus hîc, quemadmodum paulo ante, c p. 147 a

p. 147 a ante, δῆλον δὲ habent Mssti cum ed. Ven. quod ego a librariorum incogitantia profectum putavi; Heinsiumque probavi, voculam istam, quæ non erat hujus loci, expungentem.

τὸ ἀρνητικὸν μόριον ὑπερβιβαζόντων ἡμῶν. *si particulam negativam transponamus:* nempe, ut pro eo quod p. 146. c. sic expressit, Οὐ μᾶλλον δύναταί τις ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον ἢπερ ἐν αἰσχρῷ, nunc dicamus Μᾶλλον οὐ δύναταί τις &c. id est, *Multo magis non esse potest* (quod idem valeret ac, *Multo minus esse potest*) *aliquis in malo propter alium, quam in ignominia.* Hanc esse sententiam Simplicii, cum per se intelligi videtur, tum clare patet ex conclusione argumentationis, quam habes sub finem hujus paginæ. Ex quo adparet, vel corrupta vel defecta esse verba quæ proxime sequuntur, ἵνα ᾖ, μᾶλλον οὕτως ἢπερ ἐν αἰσχρῷ; pro quibus oportebat ἵνα ᾖ, (vel, ἵνα ᾖ οὕτως,) Μᾶλλον οὐ δύναταί ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, ἢπερ ἐν αἰσχρῷ. Nisi forte sic scripserat Simplicius: ἵνα ᾖ μᾶλλον οὕτως· Μᾶλλον οὐ δύναταί τις ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, ἢπερ ἐν αἰσχρῷ. id est: *ut potius sic sit:* (nempe, *ut potius sic legamus:*) *Magis impossibile est, esse quempiam in malo propter alium, quam in ignominia.* Tum vero etiam, quæ dehinc sequuntur, καὶ λέγοι ἄν, ὅτι οὐ δύναται ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, haud satis integra esse videntur: oportebat enim aliquid in hanc sententiam, καὶ λέγοι ἄν, ὅτι οὐ δύναται ἥκιστα ἐν κακῷ εἶναι &c. aut ὅτι τελέως οὐ δύναται ἐν κακῷ εἶναι δι' ἄλλον, quemadmodum infra (sub finem pag.) ait, ὅτι τελέως ἀδύνατον &c. Sed toto hoc loco nihil præsidii nobis offerunt libri: neque admodum mirum debet videri, in argutula & intricata interpretis nostri argumentatione a vera scriptura aberrasse librarios. Ego vero in posterioribus quidem verbis nihil vel mutare vel adjicere ausus, in superioribus, ubi post ἵνα ᾖ comma interposuerat Heinsius, distinctionem illam cum ed. Ven. & Msstis delevi, ut cohærerent verba ἵνα ᾖ μᾶλλον οὕτως, post οὕτως vero comma posui cum Pa. denique interstertis *duobus asteriscis* defectum indicavi. Bene autem καὶ λέγοι ἄν habent edd. cum Pi. Perperam καὶ λέγει ἄν Arg. Pa.

Pa. Pb. Pc. sed in Pb. vera etiam scriptura λέγοι inter lineas adnotata. p. 147 a

εἶχε δ' ἂν ἀληθ. Tenui εἶχε ab Heinsio ex cod. Nans. editum, quod & noster codex Arg. habet & ex aliis codicibus adnotatum est in Vhab. & Vpabcd. ἔχει δ' ἂν habent Pa. Pb. Pc. Pi. cum ed. Ven. quod ex ἔχοι δ' ἂν corruptum videri poterat. τὸ μὲν καλὸν καὶ αἰσχρὸν. Vulgo omnes, scripti editique, τὸ μὲν κακὸν καὶ αἰσχρόν, ubi (præeunte Wolfio in versione & in græco exemplari quo ipse olim usus est) haud cunctanter καλὸν pro κακὸν scribere debui. Dici vix potest, quam frequenter in quibusque veterum scriptis duo illa vocabula, quamquam e diametro inter se opposita, per librariorum incogitantiam permutata reperiantur. conf. ad p. 162. c. & ad p. 169. c. τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν. Aberat in aliis articulus ante κακὸν, & percommode abesse poterat. Adjeci tamen, cum darent nostri codices Arg. & Pb. aliique e quibus profecerunt Vhab. & Vpabd. οὐδὲ κρίσει ἀνθρώπων. Perperam οὐδὲ εἰπεῖν τὸ κρίσει Arg. duabus vocibus temere e superiori lineâ repetitis. τὴν ὑπόθεσιν, τὴν τὸ αἰσχρὸν τῆς κρίσεως τῶν ψεγόντων ἐξαρτῶσαν. Articulum τὴν, post ὑπόθεσιν repetitum, agnoscunt cum ed. Ven. scripti libri omnes. Eumdem sua auctoritate delevit Heinsius, quoniam nimirum participium ἐξαρτῶσαν ignorabat, quod in ed. Ven. prætermissum erat. Percommode autem vocem illam ἐξαρτῶσαν dedit Arg. & alii veteres libri e quibus eam adnotarunt viri docti in Vhab. & Vpacd. De codicibus Pb. Pc. Pi. exploratum non habeo. Habet vero eamdem vocem noster Pa. sed leviter corruptam, nam ἐξαρτῶσαι ibi scriptum. Verbum εἶπεν, quod sequitur, agnoscit cum editis codex noster Pa. & agnoverat etiam ille, cujus lectiones adnotatæ sunt in Vpc. Sed *abest* illud verbum in Arg. aberatque etiam in eo codice, e quo ductæ sunt notulæ in Vha. & Vpad. Ac *rectius* fortasse *abest*; eoque omisso, percommode cohæret oratio. Deinde vero verborum ordo turbatus vulgo erat in edd. & in Pa. (nescio an in Pb. Pc. Pi.) cum sic legeretur οὐ δυνατὸν μᾶλλον ἐν κακῷ. Veram verborum seriem, μᾶλλον οὐ δυνατὸν, quam de- b c

p. 147 c siderabant & ea quæ superius dicta sunt, & quæ mox sequuntur, restitui ex codice Arg. cui adsentiebatur ille quo usi sunt viri docti in Vha. & Vpad. Paulo post, arcte cohærent ista verba μᾶλλον δὲ οὐ δυνατὸν &c. ita quidem ut μᾶλλον ad οὐ δυνατὸν referatur: quam connexionem adeoque & ipsam verborum sententiam turbavit Heinsius *commate* post μᾶλλον δὲ interserto, quod delevi præeuntibus libris nostris & Veneta editione.

ἐὰν μὴ — — ἔχῃς. Recte ἔχῃς Pa. quod & in Vha. & Vpa. notatum. Perperam vulgo ἔχεις, quod & tenet Arg. ὅτι οὐχ οὗτος. Quæ sequuntur post hæc verba, ad illa usque ἀγνώμονας δὲ αὐτοὺς καὶ ἀνοήτους, quæ habes initio p. 150., desunt omnia in codice nostro Arg. & in Pb. quos duos codices propinqua cognatione sese attingere, adeoque ex eodem fonte, haud ita longe ab utroque remoto, ductos esse, jam pridem intelligere licuit ex lectionibus, quas
p. 148 a ex eis protulimus. ἐν ὀρέξει καὶ ἐκκλίσει. Aberat καὶ in edd. & Pi. Adjeci ex Pc. De Pa. adnotare neglexi, agnoscat-ne illam voculam, an ignoret. κᾆν ἐγὼ σιγῶν· δύναμαι. σιγῶ erat in Ven. itemque in Pc. & Pi. quod in σιωπῶ mutatum voluit Wolf. non satis video quâ caussâ. σιγῶν bene correxit Heins. quod etiam ex conjectura notatum in Vpc. In Pa. prorsus desunt ista verba: nam inde ab illis, ἐὰν σὺ θέλῃς &c. quæ leguntur paulo post initium hujus pag. usque ἐν ἐμαυτῷ πολλοῦ ἄξιος εἶναι, prætermissa sunt omnia. Quod δύναμαι in indicativo cum κᾆν construitur, id ab usu Simplicii non abhor-
b rere jam sæpius observavimus. ἀγαθὸν νομίζων αὐτό. Sic recte Pa. Pc. Pi. cum ed. Ven. Temere αὐτὸν ed. Heins.

p. 149 a Κτῆσαι οὖν, φασὶν οἱ φίλοι, ἵνα ἔχωμεν — — — καὶ κλήσομαι. καὶ ἔοικεν ὁ ἀνὴρ οὗτος &c. Codex noster Pa., postquam supra (p. 143.) caput hoc in quo versamur, ab istis verbis incipiens, Οὗτοί σε οἱ διαλογισμοὶ &c. (quod caput ille numero λβ'. id est XXXII. insigniverat) in illis verbis terminaverat ἃ μὴ ἔχει αὐτός. nunc hoc loco verba ista Κτῆσαι οὖν &c. tamquam *novum Caput Enchiridii* exhibet, peculiari numero λγ', id est XXXIII. insignitum, adjecto

(ut

(ut solet) vocabulo Κείμενον, id est, *Contextus Enchiridii*. Scribit autem in hunc modum: Κτῆσαι οὖν φασιν οἱ φίλοι, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν. ἀλλ' εἰ δύναμαι κλήσασθαι τηρῶν ἐμαυτὸν αἰδήμονα καὶ πιστὸν καὶ μεγαλόφρονα, δεῖπνυε τὴν ὁδὸν, καὶ κλήσομαι. Εἰ δὲ μὲ ἀξιοῦτε τὰ ἀγαθὰ τὰ ἐμαυτοῦ ἀπολέσαι, ἵνα ὑμεῖς τὰ μὴ ἀγαθὰ περιποιήσασθαι, (sic ille pro περιποιήσησθε) ὁρᾶτε ὑμεῖς, πῶς ἄδικοί ἐστε καὶ ἀγνώμονες. τί δὲ βούλεσθε μᾶλλον; ἀργύριον ἢ φίλον πιστὸν καὶ αἰδήμονα. εἰς τοῦτο οὖν μοι μᾶλλον συλλαμβάνετε· καὶ μὴ δι' ὧν ἀποβαλῶ αὐτὰ ταῦτα, ἐκεῖνα μὲ πράσσειν ἀξιοῦτε. Tum, quæ sequuntur, istis subjungit tamquam Simplicii commentarium, a nova linea sic incipiens: Ἔοικεν ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐνδιδόναι &c. adscripto ad oram (sicuti aliâs consuevit) vocabulo Ἐξήγησις, id est, *Commentarius*, vel *Interpretatio*. (Vide rursus infra, ad p. 150. c.) In codice Arg. & cod. Pb. integrum folium deesse, quod hunc locum continebat, supra dictum est. Codices Pc. & Pi. nihil differunt ab ea ratione, qua hic locus in editis exhibetur. p. 149 a

καὶ κατ' ἐμαυτὸν. Perperam καὶ μετὰ ἐμαυτὸν ed. Ven. ubi redundare μετὰ adnotavit Wolfius: rectius vero, me judice, in κατὰ mutavit Heinf. quod & alii docti viri in Vha. & Vpac. suaserant; sic autem habet Pa. nescio an & Pc. & Pi. ἀντέχεσθαι δυνάμεως. ἀνέχεσθαι dabant edd. cum Pa. Pc. & Pi. quod haud dubie corruptum putavi, & in ἀντέχεσθαι mutandum. Sic etiam Wolfius in ora sui libri manu suâ emendavit. κατὰ Φύσιν ἑαυτῶν. Sic recte ed. Ven. cum Msstis: valet nempe ἑαυτῶν item ac ἡμῶν. Suâ auctoritate ἑαυτοῦ edidit Heinf. quod non erat necessarium, licet deinde dicat τὸ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν αὐτοῦσιν &c. δῆλον, ὅτι τῷ Κτῆσαι. Bene τῷ ed. Heinf. quemadmodum etiam a Wolfio in græco libro, quo is olim usus est, correctum video. Perperam ὅτι τὸ Κτῆσαι ed. Ven. cum Msstis. ὀρεκτὰ τῶν ἀλόγων ὀρέξεων. Vulgo omnes τῶν ἄλλων ὀρέξεων, eodem errore quem & p. 2. c. & p. 40. c. jam notavimus; quem corrigere non dubitavi. Paulo ante τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ τῆς λογικῆς dixit; his opponuntur ὀρεκτὰ τῶν ἀλόγων ὀρέξεων. b

p. 149 b Moxque rursus diserte τὴν ἄλογον ὄρεξιν dicit. ἀγνώμονες οὗτοι. Exspectabam conjunctionem, διὸ ἀγνώμονες οὗτοι, vel ἀγνώμονες οὖν οὗτοι, sed nil tale offerebant libri nostri. κακῶν τῷ ἐσχάτῳ περιβαλεῖν. Recte κακῶν edd. & Mssti. Et in περιβαλεῖν consentiunt scripti. Mendose περιβαλεῖ ed. Ven. quod in περιβάλλειν mutavit Heins. τὴν ἄλογον αὐτῶν ὄρεξιν. Sic ed. Ven. cum Mssti: temere αὐτοῦ pro αὐτῶν ed. Heins. ἐκεῖνο μὲν — — τοῦτο δὲ. Intellige ἐκεῖνο μέν, ὃ ὁ Φίλος ἀπόλυσι· τοῦτο δὲ, ὃ αὐτοὶ περιποιήσονται. Nec opus est, ut ἐκεῖνο in ἐκεῖνος, & αὐτὸ in αὐτοὶ mutetur; quod volueral

p. 150 a Wolfius. Recte vero οὐ μόνον οὐκ ἀγαθὸν ed. Heins. ubi οὐκ abest in ed. Ven. & Mssti nostris; in versione vero expressit Wolfius, licet in Notis & in græco suo exemplo intactam hanc phrasin reliquerit.

c Ἀλλ' ἡ πατρὶς, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, Φησὶν, ἀβοήθητος ἔσται. Ἠδύνατο μὲν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν &c. Verba ista, Ἀλλ' ἡ πατρὶς — — ἔσται. desunt in editis: & in ed. Ven. quidem post ἀπολέσει. sic pergitur: Ἀδύνατον μὲν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν &c. quod quum manifeste mendosum esset, Wolfius Δυνατὸν μὲν οὖν corrigere jussit, cui obtemperavit Heinsius. At Ἠδύνατο perspicue exhibent codices nostri Arg. Pa. & Pc. neque aliud debuerunt Pb. & Pi. in quibus nempe, omissâ literâ initiali, quæ minio (ut in Arg. & Pa. factum) pingi debebat, δύνατο scriptum. In eisdem codicibus Arg. Pb. Pc. & Pi. inserta leguntur h. l. illa verba contextus, quæ adposui. In Pa. vero non solum ista hîc inseruntur, sed reliqua quæ in Enchiridio sequuntur omnia, ad illa usque verba ἄπιστος ἀποτελεσθείς. in quibus finitur totum caput: & numeratur in eo codice pars hæc pro *Capite XXXIV.* conf. supra ad p. 149. a.

p. 151 a ἵνα καὶ ἡ πατρὶς ἔχῃ. Perperam οἷα καὶ ἡ πατρὶς ἔχει Arg. τὰ πρότερα ἐκεῖνα ἐπαγαγεῖν. Pendet hic infinitivus a verbo Ἠδύνατο, quod e superiori oratione hîc supplendum. Nempe hoc dicit Simplicius: *&, quod si audivisset* (Epictetus) *aliquem dicentem, Para igitur, quo & patria habeat; respondere*

re

re poterat illa superiora, scil. quæ paulo ante respon- p. 151
derat ei, qui objecerat, urgeri se ab amicis dicenti- a
bus, *Para tu, quod & nos habeamus.* Verba ista κἂν ἀκούσῃ eodem modo accipio, quo supra (p. 109. c.) dixerat, ἀκούει τινῶν (scil. ὁ Ἐπίκτητος) πρὸς τοῦτο λεγόντων. μετὰ πολλῆς ἐνεργείας. ἐναργείας conjectabat Wolf. idque in versione expressit, *multa cum evidentia.* Ac sane perfrequenter confunduntur a librariis ista vocabula: sed h. l. percommode teneri vulgatum potuit, *multa cum vi & efficacia, nervose.* Verumtamen p. 158. b. in simili argumento, pro olim vulgato ἐνεργῶς, plerique codices ἐναργῶς tenent. ἀλλὰ σαυτὸν αὐτὸς παρέχων. In scripturam c
haud dubie corruptam σαυτὸν αὐτοῦ consentiunt cum ed. Ven. scripti nostri libri omnes; quem errorem miror non notatum esse a Wolfio. Heinsius σαυτὸν αὐτῇ correxit, quod nolim damnare; sed magis placuit σαυτὸν αὐτὸς, quod proposuit vir doctus in Vpc. χρησιμώτερόν τι παρέχειν. Pro τε, quod cum editione Ven. dabant Mssti, non dubitavi τι scribere, præeunte Wolfio. Et res ipsa hoc desiderabat, & similis locutio, quæ paulo ante legitur, χρειωδέστερόν τι. Heinsius hoc loco voculam ‚ istam prorsus prætermisit. παρέχειν idem Heinsius, eodem Wolfio monente, in παρέχεις mutavit, commoda utique ratione sed minime necessaria. Pendet enim infinitivus, quem uno consensu veteres omnes libri agnoscunt, a particula ὥστε; tenerique ille potuit debuitque, licet incongruum videri posset, quod ad eum referatur nominativus παρέχων.

κοινῶς πρὸς τοῦτο. πρὸς τοῦτον Arg. quem- p. 152
admodum p. 151. b. erat πρὸς ὃν καλῶς ὑπαντᾷ. a
φυλάττων τὸν πιστὸν καὶ αἰδήμονα. Sic ed. Ven. cum Mssts. Temere τὸ πιστὸν καὶ αἰδῆμον edidit Heins. Sed mox in ἀποβάλῃς τὸ πιστὸν καὶ αἰδῆμον consentiunt omnes; ubi verba τὸ πιστὸν καὶ αἰδῆμον sunt interpretatio pronominis ταῦτα, quod horum loco habes in contextu Enchiridii. ἵνα ὠφελήσαις. ὠφελήσῃς solus Pa. ἢ μάλιστα μὲν. b
Putabam ᾗ cum circumflexo scribendum, ut esset *sane, profecto.* Sed contra librorum consensum mutare non ausus sum. Alibi ἢ in simili connexione per

an

p. 152 b *an* redditum vidimus; (p. 67. b. & 94. a. ibique not.) nunc *annon* vertit Wolfius. Possit forte hoc loco, quemadmodum sæpe ad Epicteti Disert. & ad Simplicium etiam p. 67. b. notavimus, per ellipsin intelligi, quasi dixisset, τίνα ἄλλην ἢ *quemnam alium locum, nisi* &c. Aut omnino dicendum, particulâ istâ ἢ eâdem fere notione uti Simplicium, quâ latine *sane* aut *nempe* dicimus. τὴν ἀνθρωποποιὸν καὶ — — δημιουργόν. Sic rectissime ed. Ven. cum Msstis: quod præter rem Heinsius in ἣν ἀνθρωποποιὸς καὶ — — δημιουργός mutavit. καὶ κηδεμονικὸν πᾶσιν. Sic recte ed. Heins. Corrupte καὶ κηδεμὼν καὶ πᾶσιν Pa. καὶ κηδαιμὼν ἁπὼν πᾶσιν Arg. Pb. καὶ κηδαιμονικὸν ed. Ven. Pc. Pi. εὐποιητικὴν cum editis agnoscunt Parisienses libri quatuor; in uno Arg. abest hæc vox, spatio tamen nonnullo vacuo relicto. πρὸς ἕν τι τῶν. Temere abest τι in ed. Heins.

p. 153 a ἄρχων πάντως. Perperam πάνσων unus Pa. ὑπερέχων recte edd. cum Arg. Pb. Pc. Corrupte ὑπάρχων Pa. itemque Pi. sed in hoc vera scriptura inter lineas adnotata. conf. supra ad p. 134. b. σώζων ἀναλογίαν. Prætuli σώζων, ut exquisitius, quod cum editione Ven. dedere Parisienses nostri codices quatuor. ἔχων adoptavit Heins. ex cod. Nans. quod quidem & noster Arg. habet, & habebant alii codices, e quibus hoc adnotatum in Vhab. & Vpabcd. σύμβουλος, ὡς ἔμφρων. Omisit h. l. ὡς codex Pa. quam particulam recte hîc, sicuti paulo ante & post, agnoscunt alii omnes. εἰ τῶν κατὰ πολ. Perperam εἰ τοῦ κατὰ ed. Ven. καὶ γὰρ Σωκρ. Vulgo καὶ γὰρ μὲν Σωκρ. Particulam μὲν, quæ aliena ab hoc loco videbatur, delevi auctoritate codicis Arg. Quid habeant alii codices, non liquet. Lubens tulissem καὶ γὰρ καὶ Σωκρ. ἐν τῇ ἐπὶ Δηλίῳ μάχῃ. Corrupte ἐπιδήλῳ ed. Ven. & ἐπὶ Δήλῳ quinque nostri Mssti. Correxit Heinsius, monente Wolfio, qui etiam adnotavit, fuisse *Delium* Boeotiæ oppidulum. In illius nominis scriptura frequenter erraſſe librarios, monui ad Appiani histor. Syriac. cap. 12. In prælio ad Delium a Socrate servatum esse Xenophontem, notum ex Strabonis lib. IX. & Laërt. II. 22. reliquamque ejus virtutem in eodem prælio laudat idem Laërt.

Laërt. II. 23. primas vero victoriæ partes in prælio ad Amphipolin ei delatas memorat. p. 153 a

ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν &c. In editis scriptisque libris omnibus, uno nostro Pa. excepto, sic hîc legebatur: ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν τοὺς μυρίους ἐκείνους διέσωσε, καὶ τῶν Ὀλυμπίων ἐξεκηρύχθη. Ἰστέον μέντοι, ὅτι &c. prætermissis omnibus, quæ hic interseruimus, στρατηγὸς αἱρεθεὶς &c. usque ἀπώλεσε τὴν ἔνστασιν, usque lin. 61. Vbi, quoniam ἐκκηρύττειν τινὰ significat *præconio* vel *edicto publico expellere, ejicere aliquem, & proscribere*, mirum utique videri debuit, quo pacto *Olympicis ludis expulsum Xenophontem* scribere potuerit Simplicius. Itaque Wolfius, de ingenti quidem lacunâ, quæ hoc loco in libris esset, nihil suspicatus, perspecte cæterum ad istud verbum ἐκηρύχθη hæc adnotavit: „Cujus iniquitatis esset, de„cem mille civium conservatorem *proscribere & ar„cere celebritate Olympiorum?* Puto igitur legendum, „καὶ ἐν Ὀλυμπίοις ἐκηρύχθη vel ἀνεκηρύχθη, *in „Olympiis proclamatus est, præconio Olympico orna„tus.*“ Atque ita idem doctus prudensque interpres in versione posuit: *Quin & Xenophon, decem illis Græcorum millibus conservatis, Olympico præconio est ornatus.* Cujus rationem secutus est Dacierius, in Gallica ejusdem loci versione sic scribens: *Xenophon ne fauva-t-il pas, par son courage & par sa prudence, ces dix mille Grecs si renommés, & ne fut-il pas couronné aux jeux Olympiques?* Quæ emendatio Wolfiana multis adhuc difficultatibus erat obnoxia, de quibus nihil nunc adtinet dicere; cum dubitationem omnem penitus sustulerit optimus noster codex Parisiensis, quem notâ Pa. insignire consuevimus. Nempe, quemadmodum supra ad p. 147. c. notavimus, in duobus codicibus Arg. & Pb. magnum esse hiatum, quem inde ortum intelligi debet, quod in vetustiore codice, e quo ambo illi derivati sunt, integrum folium isto loco intercidisset, aut quod festinans aliquis & negligens librarius integrum folium ejus exemplaris, e quo librum describebat, prætersiliisset; sic hoc loco & in eo codice, e quo ducta editio Veneta est, & in quatuor e nostris codicibus, & in illis quibus usi sunt docti viri quorum notulæ b

insunt

p. 153 b insunt in Vhab. & Vpabcd. & in eo e quo Nanſianæ ductæ erant lectiones, ſimillima erat lacuna, orta ex jacturâ integri folii, quod e vetuſtiſſimo aliquo codice, qui communis omnium iſtorum fons fuit, exciderat. Iſtam lacunam ex optimo noſtro codice Pa. qui continuo tenore ea omnia, quæ hîc adpoſuimus, perſequitur, explere nobis contigit: quod & nobis eo jucundius accidit, & lectoribus hujus libelli eo gratius futurum confido, quod cum per ſe pulcerrimum eſt argumentum hoc ipſo loco a Simplicio tractatum, tum vero miro quodam reſpectu ad tempora ſimillima eis, quæ haud ita pridem ipſam noſtram rempublicam oppreſſam tenuerant, memorabile. Bonâque inſuper fortunâ accidit, ut toto hoc loco ita ſatis emendata (præter morem) fuerit codicis noſtri ſcriptura, ut nulla magnopere difficultate prematur auctoris ſententia.

Lin. 1. *ſq.* διὰ τοιαύτης ὁδοῦ καὶ τοιούτων ἐθνῶν. *per talem viam & per tales gentes.* Ferri hoc poteſt: ſed fortaſſe τοσαύτης & τοσούτων ſcripſerat Simplicius, id eſt, *per tantam viam & tot gentes.* Literas σ & ι ſæpe a librariis permutatas vidimus. Deinde ambiguum videri poteſt, ipſa hæc verba διὰ — — ἐθνῶν ſint-ne ad præcedens verbum διέσωσε referenda, an ad ſequens παρακομίσας: & haud dubie ad poſterius referenda putaſſem, niſi & comma poſt ἐθνῶν & καὶ particula intereſſet. Sed fortaſſe καὶ hîc non copulandi ſignificatione, ſed intenſiva notione, ut haud infrequenter aliâs, accipienda fuerit, delendaque diſtinctio poſt ἐθνῶν, ut ita verti debeat hic locus, *qui per talia itinera* (ſive *per tantum viarum ſpatium*) *& per tales gentes* (ſive *per tot gentes*) *usque adeo in Græciam eos perduxit.* *Lin.* 12. *ſq.* νουθετεῖν πράγμα[τα] ἀδύνατα, niſi quid erratum in verbis, fuerit *admonitionibus uti nihil proficere valentibus.* *L.* 14. *ſq.* ὁ αὐτὸς Ἐπίκ[ητος, *idem Epictetus.* Forte αὐτὸς ὁ Ἐπικ[. *ipſe Epictetus.* *L.* 16. ἐξέστη correxi. Mendoſe ἐξέστι ſcriptum erat. *Ibid.* πρὸς τὴν Νικοπ. Rectius (puto) fuiſſet εἰς τὴν Νικοπ. Sed ferendum etiam iſtud in noſtro ſcriptore. *L.* 23. *ſq.* πολλαὶ δὲ κατ' αὐτὰς [τὰς τοιαύτας] εὑρίσκον[ται πολιτείας. *multæ autem in ipſis*

sis hujusmodi rebus publicis inveniuntur actiones. Add πολλαὶ manifeste intelligendum πράξεις, quo & referuntur illa verba ἢ συμβουλῆς δεόμεναι &c. Adeoque mendosum erat εὑρίσκονται πολιτεῖαι, ubi haud dubie πολιτείας fuit corrigendum, quod ad κατ' αὐτὰς referretur. Sed non satis erat κατ' αὐτὰς, quod nude dabat codex noster: oportebat καὶ κατὰ τὰς τοιαύτας, (vide lin. 6. & lin. 43.) vel saltem κατ' αὐτὰς τὰς τοιαύτας. Itaque duo postrema verba ex conjectura adjeci, uncis quidem inclusa. *L.* 27. ἢ μέχρι. Suspicor oportuisse ἢ καὶ μέχρι τοῦ συγκινδ. *L.* 30. χάριν ὁμολογεῖν. In promtu foret, ὁμολογεῖ corrigere, ni sequeretur γαληνιῶντα in accusativo. Itaque tenendum ὁμολογεῖν, subintelligendo δεῖ vel χρή. *L.* 31. *sq.* πόλεμον τοῦ παρὰ Φύσιν βίου πρὸς τὸν κατὰ Φύσιν. Sic corrigere nullus dubitavi, cum inverse scriptum fuisset τοῦ κατὰ Φυσ. βίου πρ. τὸν παρὰ Φύσιν. Nam & per se rectius istud debuit videri, & illum verborum ordinem postulabat id quod sequitur καὶ τῶν μεθυόντων πρὸς τοὺς νήφοντας. Haud raro transponendis isto modo vocabulis errarunt librarii. *L.* 38. *sq.* καὶ τοῖς σκληροτέροις συγγυμναστάῖς προθυμ. συμπλεκ. Confer Epicteti Dissert. I. 24. 1. *L.* 49. ὅτι καὶ μετριοφροσύνη. Forte ὅτι καὶ ἡ μετριοφρ. cum articulo. *L.* 51. προσκρούματα. Mendose προσκούρματα erat in Ms. *L.* 55. *sq.* ἀλλ' αὐτῶν ἢ τῶν θηρίων τὸ μανιῶδες. Intellige ἢ τὸ τὴν αἰτίαν ἔχον, *culpam habeat, culpari debeat.* Adp 153 b

βλαβεραὶ τῶν ψυχῶν εἰσι. βλαβερώτερα Arg. in contextu, sed idem γρ'. βλαβεραὶ in ora. ἐμποδίζουσι edd. cum Pa. Pc. Pi. ἐμποδιζουσα Arg. & Pb. τῷ ἐν πᾶσιν ἀγαθὸν — — ποριζομένῳ. Wolfius sua manu in libro, quo olim usus est, τὸ ἐν πᾶσιν ἀγαθὸν correxit. Equidem τῷ ἐν πᾶσι τἀγαθὸν malebam. c

AD CAPVT XXXII.

Nobis CAP. XXV. In cod. Pf. cap. XXIII. In AA. & Pe. cap. XXVI. In Arg. cap. XXVII. In Pd. cap. XXXIV. In Pa. cap. XXXV. Desinit codex In p. 154

p. 154 a dex Arg. in ἀγαθὰ ταῦτά ἐστι: Pc. in εἰ μὲν ἀγαθά: Pi. vero in istis, ἢ ἐν προαγορεύσει.

p. 155 a προσαγομένας recte quinque nostri codd. Mendose προσαγομώνας ed. Ven. Imperite προσανυμένας ed. Heins. (e codice Nansiano puto;) quod & adnotatum in Vhb. ἐν ἑστιάσεσι. καὶ ἐν ἑστιάσει edd. cum Ms. Pi. Sed καὶ ignorant Arg. Pa. Pb. b Pc. iidemque omnes in ἑστιάσεσι consentiunt. ἐφ' ἡμῖν ἐστι. Perperam ἀφ' ἡμῖν edd. ἰδίῳ μᾶλλον τοῦ προκειμένου. Perperam ἴδια ed. Ven. & ἰδία vel ἰδίῳ quinque nostri codices. ἰδίῳ monente Wolfio correxit Heinsius. Pro τοῦ προκειμένου vero habent οὕτως προκειμένου codices Arg. & Pb. sub quo quid aliud lateat nescio.

c προτιμῶνται τῶν — — αἱρουμένων. Sic recte scripti omnes; τῶν omiserat ed. Ven. sed in αἱρουμένων consentit. Imperite τοῖς αἱρουμένοις ed. Heins.

p. 156 a εἰ μὲν οὖν ἀγαθὰ. Perperam εἰ μὴν οὖν edd. Mox non minus male & invitis Msstis. σὲ δὴ pro σὲ δεῖ habebat ed. Ven. τῇ ἐν σοὶ δυνάμει χρῆσθαι. Temere vocula ἐν omissa in ed. Heins. & verbum χρῆσθαι omissum in ed. Ven. καὶ συγχαιρούσῃ. καὶ particulam, quæ aberat vulgo, opportune dedit noster Pa. & alius codex laudatus in Vpc. ἐξέφηνεν recte Pa. & Arg. puto & alii. Perperam ἐξέφηνα edd. ἰσχυροτάτην per o breve scripsi cum Arg. & Pa. ἰσχυρωτάτην h. l. dabant editi, qui tamen aliâs recte in o breve consentiunt. βούλησιν τὴν ἀγαθωτάτην. Consentiunt in hoc codd. Pa. Pb. Pc. Pi. Et parum abit ed. Ven. in qua ἀγαθοτάτην per o breve: nec aliud debuerat Arg. in quo corrupte ἀγαθότητα scriptum. Superlativum istum, quem non respuebat, Simplicii stylus, temere in βελτίστην h. l. mutavit Heinsius, qui tamen eumdem infra tenuit p. 238. c. c κἂν μὴ δύνηται δὲ. Particulam δὲ, quæ aberat in editis, commode dedere Arg. & Pa. τόγε ἐφ' ἑαυτῇ πάντα ἀγαθύνει, καὶ ὅσα βούλεται. *quantum in ipsa est, omnia bona reddit, & quæcumque vult.* Hoc dicit, *quæcumque vult bona reddere, ea bona reddit quantum in ipsius potestate situm est;* adeoque, si non ipso affectu, (quandoquidem effectus sæpe non est in ejus potestate,) saltem ipsa voluntate: sed &, ut

ut re ipsa efficiat id quod vult, omnem operam na- p. 156
vat quæ est in ipsius potestate. Sic quidem accipi- c
endus hic locus videtur, quem corruptum ratus Wol-
fius, aut abundare ista verba καὶ ὅσα βούλεται ait,
aut καὶ οὐχ ὅσα βούλεται legendum: & sic latine
vertit, *omnia bona reddit, non autem quæcunque vult.*
ἡ δὲ δύναμις αὐτὴ. αὕτη dabant edd. & Mssti; p. 157
unus Pb. αὐτη. Ego, ut passim aliâs, sic & hic non a
dubitavi αὐτὴ corrigere, ut esset *facultas autem ipsa.*

ἐπιχείρησιν. ἐπιχώρησιν ed. Heins. temere & in- c
vitis Mssts. Φοιτᾷν ἐπὶ θύραις. θύρας edd. non p. 158
male: & sic Pi. inter lineas, cum θύραν habeat in a
contextu. Præferendum vero θύραις putavi, in quod
consentiunt codd. Arg. Pa. Pb. & Pc. Conf. not. ad
Epict. Dissert. III. 24, 44. τὰ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενα.
Sic bene ed. Heins. ac (ni fallor) Ms. Pa. ut corre-
xit Wolf. nempe ὑπὸ τοῦ ἑστιάτορος. ὑπ' αὐτῶν
ed. Ven. & Ms. Arg. ubi præcedens τούτων respexe-
rat librarius: at istud ad τοὺς θεραπεύοντας referebatur.
Verba καὶ γινόμενα tenent cæteri omnes, uno
Pa. excepto, qui ea prætermisit. ἐναργῶς, quemad- b
modum Wolfius maluerat, dedere Mssti Arg. Pb. Pc.
Pi. ἐνεργῶς edd. (ac nescio an Pa.) ne id quidem
male. conf. ad p. 151. a. τοῦ δείπνου τιμιώτερον.
Ferri hoc potest, in quod consentiunt libri. Malue-
ram vero τὸ δείπνου τιμιώτερον, *id quod pluris est*
quam coena: nam δείπνου carere articulo poterat, qui
ex græci sermonis usu commodius ad τιμιώτερον adji-
ciebatur. conf. not. ad p. 142. b. τὸ μὴ ἀνέχεσθαι
αὐτοῦ τῶν ἐπὶ τῆς εἰσόδου. Nihil vel addunt vel mu-
tant libri. Nonnisi ex conjectura monuere viri docti
in Vha. & Vpac. adjiciendum fortasse post εἰσόδου,
quemadmodum & in contextu Enchiridii, vocabulum
παροινιῶν.

AD CAPVT XXXIII.

Nobis CAP. XXVI. In Pf. cap. XXIV. In AA. o
& Pe. cap. XXVII. In Arg. cap. XXVIII. In Pd.
cap. XXXV. In Pa. cap. XXXVI. Definit Arg. in
ἄλλο παιδάριον καλεάξῃ: Pc. in ὅταν τοῦ γείτονος:
Pi. vero in οὐ διαφερόμεθα.

p. 159 a καὶ διαμαρτάνουσι πολλάκις. Possis suspicari, redundare καὶ particulam, aut aliud quid hîc turbatum. At omnia recte habent: accipe, ut persæpe aliâs, quasi esset: διαμαρτάνουσι, καὶ πολλάκις, *errant, & quidem sæpius.* Vide Lexic. Polyb. in Καὶ, num. 2.

b αἱ δὲ ἴδιαι ἑκάστου. Adoptavi hoc ex Pa. & Pc.

c ἑκάστων edd. cum aliis, nec id male. καὶ ἡ τὴν ψυχὴν &c. Articulum ἡ, quem ignorant libri nostri omnes, ex conject. inserui, cum ex itacismi errore absorptum mihi persuasissem. οὐκ ἀσφαλὲς ἀπὸ τούτων ἡμῖν &c. ἡμᾶς Pa. bene, si ad καταμανθάνειν referas: sed in ἡμῖν cum editis consentiunt quatuor reliqui codices, & perapte hoc ab ἀσφαλὲς pendet. Pro πραγμάτων, corrupte παραγελμάτων habet Arg. ἦν εἶπε. Corrupte ἦν εἶδε ed. Ven.

p. 160 a τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον. Caret ἄνθρωπον Arg. ἐμπαθέστερον μᾶλλον. Vocem μᾶλλον agnoscunt omnes, præter Pa. qui eam prætermisit. Verbum δεικνύει cum editione Ven. ignorant scripti libri omnes, ex conjectura ab Heinsio adjectum; quod tenuimus quidem, sed uncis includimus, quia, id-ne ipsum, an in eamdem sententiam aliud, eodem-ne loco, an alio, scripserit Simplicius, dubitari poterat. Wolfius in latina versione verbum *declarat* supplevit: miratus sum, ad græcum contextum nihil ab eodem interprete monitum, nec in libro, quo ipse olim usus

b est, quidquam hoc loco adnotatum. ῥεμφθῆναι, *vacillare* (sive corpore, sive animo;) *animo vagabundo esse:* gallice *être distrait* diceres. Tam imperite vero, quam temere, verbum istud, quod cum ed. Ven. agnoscunt veteres libri omnes, in ῥιφθῆναι mutavit Heinsius. ὡς καινοτέρου τινὸς ἐφ' ἡμῶν γενομένου. Perperam κενοτέρου ed. Ven. ἐφ' ἡμῶν vero percommode unus dedit Pa. id est, *respectu nostri, ad nos quod adtinet.* Minus recte ἐφ' ἡμῖν habent alii cum editis. ὃς οὐκ ἂν εἴποι ὅτι ἀνθρωπ. Ex Pa. hoc restitui, pro eo quod vulgatum erat ὃς ἂν εἴποι ὅτι οὐκ ἀνθρ. in quod quidem reliqui nostri

c codd. consentiunt. τὸ αὐτοῦ τινος. Sic ed. Ven. cum quinque nostris codd. quod præter rem in τὸ ἑαυτοῦ τινος mutavit Heins.

p. 161 a τὸ αὐτοῦ πάθος. Sic recte quinque nostri scripti. Perperam τὸ αὐτὸ πάθος edd. καὶ * * εἰκὸς ἀπο-

ἀποθανεῖν αὐτὸ, ἀλλ' οὕτω ζῆν, ὡς ἀεὶ συνεσομέ- p. 161
νῳ. In ed. Ven. & in ſcriptis noſtris omnibus ſic a
legebatur hic locus: πρὸς σῶμα θνητὸν, καὶ εἰκὸς ἀποθανεῖν αὐτὸ, ἀλλ' οὐ τὸ ζῆν, ὡς ἀεὶ συνεσομένῳ. Vbi hæc adnotavit Wolfius: „Fortaſſis καὶ „οὕτω ζῆν ὡς ἀεὶ συνεσομένου, ſcilicet τοῦ σώ„ματος τῇ λογικῇ ψυχῇ, ut cohæreant hæc, συμπά„θειά τε ἄλογος, καὶ τὸ οὕτω ζῆν.“ Cui in pleriſque morem gerens Heinſius, deleto poſt θνητὸν commate, ſic edidit: πρὸς σῶμα θνητὸν καὶ εἰκὸς ἀποθανεῖν αὐτὸ, καὶ οὕτω ζῆν ὡς ἀεὶ συνεσομένῳ. Ego vero de veritate quidem illius emendationis οὕτω ζῆν, pro οὐ τὸ ζῆν, neutiquam dubitandum putavi: ac lubens etiam cum Wolfio συνεσομένου pro συνεσομένῳ ſcripſiſſem, ſi cætera ſatis ſana atque integra eſſe judicaſſem: nec vero hoc ipſum ſive συνεσομένῳ ſive συνεσομένου *ad corporis cum animæ conjunctionem* refero, ſed ad *corpus filii*, quem filium *perpetuo ſecum victurum* ſperaverat pater. At particulam ἀλλὰ in καὶ mutare, nimis temere factum videbatur; præſertim cum ne ſic quidem vel ſententia ſatis apte cohæreret, vel ipſa verba (ea certe quæ præcedebant, πρὸς σῶμα θνητὸν καὶ εἰκὸς ἀποθανεῖν αὐτὸ) ſatis commode poſita videri potuiſſent. Haud obſcure vero intellexiſſe mihi viſus eram, verborum nonnullorum jacturâ, quæ intercidiſſent, turbatam eſſe orationem: itaque repoſito poſt σῶμα θνητὸν *commate*, quod ibi habent veteres libri, (Argentinenſis certe noſter, cum ed. Ven.) inter καὶ & εἰκὸς duos *aſteriſcos*, quibus lacunam indicarem, interpoſui. Suſpicatus autem eram, tali quodam modo ſcripſiſſe Simplicium: καὶ τὸ οὐκ ἐννοεῖν ὅτι εἰκὸς ἀποθανεῖν αὐτὸ, ἀλλ' οὕτω ζῆν &c. id eſt, *& quod non cogitat conſentaneum eſſe ut illud moriatur, ſed quod ita vivit*, &c. τοὺς πάνυ περιπαθῶς. Perperam τοὺς b
ἄλλους περιπ. Pa. διατεθέντας. Corrupte διατιθέντας edd. ῥᾳδίως οὕτως αὐτόν. Caret οὕτως Pa. περιπα- c
θῶς ὑποδεξόμενα. Opportuniſſime ſic dedit idem Pa. quem paulo ante duobus locis in errore verſantem deprehendimus. Corrupte περιχαρῶς ed. Ven. cum cæteris codd. quod in ϛαραχωδῶς cum Wolfio mutavit Heinſius.

p. 161 c Αἴτιον δὲ τοῦ μὲν. Vulgo omnes τὸ μὲν. At ex consecutione orationis manifestum est, τοῦ μὲν oportuisse; quod vel invitis libris reponendum judica-
p. 162 a vi, suffragante viro docto in Vpc. λυπηρότατόν ἐστιν. Sic alii omnes cum editis: unus Pa. λυπηρότερόν ἐστιν. In τί τὸ συμπάσχον consentiunt cum editis Parisienses codices quatuor; quod interpretatus est Wolfius quasi esset τίς ὁ συμπάσχων. Vnus Arg. τί τὸ πάσχον habet, quod vide an ad
b verum accedat propius. καὶ τῆς συνηθείας καὶ τοῦ χορτασμοῦ τὸ πολὺ παραιτητέον. Sic uno consensu dedere quinque nostri codices, nisi quod in Pa. τὸ ante πολὺ deest. Verborum autem istorum ordo naturalis hic videtur intelligendus, καὶ τὸ πολὺ καὶ τοῦ χορτασμοῦ τῆς συνηθείας παραιτητέον, ut sententia sit, *tum in ipsa etiam consuetudine* (scil. cum eis quos diligimus) *cavenda est nimia satietas*. Corrupte in ed. Ven. sic legebatur: καὶ τῆς συνηθείας, καὶ τοῦτο χορτασμοῖ τὸ πολὺ παραιτητέον. Vbi Wolfius adnotavit: „Fortassis καὶ τῷ τῆς συνηθείας καὶ τούτων χορ„τασμῷ, τὸ πολὺ παραιτητέον: ut alludatur ad illud, „πλησμονὴ ἀπάντων.“ Et in versione idem Wolfius, cum superioribus hæc connectens ita reddidit: *Rem esse alienam, & ipsam consuetudinem talium quoque rerum afferre satietatem. Missum igitur faciendum quicquid sit immodicum, & verbis abstinendum* &c. Heinsius vero suo ex ingenio sic edidit: ὅτι ἀλλοτρίῳ πράγματι, καὶ τῆς συνηθείας καὶ τοῦτο χόρτασμα. τὸ πολὺ οὖν παραιτητέον, καὶ λόγων &c.

AD CAPVT XXXIV.

Nobis CAP. XXVII. In cod. Pf. cap. XXV. In AA. & Pe. cap. XXVIII. In Arg. cap. XXIX. In Pd. cap. XXXVI. In Pa. cap. XXXVII. Desinit Arg. in οὕτως οὐδὲ: Pc. vero & Pi. totum habent.

c Ὁ περὶ τῆς ὑποστ. τῶν κακῶν λόγος. Articulum initio habent scripti nostri libri omnes, itemque alii, quibus usi sunt viri docti in Vha. & Vpac. Eumdem, in ed. Ven. prorsus prætermissum, inter κακῶν & λόγος interposuit Heinsius. Pro κακῶν, perperam καλῶν scriptum in Arg. & in alio cod. citata in

in Vhab. & Vpabd. μὴ καλῶς διαρθρωθείς. διορθωθείς habent edd. & Mssti noſtri omnes: quod erunt fortaſſe qui probum judicent, ita fere dictum exiſtimantes, ut latine diceres *haud bene curatus:* & ego, ſi nude μὴ διορθωθείς, abſque καλῶς, ſcriptum fuiſſet, tuliſſem id verbum. Nunc non dubitavi, vel ex mera conjectura διαρθρωθείς reponere, quod jam a Wolfio erat propoſitum; verbum non ſatis familiare librariis, quamquam & aliâs frequentatum noſtro ſcriptori. Vide p. 4. a. 5. c. 170. c. 178. c. Et cum eodem nomine λόγος, quemadmodum hoc loco, conſtructum habes p. 222. b. Adde Ind. Græc. Epict. Εἴ τε ἀρχήν τις λέγοι. „Apparet, ait Wol- „fius, alterum membrum a librario prætermiſſum, cu- „jusmodi fuerit, εἴ τε ὑπὸ θεοῦ παραχθῆναι.“ — At non neceſſe erat, alterum membrum ſtatim eodem hoc loco commemorare. Sequitur illud infra, p. 169. c. Et licet tanto intervallo ſequatur, tamen hoc loco Εἴτε (id eſt, *ſive*) recte ſcribi poterat. Sed equidem γὰρ particulam deſideravi, quæ hanc phraſin cum ſuperioribus connecteret: ac fere perſuaſum habeo, aut Εἴ τε γὰρ, aut Εἴ γὰρ ſcripſiſſe Simplicium. λέγοι bene habent edd. λέγει Arg. atque etiam Pa. ſed in hoc inter lineas eâdem manu λέγοι adnotatum. ὡς εἶναι δύο τῶν ὄντων ἀρχάς. Inſtituit hinc latam *adverſus Manichæos* diſputationem; de qua conferendus *Beauſobre* in *Hiſtoire critique de Manichée & du Manichéiſme*, ubi paſſim eadem Manichæorum ſomnia, quæ Simplicius commemorat, referuntur atque excutiuntur, præſertim Tom. II. cap. VI. & ſeq. p. 162 c

εἰ μὴ ὑπὸ μιᾶς αἰτίας. Perperam deeſt μὴ in edd. quam particulam ſcripti omnes recte agnoſcunt. κοινὸν ἔχονσα. Nil opus eſt ut ἔχονσι corrigamus cum Wolfio. κατὰ ταὐτὰ. Sic recte Mssti noſtri, quemadmodum Wolfio præeunte correxit Heinſ. cum κατὰ ταῦτα fuiſſet in ed. Ven. ἔτι δὲ, εἰ ἀνάγκη &c. Sic Pariſienſes codices, ut in parentheſi ponantur quæ deinde ſequuntur, & apodoſis periodi incipiat ab illis verbis ἀνάγκη καὶ τὰς πολλὰς. Abeſt εἰ in edd. & in Ms. Arg. πρὸ πάσης ἰδιότητος. Immerito ſuſpecta Wolfio fuerat hæc vox. Eſt ἰδιότης, p. 163 a b c

p. 163 c *qualitas uni ſpeciei* (ut aiunt dialectici) *propria*, nempe quæ una ſpecies ab aliâ ſub eodem genere comprehenſa diſtinguitur, ſive, ut verbo dicam, *differentia ſpecifica* quam in ſcholis vocant. ἀφ' ἧς πᾶσα. Recte ἀφ' ἧς edd. quemadmodum mox in ἀπὸ γὰρ τοῦ θείου & ἀπὸ τῆς θείας conſentiunt omnes. Perperam vero h. l. ἐφ' ἧς Arg. Pb. Pc. Pi. & magis etiam corrupte ἐφ' οἷς Pa. ἀνάγκη καὶ τὰς πρώτας. ἀνάγκη οὖν καὶ τ. π. habent edd. cum Arg. Pb. Pc. Pi. quæ particula neceſſaria prorſus erat, cum paulo ſuperius ἔτι δὲ ἀνάγκη absque εἰ legeretur; poſt inſertam vero ibi conjunctionem εἰ nunc quidem abundans videri poterat; attamen, ex optimorum etiam ſcriptorum uſu, initio apodoſeos poſt interſertam longiorem parentheſin pleonaſtice poſita, percommode ſtare poterat: (conf. Lexic. Polyb. in Οὖν.) quare tenendam putavi, licet etiam auctoritate noſtri cod. Pa. expungi potuiſſet. οὔ τινα μερικὴν. Perperam οὔτε τινὰ Arg. & alii codices in Vhab. & Vpabcd.

p. 164 b καὶ τὸν ἀγαθὸν παρ' αὐτοῖς. Sic ed. Ven. cum Msstis. Temere καὶ τὸ ἀγαθ. ed. Heinſ. ἀγαθαίνειν. Alibi quidem ἀγαθύνειν dicit, ut p. 156. 242. &c. & ſic hoc loco pariter edebatur: ſed quoniam in ἀγαθαίνειν nunc conſentiunt quinque noſtri codices, tenui hanc verbi formam, quæ nihil habet ab analogia abhorrens. In uno quidem Pi. nunc etiam altera verbi forma, ἀγαθύνειν, inter lineas adnotata.

c ἐγγὺς τῶν ὅρων αὐτοῦ. Temere αὐτοῦ ed. Heinſ. ἔρριψε τῷ κακῷ. Exſpectaſſes προέρριψε, aut εἰς τὸ κακὸν: ſed nil mutant libri, & ſic rurſus ῥίψαι τῷ κακῷ ait p. 166. b. ταῦτα γάρ ἐστιν αὐτῶν τὰ ῥήματα. Placuit hæc verborum ſeries, quam præivit noſter Pa. Ceteri cum editis, ταῦτα γὰρ αὐτῶν ἐστι

p. 165 b τὰ &c. μέρη αὐτοῦ ἀπολέσαντα. Rurſus αὐτοῦ ed. Heinſ. præter rem, & invitis Msstis.

c καὶ εἴη ἂν πάντως. Particulam ἄν, quæ aberat vulgo, dedere Mssti Arg. Pa. Pb. Pc. aliique in Vha. & Vpacd. ὅπως δ' ἂν ἔχῃ τοῦτο, πρὸ τοῦ κόσμου παρ' αὐτοῖς γενέσθαι. Perperam ἔχει ed. Ven. ἔχοι Ms. Pa. bene; & ſic etiam Wolfius cum in Notis correxit, tum in ipſo libro quo olim uſus eſt. ἔχῃ edidit Heinſ. quod firmant Pb. Pc. Pi. itemque Vhb. &

& Vpb. Cæterum ad totum locum hæc adnotavit Wolfius: „Videtur locus esse mutilus: mihi certe ob- „scurus est, & dubium, utrum τοῦτο ad κακὸν refe- „ratur, an vero ad τὸ ὑπὲρ ἄμφω ὄν.“ — Nempe, cum nullo commate nec in edd. nec in Msstis nostris distinguatur in illis verbis oratio, ambiguum videri poterat, ad præcedentia, an ad sequentia referendum sit pronomen τοῦτο. At parum sane interesse adparet: nam, quocumque referas, fuerit in altero membro idem pronomen, aut aliud simile, mente intelligendum. Mihi placuit ista connectere, ὅπως δ' ἂν ἔχῃ (vel ἔχοι) τοῦτο, *quocumque vero modo hæc res se habeat;* id est, *sive dicant, casu intrasse malum, sive ab aliquo quod utroque* (& bono & malo) *superius sit.* Tum vero verba illa πρὸ τοῦ κόσμου γενέσθαι ad τὸ κακὸν refero, & ex superiori oratione δῆλον intelligo; quasi dixisset: ὅπως δ' ἂν ἔχῃ τοῦτο, δῆλον πρὸ τοῦ κόσμου γενέσθαι ἐκεῖνο, nempe τὸ κακόν. Poteras quidem suspicari, non tam δῆλον hoc loco intelligendum, quam λέγουσι; quod verbum pariter e superioribus haud incommode huc trahi poterat. Sed vicem verbi λέγουσι nunc sustinent illa παρ' αὐτοῖς, quæ, quemadmodum latina dictio *apud illos* vel *secundum illos*, idem valent ac *ex illorum ratione, ut quidem illi putant, ut illi dicunt.* Eodem modo mox ὑπὸ τοῦ Πενταμόρφου παρ' αὐτοῖς ἐσθιόμενα ait p. 166. a. ὡς γὰρ ἐν γῇ. Veritatem hujus scripturæ minime equidem præstare audeam. Particulam γὰρ cum editione Ven. scripti nostri *libri ignorant* omnes: quod fortasse gravioris ulceris hic latentis indicium erat. Wolfius conjectaverat καὶ ὅτι ὡς ἐν γῇ scribendum. ὡς γὰρ suâ ex conjecturâ edidit Heinsius. quod tenui, cum certius nihil haberem. Poteras vero eadem ratione, ac forte probabiliori etiam, ὡς δ' ἐν γῇ suspicari. De re, quæ hic commemoratur, conf. Beausobre lib. VI. cap. 8. p. 165 c

ἐσθιόμενα. καὶ ἐσθιόμενα Pa. cum præpositione; quæ si recte adjecta est, *intensivam* nunc vim habebit, non copulativam: sed fortasse καὶ ἐσθιόμενα debuerat librarius. De *animantibus terrestribus & aquatilibus, inter se pugnantibus*, conf. Beausobre lib. V. cap. 6. §. 10. ubi tamen nihil de *Pentamor-* p. 166 a

p. 166 a *pho* sive *quinqueformi isto monstro* refertur, a quo illa devorata Simplicius ait. Sed vide rursus ipsum b Nostrum p. 168. a. πῶς δυνατὸν ἦν εἰς τὴν &c. Abest h. l. ἦν in Pa. sed habent verbum reliqui omnes cum editis. πῶς δὲ δυνατὸν ἦν τὸ ἐναντίον; Si sana atque integra est hæc scriptura, in qua quidem nil variant libri nostri, intelligendum τὸ ἐναντίον εἰσελθεῖν εἰς τὴν τοῦ ἐναντίου μοῖραν; Sed mihi, sequentia cum his verbis conferenti, utique visum erat intercidisse nonnihil, scil. μένον ἐναντίον; hâc sententiâ, *quo pacto fieri potest, ut malum in partem boni intraverit, & tamen malum manserit? & tamen non desierit malum esse?* ἐνδέχεται σκότος, *tenebras admittit;* vel, præsens pro futuro accipiendo, *tenebras admittet.* Placuit ἐνδέχεται, quod dedit Pa. Cæteri cum editis ἐδέχετο habent, quod adjectam ἂν particulam desiderabat, nec ita commode conveniebat cum futuro ἔσται, quod præcedit. οὐχὶ καὶ ἀνόητον. Particulam καὶ, quæ aberat vulgo, commode dedere Mssti Arg. Pa. Pb. puto & Pc. Pro c ἀνόητον vero, perperam ἀδύνατον habet Pa. μηδὲ δυνατὸν ὂν αὐτοῦ περιγενέσθαι. ἑαυτοῦ h. l. dabant omnes, editi scriptique; quod ferri nullo pacto potuit, sed haud dubie in αὐτοῦ fuit mutandum cum viro docto in Vpc. ἀγένητον & h. l. & mox iterum, ut alibi, constanter scribunt codices nostri cum ed. Ven. ἀγέννητον ed. Heins. Vide ad p. 24. c.

p. 167 a οὐκ ἐκείνας, αἳ γαῖάν τε &c. Vide Odyss. α. 54. In ed. Ven. & codd. Pa. Pc. & Pi. ἐκείνους scribitur, & mox dein ὁποίους, rursusque αὐτοὺς νομίζουσι: non male per se, quoniam utriusque generis est nomen κίων. Sed quoniam iidem libri omnes in foemininum αἱ, quo etiam Homerus usus est, consentiunt: tenui ἐκείνας; & αὐτὰς in foemininо, quemadmodum Heinsius edidit; & pro ὁποῖός τις, quod nescio quo errore legebatur in ejusdem Heinsii editione, ὁποίας τις scripsi. Poterat quidem minoribus etiam ambagibus res confici, αἳ in οἳ mutando, quod Wolfio placuerat: sed, ut dixi, in αἳ libri consentiunt ad unum omnes; & ἐκείνας quoque in foemininо habent codices nostri Arg. & Pb. & ii quibus usi sunt viri docti in Vhab. & Vpabcd. Pro

ὁποίας

ὁποίας quidem & αὐτὰς teſtes invocari iidem libri p. 167
non poſſunt: nam in eis ipſis locis, ubi duæ illæ a
voces occurrunt, defecti ſunt codices Arg. & Pb. ſic ſcribentes, οὐ γὰρ ἀξιοῦσι μέν τις τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν ἐξέφηνε ζουσι' (Pb. ἐξέφηνε νομίζουσι') καὶ δώδεκα βυβλίους &c. Aliâ parte in editis defecta erat ſcriptura, ubi poſt ὁποίας τις (pro quo ὁποίους τις erat in ed. Ven. & ὁποῖός τις in ed. Heinſ.) ſic legebatur τῶν παρ' αὐτοῖς ἐξέφη. At σοφῶν poſt παρ' αὐτοῖς adjectum dedere quatuor codices Arg. Pa. Pb. Pc. ἐξέφηνε vero exſerte ſcripſere Arg. Pb. Pc. Pi. ſed loco ejusdem verbi Pa. ἐξέτεινεν habet. ἐκ πραταιοῦ λίθου καὶ ἀναγλύφους αὐτὰς νομίζουσι. *e duro lapide* (conſtantes) *& ſculptas* (id eſt, *e ſolido lapide ſculptas*) *illas putant.* Pro αὐτὰς paulo ante dixi αὐτοὺς ſcribi in ed. Ven. & codd. Pa. Pc. & Pi. Cæterum ἐκ πραταιοῦ λίθου καὶ ἀνωγλύφου habet ed. Ven. Vbi Wolfius adnotavit: „ἀνωγλύφου, *ſuperne ſculpto vel cælato.* Fortaſſis ἀγλύφου, *rudi & impolito.*“ Et in verſione ſic poſuit, *quæ ſolido & impolito lapide conſtent:* quam verſionem tenens Heinſius, in græco exemplo ſua auctoritate καὶ ἀπογλύφου edidit. At tres noſtri codices, in quibus hic locus integer exhibetur, Pa. Pc. & Pi. (nam codices Arg. &. Pb. defectos hac parte eſſe dixi;) in ἀνωγλύφους conſentiunt, *accuſativum* caſum tenentes, ad κίονας relatum; in quo cur non ſequerer illorum præſcriptum, cauſſam nullam vidi. Sed inauditam formam & ab analogia prorſus abhorrentem, quam in priori ſui parte habebat illud vocabulum, non ferendam putavi: nec tamen illud ἀνωγλυφ. cum Wolfio in ἀγλύφ. nec cum Heinſio in ἀπογλύφ. mutandum cenſui, ſed in id, quod proximum erat, ἀναγλύφους, *ſculptas, cælatas.* Ad rem quod ſpectat, locum hunc tractans Beauſobre, Hiſt. de Manich. lib. VI. cap. 7. T. II. p. 371. ſq. vulgatam ſecutus eſt ſcripturam, quam Gallice ſic reddidit: *Les Manichéens appuyoient la terre ſur des colonnes de groſſes pierres brutes:* dubitat vero, ad literam hoc illos intellexiſſe. *Les Manichéens* (ſic ille) *ne peuvent-ils pas avoir imité dans leurs Hymnes le ſtyle des poëtes? Et leurs Colonnes de groſſes pierres non polies ne peuvent-elles pas être de*

p. 167 a même nature, que les Colomnes de diamant, ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες, que Pindare a données pour fondement à la terre? Il eſt vrai, que Simplicius avance, que les Manichéens diſoient à la Lettre ce que les poëtes n'avoient dit que figurément: mais Simplicius eſt-il infaillible, & ne donne-t-il pas, dans ſa diſpute contre les Manichéens, des marques viſibles de prévention?

b Αἱ δὲ περὶ τῶν ἐκλείψεων αἰτιολογίαι. Rationes quas Eclipſes explicant. Confer Beauſobre lib. VII.
c cap. 6. §. 12. T. II. p. 512. Πόσῃ δὲ καὶ ἡ περὶ τοῦτο ἀλλοκοτία. Sic alii cum editis. περὶ τούτου Pa. ne id quidem male, ſed alterum melius. De *animarum migratione in lunam, indeque in ſolem*, confer Epiphanium apud Beauſobr. T. I. p. 243. ſq. οὐκ ἀπὸ τοῦ ἡλίου νομίζειν. Aberat τοῦ in ed. Ven. & Pa. forte & in aliis nonnullis; adjectum ab Heinſ. ex cod. Nanſ. cui ſuffragantur Arg. & Vpacd. νομίζειν commode dedere edd. At νομίζουσιν Mssti Arg. Pa. (neſcio an & alii) itemque Vhab. & Vpabcd. quod & ipſum ferri poterat, licet ad hanc rationem commodius fuiſſet, ſi paulo ante ſic legeretur, καὶ ὅτι τὸ φῶς &c. ubi tamen ὅτι particulam nullus codex agnoſcit. ὑπὸ νουμηνίας ἕως πανσελήνου. Suſpicari poſſes, ἀπὸ νουμηνίας oportuiſſe, quemadmodum mox ait ἀπὸ πανσελήνου πάλιν ἕως νουμ. Sed ibi in ὑπὸ, ut hîc in ἀπὸ conſentiunt omnes; nec male. ὑπὸ νουμηνίας eſt *ſub novilunium, tempore novilunii;* tum, quoniam ſequitur ἕως πανσελήνου, facile ſubintelligitur *& inde*, vel *& a novilunio*, usque ad plenilunium.

p. 168 a μεταγλίζει. μετέγλιζει, inauditum verbum, edidit Heinſius, ex codice puto Nanſiano: eſt certe hoc & in ſimilibus illius codicis libris Vhab. & Vpabc. notatum, & quidem in Vpc. ex Msto etiam codice laudatum. Sed noſtri quidem quinque Mssti cum ed. Ven. in μεταγλίζει recte conſentiunt, quod idem ſonat quaſi latine *transvaſare* diceres, id eſt, *ex uno vaſe in aliud transfundere:* quod verbum apud Manichæos in uſu fuiſſe ad deſignandam *animarum transmigrationem*, notavit Beauſobre lib. VII. cap. 5. §. 9.

§. 9. T. II. p. 499. sq. ubi mireris, hunc Simplicii p. 168
locum silentio præteritum, nihilque suboluisse docto a
viro de vera verbi scriptura, per pravam editoris sedulitatem obscurata. ἅπερ μηδὲ μύθους. Placuit h. l. μηδὲ, quod dedit Pa. Alii οὐδὲ cum editis. ὡς τοιοῦτον ἐπιόν τι δεδοικότες. ἐπιόν]α δεδοικό]ες ed. Ven. cum Arg. & Pi. quod in ἐπιὸν αὐτὸ mutandum Wolfius conjectaverat; nulla quidem necessitate, quandoquidem τὸν Πεντάμορφον in masculino genere dictum intelligere poteras; quamvis verosimilius sit, τὸ Πεντάμορφον in neutro genere acceptum voluisse Simplicium, sive τὸ κακὸν subintelligeres, sive, quod mihi videbatur, ζῷον. Itaque probavi scripturam codicum Pa. & Pc. τοιοῦτον ἐπιόν τι, quod idem valet ac τοιοῦτόν τι ἐπιόν. In Pb. ambigua est scriptura, literâ τ superne positâ, omissa (ut solent in fine vocum, compendii caussâ) ultima vocali, ut perinde ἐπιόν]α & ἐπιόν τι legere possis: sed illum quidem librarium, cujus exemplar maxime cum nostro Arg. consentiebat, ἐπιόν]α debuisse voluisseque probabile est; quæ scriptura inde potuerat oriri, quod τοιοῦτον in masc. gen. dictum putarent librarii, non memores perinde in neutro τοιοῦτον & τοιοῦτο recte dici. Heinsius brevius rem expedivit, τοιοῦτον ἐπιὸν δεδοικότες edens. ἀρχὴν ὑπεστήσαν]ο ἰδίαν τοῦ b
κακοῦ. Perperam αἰτίαν τοῦ κακοῦ Arg. ἰδίᾳ Pa. In ἰδίαν cum edd. consentiunt Pb. Pc. Pi. ἰσότιμον αὐτὴν καὶ ἰσοσθενῆ &c. ἰσότιμον αὐτῇ habent quinque scripti nostri cum editis, quod ferri nullo modo poterat. αὐτὴν correxi cum Wolfio. μέχρι γὰρ νῦν τέως. Non præcise damnem hoc; sed tamen prorsus abundare τέως videtur. Itaque orta mihi suspicio erat, τελέως fortasse scriptum oportuisse. καὶ τοῦτο μὲν. Perperam & invitis Msstis nostris καὶ τοῦτο τὸ μὲν edd. μηχανώμενον παντοίως μὴ ἀπολέσαι αὐτό. Prima specie dixisses abjiciendam negativam particulam, ut hoc diceret *malum quovis modo moliri ut perdat bonum;* sed vide p. 171. b. & 175. a. φεύγον]ες τὸν καπνὸν εἰς πῦρ ἐμπεπ]ώκασιν. Male c
transposita hæc erant in ed. Ven. & in Msstis, φεύγον]ες τὸ πῦρ, εἰς καπνὸν ἐμπεπ]. & pro καπνὸν corrupte etiam κακὸν scriptum in Arg. Monente Wolfio verum verborum ordinem restituit Heins.

Non

p. 168 c Non neglexit istud proverbium Erasmus. conf. Diogenian. Cent. VII. num. 45.

p. 169 a. b ἀγένητον dedere scripti omnes, ut aliâs. ἀγέννητον edd. καὶ οὐκ ἔτι οὐδέν ἐστιν ἁμαρτία ὅλως. Corrupte hoc loco in ed. Ven. & in Msstis omnibus sic legebatur, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδέν ἐστιν ἁμ. ὁλ. Pariterque paulo inferius, iidem libri omnes sic habent, οὐκ ἔστιν οὐδέν ἐστι κακόν. Vtroque loco manifestum erat, quod etiam Wolfius monuit, pro altero ἐστὶ, ἔτι scriptum oportuisse; quas voces infinitis in locis apud omnes veteres scriptores perperam permutatas a librariis observavimus. Posteriori loco sic edidit Heinsius, quemadmodum & a nobis factum, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἔτι κακόν. Poterat eâdem ratione hoc loco καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἔτι ἁμ. ὁλ. corrigere, posterius ἐστὶν in ἔτι mutando; quod per se magis mihi placiturum erat. At hoc loco eidem Heinsio placuit, prius ἐστὶν in ἔτι mutare: quod ipsum & ego quidem tenui; non sic tamen, ut verissimam illam scripturam καὶ οὐκ ἔτι οὐδέν ἐστιν judicarem: sed hoc modo suspicor scriptum reliquisse Simplicium, καὶ οὐκ ἔτι οὐδ' ἔστιν (vel οὐδὲ ἔστιν) ἁμαρ[τία ὅλως, hâc sententiâ *ac ne est quidem amplius peccatum omnino.* Quam similitudinem p. 171. a. habes οὐδὲ ἔστιν ὅλως ἐν τῇ Φύσει. ἂν ὑπόθηταί τις βιαζομένους ἡμᾶς. Merito βιαζομένους correxit Heinsius, Wolfio præeunte; quæ scriptura etiam e codice Msto laudatur in Vpc. Perperam βιαζόμενος habent quinque nostri codices cum ed. Ven.

c Οὕτως οὖν ἐναργῶς. Abest οὖν in Arg. τοῦτον τὸν ἔλεγχον. τοῦτον τὸν λόγον Arg. sed in vulgatum cum aliis consentit Pb. αἴτιον τοῦ κακοῦ λέγειν, ὡς καλοῦ. Si id voluisset Simplicius, quod Wolfius in versione posuit, *mali auctorem — — æque atque boni,* ὥσπερ καὶ τοῦ καλοῦ dixisset, vel saltem ὡς τοῦ καλοῦ, cum articulo: immo vero non τοῦ καλοῦ dixisset, sed τοῦ ἀγαθοῦ. (conf. p. 170. b.) Quare non dubito, ὡς κακοῦ illum scripsisse, *auctorem mali, ut mali,* id est, *quatenus malum est.* Nempe multarum rerum, quæ & dicuntur & sunt quodammodo *malæ*, auctor dici Deus potest, sed non *quatenus illæ malæ sunt;* quemadmodum ipse Simplicius

cius cum in superioribus (ad cap. 13. nobis cap. 8.) exposuit, tum in sequenti mox disputatione demonstrabit. De eorumdem vocabulorum permutatione vide notata ad p. 147. b. & 162. c. & ad Epict. Dissert. I. 27, 7. & III. 14, 1. καὶ ψευδόμενος. Abest καὶ in Pa. καὶ αἴτιος ὢν αὐτῷ τοῦ εἶναι. Percommode αὐτῷ dedere quinque nostri Mssti, pro αἴτιος ὢν αὐτὸς, quod erat in editis. κατ' ἐκείνην ἱστάμενος. ἑσταμένος habet Pa. Mox, quod ait, κατ' αἰτίαν ὢν αὐτὸς ἐκεῖνος, ὅπερ &c. suspicatus sum ἐκεῖνο oportuisse; sed poterit fortasse post αὐτὸς ἐκεῖνος pronomen τοῦτο intelligi, ad ὅπερ referendum. p. 169 c

ἢ χρὴ &c. ἢ, *an vero, fortasse vero;* aut, si malueris, *nempe;* ut sæpe aliàs. ὃ οἱ τὴν ἀρχήν. Sic recte Pb. Pc. Pi. cum editis. ὃ caret Pa. Corrupte οἳ οἱ τὴν ἀρχ. habet Arg. Quæ sequuntur, ἐν νοοῦσί τινα προηγουμένην ἔχον ὑπόστασιν, correxi ex Wolfii mente atque præscripto. Corrupte vulgo sic legebatur: ἐννοοῦσιν, ἥν τινα προηγουμένην ἔχουσαν ὑπόστασιν, consentientibus Mssts, nisi quod ἔχουσα est in Arg. & Pb. Hoc dicit philosophus noster: *eos, qui principium mali ponunt, aut de illo quæstionem instituunt, intelligere malum, tamquam aliquid quod per se & suo nomine subsistat, prorsus ab omni bono separatum,* &c. Poterat fortasse ἥν τινα teneri, pro ἥν τινα οὖν positum, id est, *aliquam quæcumque illa fuerit:* sed nec ad sententiam id satis commodum hoc loco foret, & usus ille pronominis ὅστις pro ὁστισοῦν cum aliàs rarus est, tum a Simplicii stylo alienus. Quod deinde ait καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ κακὸν οὐσίαν ἄμικτον &c. adjiciendum rursus participium ἔχον putavit Wolfius. At nunc quidem alia ratio est. ὑπόστασις *exsistentiam* vel *subsistentiam*, si ita mavis, denotat: itaque dixit, τὸ κακὸν οὐκ ἔχειν προηγουμένην τινὰ ὑπόστασιν. At οὐσία hîc est ipsa *res exsistens*, ipsum *subjectum existens*, ipsa *substantia*, quam dicunt in scholis; verbi caussa *homo*, *equus*, ut mox ait. Itaque hoc loco ad οὐσίαν non intelligendum participium ἔχον, sed αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ κακὸν ἐννοοῦσιν οὐσίαν ἄμικτον. οὐδὲ ἔστιν ὅλως. Hoc verum judicavi, in quod cum editis consentit Arg. & alii scripti. Minus commode p. 170 a b

p. 171 a c

οὐδέν

p. 171 c οὐδὲν ἐστιν ὅλως Pa. Vide tamen ad p. 169. b. καθ' ἑαυτὴν οὐχ ὑφίσταται. Commodius futurum erat καθ' ἑαυτὸ, sed in vulgatum consentiunt libri. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀνίσιμ. Temere τὸ omissum in ed. Heins. καθὸ τὴν αὐτοῦ. Sic veteres omnes. Temere αὐ-
p. 172 a τοῦ ed. Heins. οὐκ ἔτι κακὸν. οὐκ ἔτι nunc recte tenent cæteri; sed mendose οὐκ ἔστι habet Arg. sic. ut p. 169. b.

b προηγούμενα ὁμοίως ταῦτα. ὁμοίως αὐτὰ solus Pa. εἴδη γὰρ ὁμοίως ταῦτα ἄμφω. Recte εἴδη scripti omnes, *ambo hæc genera, sive utraque hæc species*, scil. album & nigrum. Perperam εἰ δὴ edd. Quem errorem non animadvertens Wolfius, parum
c feliciter interpretatus est hunc locum. ἡ χωλεία recte quinque nostri codd. ἡ χωλία edd. οὐδὲ τὸ ἕτερον ἑτέρου ἔλαττον. οὐδὲ τοῦ ἑτέρου ἔλαττον edd. male. οὐδὲ τὸ ἑτέρου ἔλαττον Arg. Pb. Pc. Pi. haud multo melius. In Pi. quidem primum τοῦ fuerat, sed id eadem manu in τὸ mutatum. οὐδὲ τὸ ἕτερον Pa. quod per se satis erat, ferrique poterat. Sed reliquorum librorum scriptura indicare mihi visa est, sic olim scriptum fuisse, quemadmodum ex con-
p. 173 jectura reposui. διὰ γὰρ τὴν σωτηρίαν καὶ ὑγίειαν
a τοῦ ζώου, καὶ ὅλως τὸ δι' ὃ γίνεται ἡ ἐνέργεια. Sic scripti omnes editique; nisi quod post γίνεται comma inserait Heinsius perincommode. Cæterum & mendosa & defecta ista verba mihi non minus, quam Wolfio, visa sunt. Is eo fere loco, quo *asteriscum* posui, desiderari verba τέλος ἐστὶ suspicatus erat, & καὶ ὑγίειαν in καὶ ὑγίεια mutandum censuerat; ad eamque sententiam versionem hujus loci adaptavit. Ego & versionem Wolfii tenui, nec ad emendanda græca certius quidquam aut probabilius reperi. Mox pro ἐπισυμβαίνει δὲ τῷ μὲν σκοπῷ τῆς ἐπιτυχίας, exspectaveram τοῦ μὲν σκοποῦ τῇ ἐπιτυχίᾳ: sed & istud ferendum, in quod consentiunt libri, nisi quod pro ἐπισυμβαίνει corrupte ἐπιλαμβάνει habet ed. Ven.
b μήτε τὸ τέλος ἀπολάβῃ. μήποτε τὸ τελ. ἀπ. Pa. male.

c Post ἐφιέμενος intercidisse verbum μοιχεύει, perspecte Wolfius monuit: quod verbum licet libri nostri ignorent omnes, adjicere non dubitavi; (cf. p. 174.

174. a.) attamen, ut ex mera conjectura adjectum, p. 173
uncis pro more inclusi. τοῦ φαινομένου αὐτοῦ ἀγα- c
θοῦ. Vtique αὐτῷ exspectasses, quemadmodum Wolfius correxit: sed in vulgatum constanter consentiunt libri, & recte quidem. Nempe αὐτὸς hic *solus* significat: *solum bonum, quod adparet, adpetit;* (non malum;) *sed malum, quod cum bono illo conjunctum est, simul accipere cogitur.* οὐδὲ ἄλλου τινὸς κα- p. 174
κοῦ διὰ τὸ κακόν· τῷ, μηδὲ ἐφίεσθαι τοῦ κακοῦ ὡς a
κακοῦ. Cum in ed. Ven. τὸ μηδὲ ἐφίεσθαι legeretur, τῷ scribendum monuit Wolfius, atque ita in suo libro correxit: eodemque modo scribitur in codd. Pc. & Pi. quemadmodum etiam edidit Heinsius. At hoc loco codices Arg. Pa. & Pb. nihil aliud habent, nisi οὐδὲ ἄλλου τινὸς κακοῦ ὡς κακοῦ, omissis istis verbis, quæ vulgo interjecta sunt, διὰ τὸ — — τοῦ κακοῦ. Quod deinde ait, εἰ γὰρ ἦν ἀρχὴ καὶ αἴτιον τῶν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τέλος ἦν αὐτῶν, καὶ ἐφετὸν αὐτοῖς, fateor me verborum istorum sententiam minime percipere, & illud præsertim non perspicere, quo referantur pronomina αὐτῶν & αὐτοῖς. καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐφετόν. Particulam καὶ, proxime ante ἐφετόν, temere omisit Heinsius. τὸ συνὸν αὐτῷ κακὸν. Perpe- c
ram αὐτὸ edd. Verum dedere Arg. & Pa. καὶ μὴ p. 175
ἀπολλύναι. conf. p. 168. b. οὐκ ἔστιν ὑπόστασις αὐ- a
τοῦ. Sic alii omnes. Vnus Pa. αὐτῷ. nec id male.

καὶ τοιούτου ὄντος, τί ἂν εἴη τὸ αἴτιον ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος. In verbis nil dissentiunt libri. A scriptis hoc discedunt editi, quod post τί εἴη, ubi illi non distinguunt, punctum interserverit ed. Ven. pro quo interrogandi signum Heinsius posuit, nempe Wolfii versionem secutus, quæ sic habebat: *quid erit? Causa enim hic quæritur.* At idem Wolfius in Notis sic legendum censuit: τί ἂν εἴη τὸ αἴτιον; τὸ αἴτιον γὰρ ζητεῖ ὁ λόγος. Quæ ratio insignem quidem speciem videri possit habere: sed, verum si quæris, minime solicitanda fuerit librorum scriptura, quæ idem prorsus valet, ac si sic fuisset scriptum, ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τί ἂν εἴη τὸ αἴτιον αὐτοῦ, καὶ τοιούτου ὄντος. Mox deinde, in ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν consenti- b
unt Mssti cum ed. Ven. Temere τοῦτο δὲ ed. Heins. Εἴρηται μέντοι περὶ τούτου καὶ πρότερον.

Vide

p. 175 c Vide p. 80. seqq. ὅσα καὶ παραλρέπεσθαι. καὶ deest edd. & Pi. Dedere Arg. Pa. Pb. Pc. καὶ μηκέ-
p. 176 a τι * γινομένων καὶ φθειρομένων. Indicavi *defectum*, quo haud dubie laborat hic locus. Quid sit quod interciderit, haud satis adparet: suspicatus eram, deletâ καὶ particulâ ante μηκέτι, sic scriptum olim fuisse, μηκέτι ὄνλων τῶν γινομένων τε καὶ φθειρομένων. Vniversa quidem sententia haud obscura. ἀμετάβληλον. Corrupte ἀμετάκληλον Pa. permutatis
b (ut passim factum observavi) β & κ literis. [μὴ] καὶ ὑποστῆναι. Particulam negativam, quam libri ignorabant omnes, ex conjectura adjeci. Connexio orationis hæc est: ἀδύνατον ἦν — — μὴ καὶ ὑποστῆναι τὰ ἔσχαλα, *fieri non poterat, quin, cum essent prima & media, essent etiam postrema.* μεταβάλλονλα, καὶ παρὰ φύσιν διατιθέμενα. Participia ista accipienda non tam de eo quod *est*, quam quod *fieri potest: mutabilia*, pro οἷα μεταβάλλειν vel μεταβλητὰ, *quæ mutari possunt;* διατιθέμενα, pro οἷα διατίθεσθαι, *quæ possunt contra naturam sese habere;* vel ἐν οἷς χώραν εἶχε τὸ μεταβάλλειν καὶ τὸ παρὰ φύσιν διατίθεσθαι: aut πεφυκότα μεταβάλλειν καὶ παραλρέπεσθαι. conf. mox lit. c. & ad p. 185. b. Quonam spectent vero verba præcedentia, ἀπὸ τῆς τῶν οὐρανίων παρατροπῆς haud satis adparet. In Msstis & in editis levi distinctione a sequentibus separata, ad superiora referuntur, ut cohærere videantur ἔσχατα ἀπὸ τῆς &c. quam in sententiam in lat. vers. vocabulum *remotissima* adjeci. Wolfius ad sequentia traxit; quod minus placuit ob id præsertim quod adjectum est, καὶ παρὰ φύσιν διατιθέμενα.

καὶ ἄλλους δηλονότι. καὶ τοὺς ἀλλ. δηλ. edd.
c Delevi articulum auctoritate codicum Arg. & Pa. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς. Sic recte ed. Ven. cum Msstis.
p. 177 Temere καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς ed. Heins. πεφυ-
a κυῖα δὲ ἐν τούτῳ γίνεσθαι τῷ τόπῳ κατὰ σχέσιν. Wolfius κατὰ σχέσιν *quâdam convenientiâ* vertit: ego (nescio an recte satis atque perspicue) *quod ad exteriorem ejus habitudinem attinet.* Possis fortasse & *pro tempore* interpretari. Rursus p. 180. c. ait, καλαβαίνουσα ἡ ψυχὴ τῇ σχέσει ἐπὶ τὸν θνητὸν τοῦτον τόπον. τοῦ κακοῦ τοῦ ἐνταῦθα, κατὰ τὴν παρὰ φύσιν

σιν αὐτῶν διάθεσιν &c. In loco haud satis plano il- p. 177
lud quidem clare intelligere mihi visus sum, mendo- a
sum esse παρὰ φύσιν ἑαυτῶν, quod dabant tres e
nostris codicibus cum editis, aut ἑαυτῷ quod pejus
etiam habet Arg. & Pb. Manifeste ad τὰ σώματα
referuntur ista verba: itaque αὐτῶν corrigere non
dubitavi, quemadmodum mox in αὐτοῖς consentiunt
omnes. In verbis τοῦ κακοῦ τοῦ ἐνταῦθα, posterius
τοῦ prætermisit Arg. μαχομένων τε ἀλλήλοις. b
Vulgo μετεχομένων τε edd. & Mssti: quod &
sententiam parum commodam habebat, & construc-
tionem ab usu sermonis abhorrentem, cum ἀλλήλων in
genitivo oportuisset. Quare jam per se maxime pro-
babilis videri debuit viri docti conjectura, in Vpc.
suadentis μαχομένων corrigere; sed eam extra du-
bitationem mihi posuit locus huic prorsus parallelus,
p. 82. c. quem vide, & conf. p. 94. a. ἀπαλλάτ-
τεσθαι τοῦ μόχθου ex Wolfii præscripto correxit
Heinsius, cum ἀπαλλάτταται esset in Ven. &
Mssts. Magis autem placuit ista Wolfii emendatio,
quam illa quæ ab eodem, quem modo laudavi, viro
docto in Vpc. proposita est, cum, pro μαχομένων τε,
μαχομένων γὰρ scribere juberet. οὐδὲ ἔχει κακὸν
οὐδὲ τοῦτο. Prius οὐδὲ in οὐδὲν mutatum voluerat
Wolf. præter necessitatem. τὰ ἀποσκήμματα.
Sic recte codices nostri, a quibus parum abit ed.
Ven. ἀποσκήματα scribens, quod in ἀποστήματα mu-
tavit Heins. atque etiam Wolfius in suo græco exem-
plo. conf. p. 83. c. καὶ τὸν αἴτιον αὐτῶν. καὶ p. 178
τὸ αἴτ. edd. non male; sed in τὸν consentiunt quin- a
que nostri codices. τὰ μὲν ἁπλᾶ τῶν ὑπὸ σελ.
Vulgo τὰ μὲν ἄλλα edd. & Mssti; ubi perspecte
Wolfius: „Puto, inquit, legendum τὰ μὲν ἁπλᾶ,
„*simplicia corpora*, id est *elementa*." Cui merito ob-
secutus est Heinsius. ἄϋδια καὶ αὐτὰ ὄντα. καὶ
ταῦτα Pa. quod sicut non improbo, sic vulgato non
prætulerim. τὸ τῶν ὅλων ἀγαθόν. Et hoc perspi- b
caci Wolfii ingenio debetur. Perperam vulgo τὸ
τῶν ἄλλων, quod & Heinsius tenuit: in ed. Ven. ve-
ro duplicato errore ἄλλων ἀγαθῶν scribitur. Non
apud nostrum solum, vocabula ἄλλος & ὅλος confu-
derunt librarii. Vide Lexic. Polyb. in Ἄλλος.

p. 178 b καλεῖν αὐτὴν ἀγαθόν. Recte αὐτὴν ed. Ven. cum Msstis, nempe τὴν τῶν σωμάτων παρὰ Φύσιν
c διάθεσιν. Temere αὐτὸν ed. Heinſ. περὶ τοῦ κα-
κοῦ. Corrupte παρὰ edd. & Mssti; quod correxi
præeunte Wolfio. ὡς τῷ ἀγαθῷ πανϑελῶς ἐναν-
ϑίου. Perperam omnes ἐναν̈ϑίον, quod ferri non pot-
erat, & miror Wolfio non obſervatum. Vtique ἐναν-
ϑίου oportebat, quod reponere non dubitavi. ἀλλ'
ἀναγκαῖον μᾶλλον. Vide p. 93. a. & 186. c. κἂν
μὴ καθ' ἑαυτὸ ᾖ αἱρετὸν. Tenui ᾖ, ab Heinſio edi-
tum, ſuffragante noſtro codice Pc. ἐστὶν pro ᾖ ha-
bet ed. Ven. cum Pi. Parique modo ſubinde κἂν
conjunctionem cum indicativo conſtructam apud No-
ſtrum obſervavimus. vide ad p. 53. a. Rurſus ab his
discedunt Arg. & Pb. ὑπάρχει ſcribentes. Prorſus
vero corrupte κἂν μὴ καθ' ἑαυτὸ ἀδιαίρετον habet
p. 179 Pa. ſub qua ſcriptura quid lateat neſcio. ὁ τούτου
a ποιητὴς. Prætuli hoc, quod dedere Arg. Pa. Pb. Pc.
ὁ τούτων ποιητὴς edd. cum Pi. εἰκότως καὶ αὐτοῦ
recte ed. Heinſ. cum Msstis. Corrupte εἰκότως σαυ-
τοῦ ed. Ven.

b Ἐπεὶ δὲ. Ἐπειδὴ δὲ unus Pa. εἴρηται — — πρό-
τερον. Vide p. 94. ſeqq. ἀεὶ ἄνω οὖσαι. ἀεὶ ἄνω μέ-
νουσαι ait p. 180. a. nec tamen idcirco ſolicitandum
c h. l. verbum οὖσαι putem. τῶν τε ἀνθρωπίνων. Sic
percommode ſcripti libri cum ed. Ven. Temere τῶν
p. 180 τε ἀνθρώπων ed. Heinſ. ταύτην ἀρχὴν ἔχει.
b Perperam ἔχειν ed. Ven. cum Msstis noſtris. Sic &
iterum infra (lit. c.) Φύσιν μὲν ἔχειν. Vtrobique
correxit Heinſius, præeunte Wolfio. Hoc loco ταῦ-
τα, pro ταύτην, habet cod. Arg. nec id quidem ma-
le; ſed iſtud melius.

p. 181 b καθαρειοτέρου percommode dedere ſcripti
omnes cum ed. Ven. quod præter rationem in καθα-
ρώτερον mutavit Heinſ. Conf. Not. ad Polyb. XI. 9,
5. & ad Epicteti Diſſ. IV. 11, 3. ὡς ἄλογον ζῶον.
Sic Pa. Pc. Pi. In Arg. & Pb. plura quædam verba
h. l. omiſſa. Corrupte ὡς ἄλονϑαι ζῶον ed. Ven. quod
in ὡς ἄλογόν τι ζῶον mutavit Heinſius, præeunte
Wolfio. In κύημα libri conſentiunt omnes; quod
cur in κίνημα mutatum vellet Wolfius, & agitatio-
nem in verſione poneret, cauſſa nulla erat. „κύημα

„τηλι-

„τηλικοῦτον, (ait in Notis) *motum tantum.* Sic τὰ p. 181
„ἀφροδίσια vocat. Nam si κύημα legas, ad mulieres b
„tantum pertinet.“ Turbare quidem poterat adjectivum τηλικοῦτον, quod haud satis aptum poterat videri, *tantam graviditatem.* Nec tamen in τοιαύτην mutare ausim. Itaque vide, sit-ne τηλικαύτην, *tam frequentem, sæpius recurrentem;* an id, quod in versione expressi, *tam gravem, tam molestam;* aut denique *tam diuturnam.*

κακὸν οὐδὲν παραφύεται. Heinsio quid inp. 182
mentem venerit, aut quid eum commoverit, ut κακὸν a
οὐδὲν αὐτοῦ φύεται ederet, non adsequor. In id quidem quod restitui, in quo sane nihil desiderari videtur, consentiunt quinque nostri libri; nec in Vhab. aut Vpabcd. aliud quidpiam reperio. τὸ σφοδρὸν καὶ b
πληκτικὸν τῆς ἡδονῆς. Potest ferri simplex vocabulum πληκτικὸν, cujus exemplum ex Dioscoride, post Budæum, citavit H. Stephanus, πληκτικὸς τῇ ὀσμῇ, *pungens odore.* Sed quoniam καταπληκτικὸν (omissâ quidem καὶ particulâ) habet Pa.; vide ne σφοδρὸν καὶ καταπληκτικὸν debuerint nostri librarii. τῆς λογικῆς. intellige ψυχῆς, quod nomen commode adjectum foret, sed ignorant hîc libri omnes. παρὰ τὴν αὐτῆς ἀξίαν. Corrupte τὴν αὐτῶν Pa. Sua auctoritate τὴν αὐτῆς edidit Heins. οὔ- c
τε ἐν τῷ κρείττονι. Sic scripti nostri. Operarum puto errore est οὔτε τῷ ἐν κρειττ. in ed. Heins. In ed. Ven. vocula ἐν prorsus omissa, de qua adjiciendâ monuit Wolf. In καθ' αὑτὸ consentiunt omnes, nisi quod in ora Pa. κατ' αὐτὸ scribitur. ὁμοιότητος scripsi cum Arg. Pa. & Pb. ὁμοιότητα edd. cum Pi. quod & ipsum quidem ferri poterat. In Pc. compendiose in fine scripta est vox, ut ambiguum videri possit quid debuerit. αἱρουμένη [διὰ] τὸ αὐτεξούσιον αὐτῆς. Præpositionem uno consensu ignorant editi scripti nostri. διὰ adjeci, monente Wolfio; sed uncis, ut haud satis certam vocem, inclusi, quoniam perinde κατὰ scribere Simplicius potuerat, quod conjectavit vir doctus in Vpc.

Καί μοι πρόσεχε. Sic recte cæteri; unus Pa. corrupte Καὶ μὴ πρόσεχε. ὑπ' οὐδενὸς ἔξωθεν p. 183
ἀναγκαζόμενον. Sic corrigere cum Wolfio nullus du- a

p. 183 a bitavi. conf. p. 12. a. & b. Perperam h. l. ὑπ' οὐδενὸς ἔνδοθεν edd. & scripti nostri. κατὰ αἵρεσιν. Sic exserte scribunt quinque nostri codices. καθ' αἵρεσιν edd. ψυχὴ πο]ὲ μὲν. Perperam omissa h. l. erat ποτὲ particula in ed. Ven. & Msstis nostris. In Pc. tamen nonnihil spatii relictum est inter ψυχὴ & μὲν. Vocem ποτὲ merito interposuit Heins. præeunte Wolf. Mox idem Heins. ex ejusdem Wolfii præscripto correxit τὸ χεῖρον ἀντὶ τοῦ κρείττονος, pro quo in ed. Ven. & Pi. erat τὸ χεῖρον τὸ αὐτοῦ κρείττονος: in Arg. vero & in Pa. & Pb. τὸ χεῖρον αὐτὸ τοῦ κρείττονος: in Pc. τὸ χεῖρον αὐτοῦ κρείττονος, & super αὐτοῦ inter lineas τὸ notatum. δέδεικται οἶμαι σαφῶς. c Vide p. 15. a. εἰ οὖν τοῦ κακοῦ ἡ προαίρεσις. Aberat artic. in edd. & in Pi. Dedere eumdem quatuor alii codices. οὐδὲν γὰρ αἱρεῖται τὸ κακὸν ὡς κακόν. Suspicari licet, οὐδὲ γὰρ oportuisse, *nam ne adpetit quidem* (nempe ἡ ψυχὴ) *malum ut malum.* Sed nil temere mutandum, consentientibus præsertim libris. Ac poterit οὐδὲν illud, in neutro genere, (intelligendo οὐδὲν ζῷον) pari ratione dici, qua sæpe dictum vidimus τοῦ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται. κρύπτ]ονλος δὲ ἐν αὐτῷ. Sic recte Arg. Pa. Pb. Pc. & sic statim fuerat etiam in Pi. ubi dein ante αὐτῷ eâdem manu litera τ adposita est, ut sit ἐν ταὐτῷ, quemadmodum perperam legitur in edd. καὶ εἴρηται καὶ περὶ τούτου πρότερον. Vide p. 173. c.

p. 184 a ὁ Θεὸς κακίας ἀναίτιος. Corrupte αἰτίας ἀναίτιος libri nostri omnes cum ed. Ven. ubi recte Wolfius monuit, sententiam postulare κακίας aut ἁμαρ]ίας. Equidem prius probavi, quod & Heinsius adoptaverat: & id ipsum, κακίας, tamquam e Msto codice ductum laudatur in Vpc. Post διότι τὸ κακὸν perperam ἔπρατ]εν inserit Arg. cum ad verba paulo inferiora aberrasset librarius, mox tamen in b viam regressus. ὑποστῆσαι recte alii cum edd. ὑποστῆναι Pa. Pro πεφυκέναι est πεποιηκέναι in Arg. quæ verba & apud Polyb. III. 36, 3. permutata a librariis vidimus. αὐτόθεν ἄλογον, *per se absurdum.* Recte αὐτόθεν dedit Pa. Perperam αὐτόθι edd. cum Pi. αὐτόθει Arg. In Pb. & Pc. litera θ superne posita est, & terminatio vocis compendii caussâ omissa.

ἐφ'

ἐφ' ἑκατέρου, *quoad utramque partem, respectu utriusque partis.* Corrupte ἐφ' ἡμετέρου ed. Ven. ubi Wolfius vel ἔργον ἡμέτερον vel ἐφ' ἡμῖν corrigendum censuerat. Commode ἐφ' ἑκατέρου edidit Heins. ex cod. Nans. cui suffragantur Arg. & Pa. (puto & Pb. Pc. Pi.) itemque illi codices quibus usi sunt viri docti in Vhab. & Vpabcd. Pro ἐγίνε]ο, est ἐγένετο in Arg. quod & in Vpd. adnotatum. Ex Pa. nihil varietatis enotavi: nec de cæteris codd. exploratum habeo. Videtur autem recte imperfectum hîc positum, ad quod subintelligendum ἄν particula, ut denotet *foret.* At eodem modo fortasse ἐγένετο *fuisset* denotabat. p. 184 b

ὁ δὲ δεύτερος λόγος — — ἐννοείτω. Ad verbum, *altera vero ratio cogitet;* id est, *qui alteram rationem defendunt* vel *proponunt, ii cogitent.* Sua auctoritate Heinsius ἐννοεῖται edidit, quod prorsus alienum erat. Nos ἐννοείτω ex ed. Ven. & Mss. tis revocavimus. In συμβουλεύειν recte alii omnes consentiunt. Vnus Arg. βουλεύειν habet. ταύτην τῆς ψυχῆς οὐσίαν, τὴν αὐτοθελῶς &c. Tria verba, ψυχῆς οὐσίαν & τὴν, quæ libri omnes cum ed. Ven. agnoscunt, temere omissa erant in ed. Heins. Mox p. 185 a quatuor verba, ἢ ὡς οὐκ ἀγαθὸν, quæ ex Wolfii conjecturâ, haud satis illâ certâ quidem, Heinsius adjecit, *uncis* inclusi. Quod si quidem in istis verbis ἢ ὡς μέγα τι κακὸν, in quæ consentiunt libri omnes, recte se habet ἢ particula; utique inde intelligi debet, ante ista verba aliquid intercidisse, sed quænam potissimum verba interciderint, nemo definiverit. Aliis viris doctis in Vha. & in Vpa. & Vpc. *delenda* illa particula ἢ ante ὡς μέγα visa erat. Pro ὑπερέχει corrupte ὑπάρχει habet Pa. quod notandum ad p. 134. b. ὑπὸ Θεοῦ παραγενόμενον, τὸ μεῖζον ἐκείνων μὴ παραγενέσθαι. Nihil utique per se magnopere in his desideres, quæ uno consensu libri tenent omnes: sed, quum constanter aliâs verbo παράγειν in ea re utatur Simplicius, vereor ne παραγομένων & παράγεσθαι vel παραγαγέσθαι hîc debuerint librarii. Et παραγομένων ex conject. correctum etiam video a viro docto in Vpc. τὸ ἀνθρώπειον. In hanc nominis formam consentiunt b

p. 185 b hoc loco quinque noſtri codices. τὸ ἀνθρώπινον edd. ἀπεριτρεπτός τε οὖσα. δὲ pro τε habet ed. Heinſ. minime incommode quidem, ſed invitis omnibus veteribus libris, a quibus nil opus erat discedere. In ἀπεριτρεπτος conſentiunt omnes; quod fere non dubito ex ἀπαραπτρεπτος corruptum eſſe, librariorum culpâ. c καὶ οὐκέτι ἀνθρωπ. Temere καὶ particula omiſſa in ed. Heinſ. Itemque, paulo poſt, articulus αἱ poſt αἱ ἀρεταὶ.

καὖν ὑπὸ Θεοῦ λέγῃ τις. Bene λέγῃ ed. Heinſ. cum Pa. Pb. Pc. Pi. λέγει ed. Ven. cum Arg. quod in λέγοι mutavit Wolf. in ſuo exemplo. ἀποκόπτοντα τὰ μόρια. Poterat abeſſe articulus; & abeſt in Pb. Mendoſe vero ἀποκόψων τὰ habet Arg. & ἀποκόπτου τὰ Pc. ſed ἀποκοπτοντα τὰ edd. cum Pa. & Pi. ubi hæc vis articuli eſt, *abſcindentem partes eas* p. 186 a *quæ opus eſt abſcindere.* Ἀλλὰ καὶ ἡ θεία δίκη — — μέχρι τινος τοιοῦτον ἐπάγει. Verborum horum integritatem præſtare non auſim, quorum ne vim quidem, nec conſtructionem ſatis me percipere profiteor. Toto vero loco nil mutant libri, niſi quod in Pa. τίνος penacute pro τινὸς ſcribitur. τοιοῦτον quo pertineat, non video. ποιούτου exſpectaſſes, ut μέχρι τινὸς τοιούτου intelligeretur μέχρι τινὸς μανιώδους ὀρέξεως, aut μέχρι τοῦ ἐνεργεῖν κατὰ μανιώδη ὄρεξιν, ut continuo deinde ait. Hoc ſcilicet in animo eſt τοιοῦτόν τι, *tale aliquid*, quale in corpore ſunt abſceſſus, decubitus, cancer, & id genus alia, violentis remediis (ut proxime ante dixit) curanda. Reliquorum verborum hæc, ni fallor, naturalis fuerit conſecutio: ἡ θεία δίκη μέχρι τινὸς ἐπάγει τὸ τιμωρὸν εἶδος τῆς δικαιώσεως, τὸ ἐπιτρίβον καὶ αὔξον τὰ πάθη τῆς ψυχῆς. Verbum ἐπιτρίβον, *permittens* vertit Wolfius, quaſi ἐπιτρέπον eſſet, quod ipſum verbum etiam in ora græci ſui exempli notavit. At ἐπιτρίβειν *incitare, inſtigare* ſonat; quem verbi uſum apud Appianum obſervavimus Hiſt. Punicæ cap. 50. & apud Polyb. III. 84, 8 dixique de eodem in Emendationibus in Suidam p. 39. ſqq. Cæterum, cum quod ad rem ſpectat, quæ hic agitur, tum quod ad dictionem, conſerenda ſunt quæ infra leguntur, p. 245 extr. & ſeq. εἰ μὴ ἐνεργήσει. Sic recte ed. Ven.

Ven. cum Msstis, & hîc, & mox iterum. Temere p. 186
utrobique ἐνεργήσῃ edidit Heinſ. ἢ πολλάκις ἐνίοτε. a
aut interdum ſæpius; nempe, *non ſemel modo, ſed rubinde etiam ſæpius.* Sic ſcripti omnes cum ed. Ven. non ἢ πολλάκις ἢ ἐνίοτε, ut edd. Heinſ. ἐξεμέσαι b
τελέως τὰ τοιαῦτα πάθη. *prorſus evomere*, vel *reſpuere;* id eſt, *prorſus exuere, deponere*, atque *horrere & cavere* dehinc. εἰ μὴ ἐνεργήσει ποτὲ κατ' αὐτὰ καὶ κορεσθῇ. E veteribus libris reſtitutum eſſe ἐνεργήσει, paulo ante monui: nec obſtat quod mox ſequatur κορεσθῇ in ſubjunctivo, cum hoc ſit in aoriſto poſitum, iſtud in futuro: & εἰ cum ſubjunctivo conſtructum apud Noſtrum jam aliâs vidimus. κατ' αὐτὰ dedere Mss. Arg. Pa. Pb. Pc. κατὰ ταυτὰ Pi. κατὰ ταῦτα edd.

τὰ ἀγαθὰ τοσαῦτα. τοιαῦτα cogitaveram, id eſt, p. 187
talia, hujus generis. At pari modo p. 185. c. τῶν a
τοσούτων ἀγαθῶν dixit. ἐνέργεια παθητικὴ. Wolfius, *actio paſſiva.* Mihi viſum eſt interpretari *actionem ex perturbatione animi profectam*, nempe ex eo quod anima rationalis ultro indulget perturbationibus, quas penes ipſam erat vincere & ſuperare. καὶ ἐξ ὧν οἱ τὴν ἀρχὴν. Duo verba ἐξ ὧν, quæ dedere quinque noſtri codices perperam deerant in edd. Itaque poſt δῆλον οἶμαι punctum poſuerat Heinſius. διὰ τὸ ἀναίτιον τοῦ κακοῦ τὸν Θεὸν ἀποφαίνειν λέγουσι, nempe τοῦτο, vel λέγουσι τιθέναι ἀρχὴν τοῦ κακοῦ, *dicunt, ſe principium ſtatuere mali.* διὰ τὸ reſtitui ex ed. Ven. conſentientibus Msstis; quod præter neceſſitatem in διὰ τοῦτο mutavit Heinſ. atque etiam in δι' αὐτὸ mutaverat Wolfius in ſuo libro. ἀλλὰ καὶ b
μέρος αὐτὴν. Aberat καὶ in ed. Ven. quam particulam ex cod. Nanſiano Heinſius adjecit, ſuffragantibus Msstis noſtris & Vhab. & Vpabcd. μέλος τοῦ Θεοῦ. μέλος ὑπὸ Θεοῦ Pa. male. ἁπλῶς δ' οὖν, εἴτε καλὰ e
προαίρεσιν αὐτὴν κακύνεσθαι λέγουσιν. Ante hæc verba quæ præcedunt omnia, inde ab iſtis ὅπερ ἀκολουθεῖ, parentheſeos ſignis incluſi, quod ipſum & a Wolfio in ſuo græco exemplo factum video. Tum hîc deinde cum eodem Wolfio εἴτε καλὰ προαίρεσιν ſcripſi, quemadmodum ante parentheſin conſenſu omnium legitur: quod hîc quidem varie corruptum

p. 187 c erat. ἔϊτε κακὸν προαιρέσει ed. Ven. ἔϊτε κακῇ προαιρέσει ed. Heinſ. ἔϊτε κακὸν προαίρεσιν Ms. Arg. ἔϊτε κακὸν προαιρέσεως Pa. Quid ſit in Pb. Pc. Pi., compertum non habeo. ἐπεὶ μηδὲ πέφυκεν. Sic bene edd. ἐπειδὴ μὴ πέφυκεν Ms. Arg. ἐπειδὴ μηδὲ πεφ. Pa. τὴν Μητέρα τῆς ζωῆς &c. Vide Epiphanium apud Beauſobre in Hiſt. de Manichée, T. I. p. 242. & Tom. II. p. 311. ſqq. lib. VI. cap. 3.

p. 188 b διὸ καὶ φευκ]ὴ τελέως. conf. p. 190. a. τῷ οἰκίαν οἰκοδομοῦν]ι. Probavi hoc, quod eſt in ed. Ven. & Pa. neſcio an in Pb. Pc. Pi. τὴν οἰκίαν οἰκοδ. abſque τῷ habet Arg. & alii codices laudati in Vhab. & Vpabcd. Vtrumque articulum junxit Heinſius, τῷ c τὴν οἰκίαν οἰκοδ. τὸ προηγουμένως κατὰ φύσιν &c. Sic ed. Ven. cum Mſtis. Heinſius, Wolfii verſionem ſecutus, τὸ γὰρ προηγ. edidit; eamdemque particulam Wolfius in græco ſuo exemplo ſua manu adjecerat: quæ tamen ab hoc loco prorſus aliena erat, cum his verbis contineatur ſubſumtio ſyllogiſmi, quæ aut nulla particula conjunctiva indigebat, aut δὲ deſiderabat, *ſed, atqui.* δῆλον ὅτι καὶ τὸ κακὸν. Particulam καὶ, quæ deerat editis, adjeci auctoritate no-
p. 189 a ſtrorum codicum Arg. & Pa. παρατραπεὶς ἐπ' αὐτοῦ. Si vera hæc ſcriptura, verti debebit *deceptus quoad illud:* ſed admodum fallor, aut ἀπ' αὐτοῦ ſcribendum, *aberrans ab eo.* In vulgatum tamen conſenti-
b unt edd. & ſcripti noſtri. εἰς ὃν ἀποβλέπων. εἰς ὃν
c ἀποβλέπει Arg. & Pb. male. τὴν ἐλάτ]ονα πρότασιν. Corrupte πράτεσιν edd. quod ne Londinenſis quidem editor corrigere ſuſtinuit. Veram ſcripturam
p. 190 a tenent Mss. noſtri Arg. & Pa. κακοῦ φύσις ἐν κόσμῳ. Sic alii omnes cum editis: unus Arg. ἐν τῷ κόσμῳ γίνε]αι.

TO KEIMENON. CONTEXTVS.

p. 190 & 191 In ed. Ven. hîc continuo tenore ponitur Contextus Enchiridii, qui in noſtra Enchiridii editione conficit caput XXVIII. & cap. XXIX. ſect. 1 — 4. & poſt verba iſta θέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν. continuo adtexitur etiam initium capitis noſtri XXX. hoc modo: Τὰ καθήκον]α ὡς ἐπίπαν ταῖς σχέσεσι παραμε-

τρίοις,

τρίοις, (sic ibi mendose pro παραμετρεῖται scriptum) καὶ τὰ ἑξῆς. p. 190 & 191 In codice Pa. eadem duo capita nostra XXVIII. & XXIX, continuo tenore, integra hîc adponuntur, & pro uno cap. λή. id est XXXVIII. numerantur: ista vero verba, Τὰ καθήκοντα &c. paulo inferius suo loco exhibentur, numero λθ'. id est XXXIX. insignita. Heinsius, vestigia sequens Venetæ editionis, resectis quidem (ut par erat) verbis illis, Τὰ καθήκοντα &c. quæ ibi adrexta dixi, reliqua omnia ita hîc adposuit, ut pro more suo adhiberet Capitum distributionem, qua Wolfius in sua Enchiridii editione usus erat, quam eamdem plerique alii Enchiridii editores adoptaverunt. Itaque primum illam partem contextus, quæ a verbis Εἰ μὲν τὸ σῶμα σου usque ad ista αἰσχρῶς ἀποστήσῃ (sive, ut ipse cum ed. Ven. scripsit, αἰσχρῶν τινων αἰσχυνθήσῃ) progreditur, nude adposuit, nullo titulo nec numero distinctam; quoniam scilicet eadem hæc verba, quæ in nostra quidem editione caput XXVIII. & cap. XXIX. sect. 1. constituunt, ex Wolfiana distributione cum superioribus Ὥσπερ σκοπὸς &c. jungebantur & simul cum illis unum caput XXXIV. efficiebant. Tum vero illis verbis Θέλεις Ὀλύμπια (pro quibus ipse quidem cum ed. Ven. Μέλει σοι Ὀλύμπια scripsit) usque ad ista βέλουσι καὶ αὐτοὶ φιλοσοφεῖν, titulum numerumque præfixit Κεφ. λέ. id est *Cap. XXXV.* quem gerit ista pars contextus in editionibus Enchiridii Wolfianam rationem tenentibus; cum in nostra editione conficiat eadem pars sectiones 2. 3. & 4. capitis XXIX. Denique reliquam partem nostri capitis XXIX. quæ desiderabatur in Veneta editione, (quam eamdem tamen in nostro cod. Pa. simul cum superioribus verbis hîc continuo tenore exhiberi dixi) a verbis Ἄνθρωπε πρῶτον usque ἢ ἰδιώτου, ex aliis Enchiridii editionibus adjecit idem Heinsius, eisque ex Wolfii ratione titulum numerumque Κεφ. λς. id est, *Cap. XXXVI.* præposuit. Ego hoc loco, ut constanter in hoc opere, *verba* quidem *Contextus* ex ea ratione recensioneque adposui, quam in criticâ nostrâ editione Enchiridii stabilitam dedi; in *Capitum* vero *distributione* rationem tenui ab Heinsio adoptatam. Iam, quod ad codices nostros Msstos adtinet, unus est ex omnibus codex Pf. qui cum Wolfio (cui

p. 190 & 191 in hoc quidem præiverat Haloander & editio Venet. Enchiridii 1535.) verba illa Εἰ μὲν τὸ σῶμα &c. cum superioribus Ὥσπερ σκοποὺς &c. conjunxerit, & ad unum idemque caput retulerit. In cæteris omnibus codicibus sejuncta ista sunt ab his; ita quidem ut ab illis verbis Εἰ μὲν τὸ σῶμα &c. incipiat in codd. AA. & Pe. κεφ. κθ'. id est cap. XXIX. in Arg. κεφ. λ'. (XXX.) in Pd. κεφ. λζ'. (XXXVII.) denique in Pa. ut paulo ante dictum, κεφ. λή. (id est XXXVIII.) Et in eodem quidem Pa. (ut pariter ante dictum) caput hoc λή. perpetuo tractu continuatur usque ad ista verba φιλοσόφου τάξιν ἐπέχειν ἢ ἰδιώτου. In AA. & Pe. vero caput κθ'. finitur in verbis αἰσχρῶς ἀποστήσῃ. Tum in eisdem codd. AA. & Pe. a verbis Θέλεις Ὀλύμπια νικῆσαι fit initium capitis λ'. id est XXX. a quibus eisdem verbis in cod. Pf. incipit cap. κς'. id est XXVI. Denique a verbis Ἄνθρωπε πρῶτον ἐπίσκεψαι, incipit in AA. & Pe. cap. λά. id est XXXI. & in Pf. cap. κζ'. id est XXVII. In cod. Pb. eodem modo distributa capita sunt, ut in AA. & in Pe. & licet in eodem Pb. aliâs numeris non distincta sunt capita, tamen ad verba Ἄνθρωπε πρῶτον in ora adnotatus est numerus λά. quemadmodum in AA. & in Pe. In codice Pg. incipitur quidem novum caput a verbis Εἰ μὲν τὸ σῶμα, tum rursus ab illis Θέλεις Ὀλύμπια, sed ab his inde verbis continuo tenore idem caput non modo usque ad ἢ ἰδιώτου detexitur, sed simul continuo tractu junguntur ista, Τὰ καθήκοντα &c. quæ in aliis omnibus libris, unâ ed. Ven. exceptâ, ad aliud caput referuntur. Denique vero in codice Pd. qui codex integrum cæteroquin Enchiridion (absque Commentario) exhibet, caput XXXVII, ab illis verbis initium capiens Εἰ μὲν τὸ σῶμα, desinit in his οὐκ αἰσχύνῃ τούτου ἕνεκα. tum reliqua omnia, inde a verbis Ἐφ' ἑκάστου ἔργου usque ἰδιώτου, adeoque quæcumque in nostra editione toto capite XXIX. continentur, prorsus prætermissa sunt. In quo, verum si quæris, convenit ille Codex cum eo Enchiridii exemplo, quo ipse olim Simplicius noster usus erat; quo in exemplo pariter omnia ista, quæ totum caput XXIX. in nostra editione Enchiridii conficiunt, (quæ quidem verbotenus ex Epicteti Dissertationibus in Enchiridion translata

lata sunt,) prorsus desiderabantur: quare in Simplicii p 190
Commentario non modo interpretatio nulla totius il- & 191
lius Capitis, sed ne ulla quidem mentio facta reperitur; & tota, quæ sequitur, interpretatio nonnisi ad illa verba pertinet Εἰ μὲν τὸ σῶμα, usque οὐκ αἰσχύνῃ τούτου ἕνεκα. Cui consentaneum est, quod in Codicibus nostris Simplicianis Pc. & Pi. nullum prorsus vestigium eorum omnium, quæ toto nostro capite XXIX. continentur, adparet: nam Codex Pi. desinit in verbis ἠγανάκηεις ἄν: Pc. vero in illis, τὴν σεαυτοῦ ἐπιτρέπεις: tum continuo sequitur commentarius in istud capitulum. Codex Pa. quidem, ut supra vidimus, quamquam & ipse Simplicianus, (hactenus scilicet, ut Enchiridion per Capita distinctum Commentario Simplicii intersertum exhibet,) tamen aliam hîc rationem tenuit. Et cum eodem hac parte convenit codex noster Pb. Nempe hi contextum Enchiridii ex diversæ stirpis exemplo descriptum habent. Codex noster Arg. hîc ab aliis omnibus in diversum abit. Is statim initium capitis illius, Εἰ μὲν τὸ σῶμα &c. (quod suo ordine num. λ'. id est XXX. insignivit) exhibet, illudque terminat in verbis ἐπιτρέπεις τῷ τυχόντι, καὶ τὰ ἑξῆς. Tum adponit Simplicii interpretationem ejusdem capitis. Post illam interpretationem sequuntur minio scripta (ut solet constanter minio scribere Enchiridii contextum) hæc: λά. (id est, cap. XXXI.) Θέλεις Ὀλύμπια νικῆσαι, κἀγὼ νὴ τοὺς Θεούς· κομψὸν γάρ ἐστιν ἆθλα σκόπει τὰ παθηγούμενα καὶ τὰ ἀκόλουθα. καὶ οὕτως ἅψου τοῦ ἔργου, καὶ τὰ ἑξῆς. Tum a novâ lineâ: λβ'. (id est, cap. XXXII.) Ἄνθρωπε, πρῶτον ἐπίσκεψαι ὁποῖον ἐστὶ τὸ πρᾶγμα· εἶτα καὶ τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε εἰ δύνασαι βαστάσαι, καὶ τὰ ἑξῆς. Moxque rursus a linea: λγ'. (id est, cap. XXXIII.) Τὰ καθήκοντα ὡς ἐπὶ (sic mendose, pro ἐπίπαν) ταῖς σχέσεσι παραμετρεῖται, & sic dein continuo tenore (secus atque aliâs consuevit) integrum illud caput adponit, in ipsis his verbis desinens, ἐὰν τὰς σχέσεις ἐθίζῃς θεωρεῖν. Cui capiti subjicitur commentarius ab his verbis incipiens: Τὰ καθήκοντά ἐστι τὰ γινόμενα &c.

Nunc in viam redeamus, & ad Simplicii inter- p. 192
pretationem illorum verborum Εἰ μὲν τὸ σῶμά σου b
&c.

p. 192 b &c. pergamus. Ibi igitur, cum in ipso statim initio corrupte in libris nostris omnibus, cum scriptis, tum editis, sic legeretur, Πολλὴν ἀργίαν ἐποίησεν ἡ σύγκρισις, pro ἀργίαν Wolfius ἐναργειαν scribere jusserat. Ego ἐνέργειαν probavi, quod & per se commodius visum est, &-ex vet. cod. laudatum a viro docto in Vpc. & mire conveniebat cum eo, in quod pag. 193. a. consentiunt libri omnes, τῆς παρατεθείσης ἐνεργοῦς συγκρίσεως. cf. p. 151. a. & p. 194. c. τοῦ ἐπιτρέποντος ἄλλου. Recte ἄλλου ed. Heins. monente etiam Wolfio. Perperam in ed. Ven. & in codd. nostris Arg. & Pa. post ἐπιτρέποντος comma vel punctum ponebatur, tum sic pergebatur, ἀλλ' οὐ πρὸς ἐμὲ. Ex eis autem, quæ continuo sequuntur, adparet, intelligendum hoc loco esse ἄλλου ἐπιτρέποντος ἐμέ, id est, *alterius qui me alii tradit.* λοιδορήσῃ ἢ ὑβρίσῃ. Sic Arg. & Pa. Vulgo ὑβρίζῃ. Mox αὐτὴ παραχθῇ recte Ms. Arg. ut edidit Heinsius. Perperam αὐτῇ ed. Ven. & Pa. nescio an alii. ἐνδιδόναι δὲ ἑκόντας τὸ ἡμέτερον κακὸν. Sua auctoritate, invitis Msstis, Heinsius τῷ ἡμετέρῳ κακῷ edidit. Et est quidem ἐνδιδόναι τῷ κακῷ, *cedere malo:* sed commodius videtur id ipsum quod libri dant, ἐνδιδόναι τὸ ἡμέτερον κακὸν, *admittere malum nostrum.* Eodem modo p. 50. b. (si ibi lectio vera) dictum vidimus ἐνδιδόναι τὸ ἁμάρτημα, *admittere peccatum.* Parique modo μαλακὸν ἐνδιδόναι οὐδὲν, *nihil molle admittere*, dixere Herodot. III. 51. &
p. 193 a Aristoph. in Pluto, vs. 488. δυσχεραίνομεν μὲν. Particulam μὲν, quæ desideratur in editis, absorpta a verbi terminatione, opportune servarunt codd. Arg. & Pa. puto & alii. Certe ex alio vet. cod. eamdem particulam supplevit vir doctus in Vpc. In ἐνεργοῦς consentiunt libri, quod nil opus est cur in ἐναργοῦς mutetur, ut voluit Wolf. conf. ad p. 192. b.

AD CAPVT XXXVII.

b. c Nobis CAP. XXX. In ed. Ven. & in cod. Pg. (ut supra dixi) conjungitur hoc caput: in aliis codicibus merito separatur. Et in cod. Pf. quidem est cap. XXVIII. In AA. & Pe. cap. XXXII. In Arg. cap. XXXIII. In Pd. cap. XXXVIII. In Pa. cap. XXXIX.

XXXIX. In Arg. præter morem integrum caput ad- p. 193
positum est. Desinit vero Pi. in verbo παραμετρεῖ- b. c
ται: Pc. vero in παραχωρεῖν.

Καθηκοντά ἐστι. In ed. Ven. interpretatio hujus p. 194
capitis continuo tractu adtexitur commentario superio- a
ris capitis, in illa verba exeunti τὰς διαφορὰς ἰδεῖν. In uno Ms. Arg. hîc Τὰ καθηκοντά scribitur: reliqui quatuor libri nostri cum editis articulum hoc loco omittunt; quem & percommode abesse posse putavi. τὸ τὰ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις ἀποδιδόναι. Corrupte τὸ τὰ μετ' ἀξίαν ed. Ven. τὸ κατ' ἀξίαν, absque τὰ, habent Mss. Arg. & Pa. non male; sed τὸ τὰ κατ' ἀξ. Pb. Pc. & Pi. cum ed. Heinf. διὸ καὶ ἡ ἠθικὴ. Articulum, qui deerat editis, dedere Arg. Pa. Pb. & Pc. τὸ πρὸς ἀξίαν ἀποδιδοῦσα. Corrupte τῶν πρὸς b
ἀξ. ed. Ven. cum quinque nostris Msstis. τὰ πρὸς ἀξ. correxit Heinf. Mihi τὸ in fing. placuit, quod Wolfius proposuit: sed percommode teneri posse πρὸς præpositionem putavi, nec opus esse ut τὸ κατ' ἀξίαν corrigatur, quemadmodum idem Wolfius voluit. οἱ μὲν Περὶ Καθηκόντων τὰς πραγματείας c
ἐπιγράψαντες, οἱ δὲ περὶ τῶν ἐν τοῖς &c. Septem voces, Περὶ Καθηκ. — — οἱ δὲ, temere omissas in ed. Heinf. & Lond. restitui ex ed. Ven. & Msstis. In eo tamen peccabant libri omnes, quod τε pro τὰς scriberent, quod certa ex conjectura correxi. Cæterum non tam περὶ Καθηκόντων, quam περὶ Καθήκοντος vel περὶ τοῦ Καθήκοντος, (in singulari) libros illius argumenti inscripserant veteres Philosophi, Zeno, Chrysippus, Cleanthes, teste Diogene Laërt. VII. 4. 129. & 175. itemque Panætius, teste Cic. ad Attic. lib. XVI. ep. 11. conf. Fabric. Bibl. Græc. lib. III. c. 15. T. II. p. 407. Reperitur tamen etiam, nisi is librariorum aut editorum error est, titulus περὶ Καθηκόντων apud eumdem Laërt. VII. 124. & apud Lucian. in Hermot. cap. 82. T. I. edit. Hemsterh. p. 828. Περὶ τῶν ἐν τοῖς πρακτικοῖς Καλῶν. περὶ τῶν ἐν τοῖς καλῶν erat in ed. Ven. ubi ἐντὸς pro ἐν τοῖς conjectaverat Wolf. vertitque *de interiori pulcritudine.* Recte vero Heinsius ex cod. Nans. vocabulum πρακτικοῖς inseruit, quod & codices nostri Arg. & Pa. (puto & alii Parisienses) habent,

p. 194 bent, & ex aliis codicibus laudarunt viri docti in
c Vhab. & Vpabed. Notandum vero ſcriptum illud *Nicolai Damaſceni*, quod in recenſione librorum ab hoc philoſopho editorum ſilentio præteriit Fabricius Bibl. Græc. T. II. p. 306. lib. III. cap. 11.

ὡς καθόλου εἰς μέρη διελεῖν αὐτά. Præpoſitionem εἰς cum editione Ven. pariter ignorant quinque noſtri codices; quod ferri fortaſſe poſſet, ſi eſſet μέρη διελεῖν αὐτῶν. Sed in αὐτά conſentiunt omnes: quare recte feciſſe Heinſius videtur, quod ex Wolfii
p. 195 conjectura voculam εἰς inſeruit. καὶ οὐ τὰ αὐτὰ καθ-
a ήκει. Exſpectabam καὶ ὅτι οὐ τὰ αὐτὰ, ut voluerat Wolf. aut καὶ γὰρ οὐ τὰ αὐτὰ: ſed nihil tale agnoſcunt libri; ac fortaſſe ſatis erat, e ſuperiori phraſi particulam πῶς hic ſubintelligere. καὶ ὁλότηϛα ἡμῶν. Reſtituendum hoc judicavi ex ed. Ven. cui adſentiuntur Mssti. *Patrem* dicit eſſe quaſi *totum, cujus nos pars ſumus;* ſicut viciſſim mox *filium* dicit quaſi *quamdam partem patris.* Heinſius, Wolfii conjecturam adoptans, τῆς ὁλότηϛος ἡμῶν edi-
b dit; quod ille, ad αἴτιον referens, interpretatus erat *totius naturæ noſtræ auctorem.*

b τί ποτ' ἔστιν ἡ σχέσις. Sic Pa. & τί ποτέ ἐστιν ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Temere τίς
c ποτέ ἐστιν ed. Ven. μενούσης τῆς περιγραφῆς τῶν ἐν σχέσει ὄντων. *manente circumſcriptione* (ſive, *definitione*) *eorum quæ ſunt in relatione*, id eſt, *quæ ſunt correlata.* Conſentiunt cum editis libri noſtri omnes, uno Arg. excepto, in quo pro περιγραφῆς eſt ἐπιγραφῆς, id eſt, *titulo, denominatione:* quod vide ne verum ſit, ut hoc dicat, *manente eâdem denominatione eorum quæ ſunt correlata.* Exemplum hujus relationis pag. 196. a. b. nempe ἀλλότριος, *alienus:* eſt enim hæc σχέσις διασταϛική, *relatio ſeparans* aut *diſſocians*, ſed *denominatio utriusque correlatorum eadem manet;* nam ἀλλότριος eſt ἀλλοτρίου ἀλλότριος, *alienus* eſt *alienus ab alieno;* ſive *diverſus* a *diverſo* eſt *diverſus;* id eſt, uterque pariter reſpectu alterius *alienus* ſive *diverſus* dicitur: quod ſecus eſt (ut hoc utar) in relatione patris & filii, ubi *correlatum patris* non itidem *pater* eſt, ſed *filius*, ut adeo hæc correlata diverſis denominationibus inſigniantur.

Quid-

Quidquid sit, verba hæc, de quibus quærimus, idem sonare debent, atque illa p. 196. a. ὁμοίως πρὸς ἄλληλα ἀποδίδονται, *similiter alterum alteri redditur*, id est, *similiter & ex æquo sibi invicem respondent:* cum quo convenit quod deinde (p. 196. b.) de dissimilibus ait, veluti de patre & filio, οὐκέτι πρὸς τὸ αὐτὸ ἡ ἀπόδοσις, *non amplius eodem modo* (*non amplius ex æquo*) *sibi respondent.* cf. p. 197. a. Pro eo vero, quod ὁμοίως πρὸς ἄλληλα ἀποδίδονται vulgo scribitur, est πρὸς ἀλλήλους in Arg. & Pb. quæ scriptura etiam in Vha. & Vpad. laudatur: & commodius hoc videri potest, nempe ad *fratres* relatum. Sed rectius fortasse est ἄλληλα in neutro genere, quod tenent reliqui scripti cum editis: nempe id ratione magis generali expressum, ita ut intelligantur τὰ τὴν σχέσιν ἔχοντα. Commode autem hoc loco factum putavi, quod seorsim hic scriptæ sunt duæ voces πρὸς ἄλληλα: sed paulo ante, (*p. 195. extr.*) ubi pariter diremtis vocibus λέγεται πρὸς ἄλληλα vulgo scriptum erat, utique una voce προσάλληλα, id est *mutua* & *reciproca*, scribendum censui: rursusque hac pag. 196. a. paulo post eum locum in quo versamur, διὸ καὶ λέγεται προσάλληλα καθ' ὁμοιότητα, ubi pariter vulgo divisis vocibus πρὸς ἄλληλα scriptum erat. ὁμοίων διαστατικὴ. Perperam ὁμοίως edd. & scripti nostri. Sed ὁμοίων oportuisse, cum ex tota hac disputatione intelligebatur, tum præsertim ex p. 195. bc. & ex eo quod huic συντάξει Φυσικῇ ὁμοίων διαστατικῇ opponitur (p. 196. extr. & 197. init.) σύνταξις Φυσικὴ ἀνομοίων διαστατική. Quare non dubitavi ὁμοίων corrigere, quod etiam a viris doctis in Vha. & Vpad. factum vidi. χωριστικὸν τῶν γενῶν ἐστι. Recte χωριστικὸν, quod activam notionem habet, dedere Pa. Pb. Pc. & Pi. cum ed. Ven. Imperite χωριστὸν ex cod. Nanf. adoptavit Heinf. quod habet passivam significationem: habet tamen eamdem scripturam codex noster Arg. & ex alio codice laudatur ea in Vhb. & Vpb. ἐφ' ἑκατέρου πρὸς τὸ ἕτερον. Articulus τὸ, contra veterum librorum fidem, omissus erat in ed. Heinf. Mox vero recte idem Heinsius πατρὸς καὶ υἱοῦ edidit, ubi perperam καὶ aberat in ed. Ven. & Msstis Arg. Pb. Pc. Pi. In Pa. quidem omnia tria verba cum septem sequenti-

p. 196 a

b

p. 196 quentibus per librarii negligentiam omissa. Particu-
b lam καὶ, inter πατρὸς & υἱοῦ inserendam, ante Hein-
p. 197 sium jam notaverant viri docti in Vha. & Vpac. ἀνο-
a μοίων διαστατικὴ. Vulgo omnes διάστασις, per errorem librariorum permutata terminatione vocabuli, quæ compendiose scripta erat. διαστατικὴ oportuisse, cum ex antecedentibus tum ex sequentibus satis apparet: & sic ante nos jam correxerunt viri docti in Vha. & Vpc.

ὁ ἐχθρὸς, ἐχθροῦ ἐχθρὸς. Exspectasses ὁ γὰρ ἐχθρὸς: sed conjunctionem ignorant libri, & facile eâ caremus. Verba ὁ γὰρ διώκων, φεύγοντα διώκει, quæ Heinsius cum Wolfio parenthesi inclusit, vide ne loco mota sint, paulo inferius post διαστατικῶς δὲ
b συντεταγμένη reponenda. ἀγοράζοντος, ut voluit Wolfius, sic recte dedere Mssti nostri omnes. ἀγοράσαντος edd. Mox vero συντεταγμένη μὲν, & σχέσιν ἀνομοίων, ex conjecturâ correxi, quæ mihi dubitationem nullam admittere visa est. Corrupte vulgo omnes συντεταγμένως μὲν, & σχέσιν ἀνομοίως. De corrigenda posteriori voce jam ante nos
c Wolfius quoque monuerat. conf. not. ad p. 196. a. τῶν τε φυσικῶν καὶ προαιρετικῶν. Sic reliqui omnes; unus Arg. καὶ τῶν προαιρετ. commode quidem. καὶ τὸ ἀρχόμενον. Vulgo ἢ τὸ ἀρχομ. scripti nostri editique: ubi haud dubie καὶ pro ἢ scribendum cum
p. 198 Wolfio putavi. κατὰ σύνταξιν, ex pactione. κατὰ
a τάξιν unus Arg.

ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τῆς σχεσ. εἰδ. Perperam ὑπ' αὐτοῦ edd. Recte ἀπ' quinque nostri Mssti. ἐπὶ τῶν φυσικῶν καθηκόντων. Potest ferri hoc: sed abesse malueram vocem καθηκόντων, ut intelligeretur ἐπὶ
b τῶν φυσικῶν σχέσεων. Mox pro κακῇ σχέσει (in quod consentiunt Mssti cum ed. Ven.) perperam καλῇ σχέσει expressum in ed. Heins. nec correctum est tam manifestum mendum in Londinensi editione; quo magis magisque intelligo, recte me feciss̃e, quod Londinensis hujus editionis in conferendis inter se diversis hujus libri exemplis nullam prorsus rationem habuerim. οὐκ ἔτι φίλῳ εἶναι βουλομένῳ, ἀλλ' ἐχθρῷ. Mire scripti nostri omnes cum ed. Veneta tres accusativos hîc habent, φίλον & βουλόμενον & ἐχθρόν.

ἐχθρόν. qui quo pacto locum tueri poſſint, cum p. 198
præceſſerit ὀφείλομεν αὐτῷ, equidem nullius video. b
Quare probavi Heinſii rationem, qui, præeunte Wolfio, dativos poſuit. μοχθηρᾷ τῇ προαιρέσει. Lubens c
tenui articulum, quem ex Nanſ. cod. adjecit Heinſius, quem eumdem & noſter codex Arg. dedit, & ex aliis codicibus adnotarunt viri docti in Vhab. & Vpabcd. Abeſt quidem in Pariſienſibus quatuor & in ed. Ven. τὰ τῷ πατρὶ καθήκοντα. Aut ſic utique ſcribendum fuit cum cod. Pb. & aliis, e quibus hoc laudatur in Vhab. & Vpabcd. aut nude τὰ πατρὶ καθήκοντα, ut habent Pa. & Pc. Perperam τῷ πατρὶ καθ. (absque τὰ) edidit Heinſ. τὰ πατρικὰ καθήκοντα habet ed. Ven. τὰ πατρὶ καὶ καθήκοντα Ms. Pi.

αὐτοῖς εὐγνωμόνως. αὐτῷ eſt in Pa. quod ferri p. 199
poſſet, niſi mox rurſus αὐτοῖς in plur. ſequeretur. a
ἀπαρέσκοντα. Corruptiſſime παρέχοντα ed. Ven. Veram ſcripturam, quam divinando viderat Wolfius, ex cod. Nanſ. adoptavit Heinſius, conſentientibus noſtris Msstis, & aliis e quibus laudatur eadem ſcriptura in Vhab. & Vpabc. γενομένοις αἰτίοις. In uno Arg. b
eſt γινομένοις, non male. ὑβριζόντων. Si cui durius hoc verbum videatur, meminerit ſententiolæ illius, quæ eſt in Epicteti Fragmentis num. 148. Πατρὸς ὕβρις ἡδὺ φάρμακον, &c. εὐλαβηθέντες δὲ τὴν θείαν c
ὑπεροχήν, luvabit, quæ ad hæc verba Wolfius adnotavit, huc transſcripſiſſe: „θεὸς, pater: (inquit.) „θεῖος, patruus. Voce τοῦ θείου, niſi fallor, oſten„dere vult, *patres* olim θεοὺς fuiſſe dictos, ac θεοῦ „nomen abolitum ob religionem, θεῖον tamen reman„ſiſſe.“ — διὰ τὸ κατὰ Φυσ. Sic ed. Heinſ. cum Mss- p. 200
tis. Perperam δι' αὐτὸ κατὰ Φυσ. ed. Ven. Pro ἤδη a
δὲ exſpectaveram ἔτι δὲ, ſed in iſtud conſentiunt omnes. Mox κατὰ τὴν θείαν habent Mssti cum ed. Heinſ. ſed κατὰ caret ed. Ven. ὅτι τοιούτους εἰκὸς περὶ ἡμᾶς. Corrupte ὅτι τοιούτους εἶναι &c. ed. Ven. cum Msstis noſtris. ὅτι τοιούτους οἶμαι adjectâ notâ γρ'. adfertur in Vpc. quaſi e vetere codice hoc eſſet ductum; quod utcumque ſit, nemini probabitur. ὅτι τοιούτους δεῖ edidit Heinſ. neſcio ſuone ex ingenio, an ex Nanſiano codice. Vir doctus

p. 200 a in Vha. & Vpa. tenendo verbum εἶναι, pro γενέσθαι, quod sequitur, βούλεται aut συμβήσεται legendum censuit. Mihi certissima Wolfii ratio visa est, εἶναι in εἰκὸς mutare jubentis; cui obsecutus sum.

b πρὸς ἄλλους γονέας καὶ ἀδελφ. καὶ συγγενεῖς ἐλθεῖν * αἱρησόμενος. Minime liquidus locus. In cod. Arg. plane sic scribitur, ἐλθεῖν ἀἱρησόμενος. In Pa. Pb. Pc. & Pi. non aliter, nisi quod inter duo ista verba consulto spatium nonnullum vacuum relictum sit. Quos ego hactenus secutus sum, ut in locum vacui spatii *asteriscum* ponerem. Vna ed. Ven. corrupte utique sic habet, ἐλθεῖν πρὸς αἱρησόμενος. Vbi πρὸς ut delendum notatur in Vpad. ἐλθεῖν προαιρησόμενος legendum censuit vir doctus in Vpc. quasi dixisset Simplicius, *pactionem iniisti cum universo, te tales parentes — — præ cæteris tibi adjunctûrum esse.* Wolfio ἐλθεῖν προορισαμένῳ placuit, quod ille interpretatus est *tales parentes — — tibi destinavit.* Heinsius, sua auctoritate, προσελθεῖν αἱρησόμενος edidit. τὸ μὲν ἐκεῖνον δικαίως. Perperam ἐκείνων edd. cum Msstis; ubi ἐκείνους correctum in Vpc. In Vha. vero & in Vpa. alius vir doctus hæc adnotavit: „Forte melius ἐκείνους, sed & „illud [nempe ἐκείνων] ferri potest.“ Ego cum Wolfio ἐκεῖνον correxi, ad τὸν ἀδελφὸν referens, de quo c hîc proprie agitur. οὐ γὰρ κύριος εἶ, τοῦτο σπούδαζε &c. Sic recte Arg. Pb. Pc. Et sic scribendum conjectaverat vir doctus in Vha. & Vpa. Perperam alii cum editis οὐ γὰρ κύριος εἶ. τοῦτο σπουδ. ubi Wolfius maluerat, οὐ γὰρ ἐκείνου κύριος εἶ, τοῦτο δὲ σπουδ. ἐν τούτῳ γάρ σου καὶ ἡ ὠφ. In σοῦ consentiunt quinque nostri libri cum ed. Ven. quod in σοὶ mutavit Heinsius, commode quidem, sed nullâ urgente necessitate. εἰ δὲ ἐν τοῖς ἔξωθεν. Sic rursus quinque Msstі cum ed. Ven. εἰ δὲ καὶ τοῖς ed. Ven. τότε ὑπὸ σεαυτοῦ. Sic Pa. & Pc. Corrupte τούτου ὑπὸ Aug. & Pc. ταύτῃ ὑπὸ ed. Ven. cum Pi. τότε ταύτῃ ὑπὸ ed. Heins. In κατασκευάσῃς consentiunt cæteri: unus Pa. κατασκευάσεις habent.

p. 201 a περὶ τοὺς τῶν ἀγαθ. Caret τοὺς unus Pa. Idem Pa. mox mendose ἐπιστάσεως habet pro ἐπιτάσεως. Opponitur ἐπίτασις (id est *intensio*) ei quam subinde

ὕφεσιν

ὕφεσιν commemorat. conf. p. 210. a. Idem dein Pa. τὰς ἐν γενέσει πεσούσας scribit, pro τὰς εἰς γένεσιν. ἐὰν δὲ οἱ γονεῖς ἡμῖν. Bene ἡμῖν quinque codices; in uno tamen Pi. inter lineas notatur ἡμῶν, quod habent edd. ὡς θεῖόν τινα τύπον προσκυνοῦν]ας. Sic & ed. Ven. & Mssti noſtri ad unum omnes; quod præter rationem Heinſius in καὶ ὡς θεῖον — — προσκυνητέον mutavit; neſciens ſcilicet, cum adjectivo verbali ἀποδοτέον percommode accuſativum perſonæ conjungi, cujus conſtructionis plura exempla collegi ad Polyb. IV. 28, 8. p. 201 b c

Τὰ δὲ περὶ τοὺς φίλους. Articulum adſcivi ex Pa. Carent eo alii, nec ita male. καὶ χρειώδη τυγχάνοντα. χρειώδη cum Arg. & Pa. ſcripſi. χρεώδη alii cum edd. quod & ipſum quidem ferri poterat. Pro τυγχάνοντα vero, quod percommode editum eſt, quinque noſtri codices τυγχάνοιτο habent, ſub quo quid lateat non adſequor; niſi forte, pro καὶ τίμια, κᾆν τίμια debuerunt. πρὸς Φιλίαν ἐισί. Tenent hoc cum editione Ven. quinque noſtri Mssti: quare reſtituendum putavi, licet commodius utique fuerit ἐστί, quod ex conject. edidit Heinſ. τὰ γὰρ δὴ ἀραιότερα. Corrupte τὰ γὰρ διὰ σταθηρότερα καὶ σταθηρότερα ed. Ven. ubi τὰ γὰρ δὴ αὐστηρότερα καὶ σταθ. legendum ſuſpicatus eſt Wolf. Cui ex parte obſequens Heinſius, τὰ γὰρ αὐστηρότερα edidit. At in Msstis Arg. Pb. Pc. Pi. ſic ſcriptum, τὰ γὰρ διαραότερα, in Pa. vero τὰ γὰρ ῥαότερα, quæ ex τὰ γὰρ δὴ ἀραιότερα vel ex τὰ γὰρ ἀραιότερα corrupta ſuſpicatus ſum; idque, cum probabilius nihil occurreret, in contextu poſui. Intelligo autem ἀραιότερα ἤθη, *ingenia tardiora, lenta;* quam in partem Heſychius Ἀραιότερος, βραδύτερος interpretatur. Sic autem percommode *tardis* ingeniis dein opponuntur εὐκίνητα, *mobilia:* nam quod ibi ἀκίνητα vulgo legebatur, id mendoſum perſpecte Wolfius viderat, & in εὐκίνητα mutare juſſerat, quod ipſum nunc auctoritate quatuor noſtrorum Pariſienſium codicum in contextum recepi. In σταθηρότερα nihil hîc, quod ſciam, variant libri. Infra vero p. 280. a. σταθερὸν per ε breve ſcriptum habes. Vtrumque recte. Pro ἔσχατον corruptiſſime ἔλαττον legebatur in ed. Ven. p. 202 a

p. 202 a Deinde ἀπὸ τῶν ἀλόγων ἄρχεται παθῶν erat in edd. scriptisque nostris omnibus; ubi, quamquam haud infrequenter aliàs ἀπὸ pro ὑπὸ usurpatum a Simplicio vidimus, tamen hac in connexione soloecismum istum non scriptori, sed librariis, tribuendum putavi, temperareque mihi non potui quin cum Wolfio ὑπὸ corrigerem. ἀπό τινος ἄρχεσθαι sonat *incipere ab aliquo*; ὑπό τινος ἄρχεσθαι, *imperio alicujus esse subjectum*.

c ἐπιτήδειοι dedere quinque nostri codices, quod præter necessitatem in ἐπιτήδειαι mutavit Heinsius; cum & alii probatissimi scriptores generis

p. 203 a communis faciunt id nomen. ἀμέριστα bene correxit Heins. cum Wolf. Perperam ἀμέρισται ed. Ven. cum Msstis, qui tamen omnes in παρόντα consentiunt. Pari modo, paulo inferius, μεταδιδόμενα recte dedere libri nostri; ubi perperam μεταδιδόμεναι non solum ed. Ven. habebat, sed etiam Heinsius te-

b nuerat. ἐκποδὼν scripsi cum Pb. & Pi. Alii ἐκποδῶν, nec id male.

c τὸ ὀρθὸν ἕξει διὰ τοῦ τοῖς φίλοις ἡμῶν οὕτω κεχρῆσθαι. Perperam post ἕξει punctum ponunt edd. scriptique: (multiplicato etiam errore, ἥξει habet ed. Ven.) deinde διὰ τοῦτο τοῖς habebat ed. Ven. quod tenens Heinsius, dein οὕτω δεῖ κεχρῆσθαι edidit, præeunte Wolfio. At δεῖ ignorant veteres libri omnes; & διὰ τοῦ τοῖς dedere Arg. Pa. Pb. Pi. quo posito, deletoque post ἕξει puncto, recte omnia se habent. ἀφ' ἡμῶν εἰς αὐτοὺς γενόμενα. Perperam

p. 204 a & invitis Msstis ἐφ' ἡμῶν dabant edd. πρωτεῖον τε. πρωτεῖον δὲ Pa. ὡς ἑαυτῷ παραχωροῦντα. Paulo commodius videri possit quod est in ed. Heins. ὡς ἑαυτοῖς παραχωροῦντας, quia præcedunt pronomina pluralis numeri, ἡμῶν, ἡμετέροις, ἡμᾶς: sed id quidem Mssti pariter omnes ignorant, qui in id ipsum, quod dedi, consentiunt. In uno Pi. prius παραχωρούντων fuerat, sed id in παραχωροῦντα mutatum, quod tenent reliqui. Corrupte ὡς ἑαυτῶν παραχωρούντων ed. Ven. quod in ὡς ἑαυτοῖς παραχω-

b ρούντων mutandum Wolfius censuerat. χρυσῷ ὄντως. Aur. Carm. vs. 7. Μὴ δ' ἔχθαιρε. Μὴ δ' ἔχθραινε Pa. Mox in ἕνεκα consentiunt Mssti nostri. Perperam ἕνεκα ed. Ven. quod in οὕνεκα mutavit Heinsius.

Heinſ. τῷ ἁμαρτόντι. τῷ ἁμαρτῶντι Pa. ὥστε καὶ p. 204
ἐκείνους μηδὲν ἔλαττον οἰκείως ἔχειν πρὸς αὐτὸν νο- c
μίζειν, ἢ πρὸς τὸν ἑαυτῶν. ut tu illos non minus tecum conjunctos esse existimes, quam cum suo amico. πρὸς αὐτὸν recte dedere Mss. Arg. & Pa. quod idem valet ac πρὸς ἑαυτὸν (ſicut ſupra, lit. a. ἑαυτῷ παραχωροῦντα) vel πρὸς σεαυτόν. Perperam πρὸς αὐτὸ ed. Ven. quod in πρὸς αὐτὸν mutandum viderat Wolfius, ſed in πρὸς αὐτοὺς mutavit Heinſius, quemadmodum & ſupra (lit. a.) pluralem pro ſingulari poſuit. ἢ πρὸς τὸν ἑαυτῶν bene correxit Heinſius ex ejusdem Wolfii præſcripto, cum perperam τῶν ἑαυτῶν eſſet in ed. Ven. & Msstis: in uno tamen Pa. τῶν in τὸν mutatum.

μακροῦ μὲν ἂν εἴη. Perperam deeſt ἂν in edd. p. 205
& Mss. Pi. quam particulam recte dedere quatuor alii a
codices. ἀπὸ τῶν ἑκάστου πλεονεκ]ημά]ων. Cum b
mendoſe ἕκαστον in ed. Ven. legeretur, Wolfius καθ' ἕκαστον corrigebat: ſed in ἑκάστου, quod edidit Heinſius, conſentiunt Mssti. καὶ συγ]υμναζομένων. Nude καὶ γυμνάζ. Pa. In verbis πλουσιώτεραι πρατ]όμεναι c
errorem neſcio quem ineſſe ſuſpicatus eram: nec vero quidquam mutant libri, nec commoda emendatio occurrebat. τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρατ]ομένων. ὑπ' αὐτοῦ correxi cum Wolf. Corrupte ὑπ' αὐτῷ edd. cum Pa. Pb. Pi. ὑπ' αὐτῶν Arg. & Pc. ſed in Pc. poſtrema litera ſubjecto puncto ut delenda notatur. καὶ τὰς p. 206
εὐημερίας. Sic ſcribendum præclare viderat Wolfius, a
cum ἀημερίας corrupte legeretur in ed. Ven. Emendationem Wolfii, quam adoptavit Heinſius, firmant noſtri Mssti. Paulo poſt καὶ τὰς λύπας καὶ Φρον- b
τίδας non dubitavi ex ejusdem Wolfii conjectura corrigere. καὶ τὰς λοιπὰς Φροντίδας dabant edd. conſentientibus quidem noſtris Msstis: ſed adjectivum λοιπὰς prorſus alienum eſſe ab hoc loco adparet; contra, duobus ſubſtantivis hîc uſum eſſe Simplicium, intelligi par erat cum ex duobus ſubſtantivis præcedentibus τὰς εὐημερίας καὶ εὐΦροσύνας, tum ex duobus verbis inter ſe junctis ἐπικουΦίζει καὶ παραμυθεῖται. Pari vero modo conjunctim nominantur λύπαι & Φροντίδες p. 212. a. Haud raro vero fraudi fuiſſe ſequioris ævi librariis ſimilitudinem ſoni, quo vocales

p 206 b υ & οι efferre consueverant, jam sæpe a nobis observatum. Vide Notas ad Epicteti Diss. I. 18, 23. & III. 12, 7. & ad Polyb. V. 17, 8. V. 104, 7. X. 28, 7. XI. 29, 1. &c. ἀμείβεσθαί τε. Conjunctionem, quæ in ed. Ven. deerat, adjecit Heinsius ex cod. Nanss. & tuentur eamdem libri nostri aliique in Vhab. & Vpabcd. Perperam vero ἀμείβεται habet Pa. καὶ τὸ φιλάνθρωπον δὲ. Particulam δὲ, qua carent alii, c adjeci auctoritate codicum Pa. & Pc. ἀσκούμενός τις. p. 207 a Perperam ἀρκούμενός τις idem Pa. κατὰ τὸ αὐτῷ προσῆκον. Sic recte Mssti Arg. & Pi. ut conjecta-verat Wolf. Perperam κατὰ τὸ αὐτὸ καθῆκον edd. cum aliis codd.

καὶ γὰρ καὶ ἀδελφὸς. Tenui ἀδελφὸς, quod ex cod. Nanssiano Heinsius edidit, cui suffragatur noster codex Arg. & alii, e quibus hoc laudatur in Vhb. & Vpbcd. ἀδελφοὶ habent Pa. Pb. Pc. Pi. cum ed. Ven. nec id male. Verba καὶ γυνὴ, quæ ponunt quidem hoc loco & editi & scripti nostri omnes, *uncis* inclusi, etiam atque etiam suspecta: nam cum mox sequantur illa, καὶ ἀνὴρ, καὶ γαμετὴ, alienum utique ab hoc loco videtur nomem γυνὴ, quod idem atque γαμετὴ valet. Eâdem ratione inductus Wolfius in versione, ista verba καὶ γυνὴ silentio præteriit. Fortasse vero καὶ πατὴρ olim hîc scriptum erat; quamquam de *patris* officio nihil disserte nec ab Epicteto, nec a Simplicio, dictum in hoc capite legimus. ἀλλ' ἀμηγέπη. Deest ἀλλ' in Pa. male; absorpta nimirum a literis αμ, a quibus incipit vox sequens: cui consentaneum est, quod sæpe duas voces ἀλλὰ & ἅμα permutatas a librariis vi- b demus. οὐκ ἐπιγήθοντες τοῖς γινομένοις. Vulgo omnes ἐπιθήγοντες, editi scriptique; ubi hæc adnotavit Wolfius: „ἐπιθήγω est *exacuo*, *incito*, τὸ „παροξύνω. ἐπιθίγω, *tango*. Fortassis est heterosis ge„neris, pro ἐπιθηγόμενοι.“ Et eâ ratione, quasi ἐπιθηγόμενοι scriptum esset, latine vertit idem interpres, *singulari studio incitati*. Equidem mihi persuasi, perperam transpositas esse literas, & aut ἐπιγήθοντες oportuisse, quemadmodum præeunte viro docto in Vpc. correxi, aut, quod fere etiam probabilius mihi videtur, οὐκ ἔτι γήθοντες, *non amplius lætantes*, id

id est, *non lubentes*, *non ex animi adfectu* præstant officia. Perinde vero γήθειν dicitur cum accentu in penultima, & γηθεῖν. Et quemadmodum apud Suidam Ἐπιγηθεῖ legitur, quod χαίρει exponitur: sic & penacute ἐπιγήθει, ἐπιγήθειν dici poterat; quamquam, ut dixi, ut ἔτι γήθουσες malim. Sed, sive simplici verbo, sive composito usus est scriptor noster, quoniam omnino rarioris usus in soluta oratione est id verbum, videtur aliquod poëtæ nescio cujus dictum in animo habuisse Simplicius, cum istud scriberet. ψυχικῆς οὐσίας. Sic scripti nostri omnes cum ed. Heins. Perperam ψυχῆς ed. Ven. Distinguit autem Simplicius inter ψυχικὴν οὐσίαν & λογικὴν (id est, *animalem* substantiam & *rationalem*) simili quadam ratione atque Paulus Apostolus 2 Cor. 2, 14. distinxit inter τὸν ψυχικὸν ἄνθρωπον, (id est, Φυσικὸν, σαρκικὸν, conf. Salmas. ad Simplic. p. 118. sq.) & τὸν πνευμα]ικόν. Parique modo rursus idem noster p. 305. a. τὰ ψυχικὰ πάθη dixit *adfectus naturales*, *animales*, quos alibi τὰ ἄλογα πάθη vocare consuevit. p. 207 b

καὶ γὰρ ἀδύνατον [πρὸ] τῆς πρὸς τὰς &c. Illam particulam πρὸ, quam libri omnes ignorant, ex Wolfii conjectura adjeci, uncis quidem inclusam, ut haud omnino certissimam. At sane aut illa ipsa, aut ἄνευ, aut δίχα, aut aliquid simile desiderabatur. ὅση δύναμις, *pro viribus*; nota formula, in quam consentiunt scripti nostri omnes, & alius codex laudatus in Vpc. Perperam ὡς ἡ δυν. ed. Ven. ubi quum de vera scriptura perspecte Wolfius monuisset, imperite Heinsius ὡς ἡ δύναμις prætulit, quod in Nansiano codice (puto) adnotatum invenerat, quemadmodum etiam ex docti viri conjectura notatum vidi in Vha. & Vpa. τὸ ἥμισυ τὸ ἑαυτοῦ εὑρηκέναι. *dimidium sui invenisse*. Corrupte τὸ ἥμισυ τοῦ ἑαυτοῦ legitur in ed. Ven. & in codd. nostris omnibus. Docte vero Wolfius adnotavit: „τὸ ἥμισυ τὸ „ἑαυτοῦ lego. Nota est Aristophanis fabula de bi„norum corporum sectione, ut mutuo amore frui „possent, e Platonis convivio.“ Wolfio nonnisi ex parte obsecutus Heinsius, τοῦ ἑαυτοῦ edidit, cum τὸ ἑαυτοῦ debuisset, quod & sermonis usus desiderabat, & ipse Plato præiverat, cum ποθοῦν ἕκαστον τὸ ἥμισυ τὸ p. 208 a b

p 208 b τὸ αὐτοῦ ait, T. III. ed. H. Steph. p. 191. A. sive τὸ αὐτοῦ legas cum editore Basileensi p. 183. nam quod Lugdunensis habet p. 322. F. τὸ ἥμισυ τοῦ αὐτοῦ, id quidem haud dubie vitiosum est. Rursusque paulo post ibidem, ὅταν οὖν ἐντύχῃ τῷ αὐτοῦ (sive αὐτοῦ) ἡμίσει ed. H. Steph. p. 192. B. consentiente editione Lugd. p. 323. C. Cæterum non de amicorum caritate, sed de amore conjugali verba facere isto loco Platonem notum est. κἂν ἐν λόγοις αὐτὴν ἐφιεμένη ὁρᾷν. κἂν ἐν ὀλίγοις habent edd. consentientibus Msstis; id est, *vel in paucis;* perquam frigide. Perspectissime vero, ut plurima alia, Wolfius: „Quid si, ait, κἂν ἐν λόγοις? *vel in verbis & ora-*„*tione amicitiam cernere:* quia sequitur, *e vita subla-*„*tam esse.*" Quæ emendatio & mihi in mentem venerat, priusquam a Wolfio prolatam animadverterem; & eam veri speciem habere mihi visa est, ut in contextum adoptare non dubitarem. Nempe sic excusat Simplicius longiorem sermonem super Amicitia institutum, ut dicat, quoniam in vita hominum non amplius detur cernere eam excellentissimam virtutem, se *cogitatione* saltem *orationeque* (nam utrumque dictione illa ἐν λόγοις continetur) imaginem ejus depingere voluisse, quo mentis saltem adspectu desiderium suum leniret. Est vero & hic minime infrequens librariorum lapsus, ut voces λόγος & ὀλίγος temere inter se permutent; & hoc ipso loco in uno etiam e nostris codicibus (in Pi.) primum ἐν λόγοις scriptum fuerat, e meliori puto codice derivatum; idque deinde demum ad mendosi alicujus libri præscriptum in ἐν ὀλίγοις mutatum. Ejusdem confusionis exempla si quæris, reperies in Notis nostris & varietate Lectionis ad Epicteti Dissert. I. 3, 4. & ad Polyb. VIII. 2, 6. & XII. 22, 4. Cujus moris librariorum si recordatus essem tum, cum librum secundum Historiarum Polybii typis exscribendum parerem aut cum Adnotationes in illam operis partem conscriberem, non præteriturus me erat error verba ea obsidens, quæ leguntur libro II. cap. 70, 2. ἡ τύχη τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων παρὰ λόγον εἰώθε κρίνειν. Vbi si παρ' ὀλίγον correxeris, (id est, *minimo momento*, aptius omnia cohærebunt, ipsamque haud dubie Polybii scripturam habebis; quam eamdem

dem respiciens Plutarchus in Cleomene sic scripsit, ἢ p. 208
τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων κρίνουσα τῷ παρὰ μικρὸν b
τύχῃ &c. ut monuit vir doctus in crisi nostræ editionis Historiarum Polybii, in Nova Biblioth. universali Germanica, T. V. P. I. p. 9. Invenietque ea emendatio novum præsidium in verbis illis fragmenti Polybiani, (Tom. V. operum Polyb. p. 72. num. 14.) οὕτω παρ' ὀλίγον σφάλλεται τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων, τῶν ἡγουμένων ἀκρισίᾳ. ἀπὸ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων. ὑπὸ τῶν edd. perperam & invitis Msstis.

ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν αὐτῶν ἐθνῶν. Deest h. l. αὐ- p. 209
τῶν in Pa. & deesse potest, e superiori orationis a
membro supplendum; sed commodius tenent alii omnes. τῆς τε τῶν ἠθῶν εὐαγωγίας. Corrupte edd. b
scriptique nostri omnes, τῶν ἀγαθῶν εὐαγ. ubi Wolfius τῶν παίδων scribendum, & αὐτῶν, quod sequitur, in αὐτὸν mutandum censuit. At non modo puerorum recta institutio curæ esse debet bono civi, sed omnino quantum potest conferre debebit ut cives omnes sint *bene morati*. (conf. Enchirid. cap. 24, 4. ex nostra ed.) Quidquid sit, mihi probabilius visum erat, ex ἠθῶν corruptum ἀγαθῶν esse, idque adoptavi. Confer p. 222. b. Ne quid tamen dissimulem, intelligo fieri posse ut verum sit ἀγαθῶν, sed ita, ut *post hoc vocabulum interciderint nonnulla*, post quæ sic pergebat oratio ἠθῶν εὐαγωγίας. Mox in ἐπιμελόμενον recte consentiunt veteres libri omnes, quod temere in ἐπιμεληέον Heinsius mutavit. πατέρα φαίνεσθαι correxi cum Wolfio. Imperite παραφαίνεσθαι edd. & Mssti nostri, perperam accepto scripturæ compendio, quo vox πατέρα efferebatur. οἱ δὲ διὰ συμβουλῆς ἀγαθῆς, οἱ δὲ διὰ σωμ. Sic constanter dedere scripti nostri omnes. Perperam ἢ διὰ συμβ. ἀγ. ἢ δὲ διὰ σωμ. ed. Ven. ἢ διὰ συμβ. ἀγ. ὁ δὲ διὰ σωμ. ed. Heins. Mox vero in ὁ δὲ κἂν c
μηδὲν γοῦν ἄλλο consentiunt scripti cum edd. nisi quod μηδὲ γοῦν habet Arg. Vide vero ne solummodo oportuerit ὁ δὲ κἂν μηδὲν ἄλλο.

Ὁ δὲ γείτων ἐὰν καὶ πολίτης ᾖ. Exspectabam inverse scriptum Ὁ δὲ πολίτης ἐὰν καὶ γείτων ᾖ, quod & Wolfium video maluisse. Sed nil mutant libri, & pariter istud ferri potest. Nam ὁ γείτων pot-

p. 210 a est etiam ἔποικος esse, (vide hac pag. lit. a.) aut ξένος, de quo pag. sq. agitur. τά τε ἐπὶ τῶν πολ. Recte τά τε scripti omnes. Temere τὰ δὲ edd. Mox prorsus corrupte ἐπί τινος habet ed. Ven. pro μετά τινος, ubi verum tenent libri nostri. Tum vero φυλάττοντα & μεταδιδόντα ex conjectura scripsi, quemadmodum Wolfius suaserat, cum φυλάττονται & μεταδίδονται haberent editi scriptique, corrupte haud dubie, ut ex sequentibus manifeste adparet, ubi in accusativos participii μεταλαμβάνοντα, συνηδόμενον, & συστυγνάζοντα Mssti omnes cum ed. Ven. consentiunt. Et Heinsius quidem, sua auctoritate, μεταλαμβάνοντα pariter in μεταλαμβάνονται mutavit, duos vero sequentes accusativos reliquit, ita tamen ut συστυγνάζονται præter necessitatem in συστενάζονται mutaret. Vnus cod. Arg. simplex verbum στυγνάζονται habet. In eodem Arg. deest τε ante ἀγαθοῖς αὐτῶν. Mox in ἐν ταῖς πρὸς ἄλλους αὐτῶν ὁμιλίαις pronomen αὐτῶν redundare visum est Wolfio, haud satis video qua de caussa; αὐτῶν intellige τῶν γειτόνων, *in omnibus illorum congressibus, disceptationibus & negotiis, quæ illis intercedunt cum aliis.* Nec opus est βοηθήσονται in futuro, quod idem Wolfius maluerat; nam δῆλον εἶναι βοηθήσαντα non est, ut vertit hic interpres, *declarare, te adjuturum; sed, haud obscure, haud dissimulanter adjutare.* b δυνατοῖς ἡμῖν recte habere videtur; *quæ in nostra sunt potestate.* Poterat quidem etiam, quemadmodum vir doctus in Vha. & Vpa. suspicatus est, δυνατὸν ἡμῖν dicere; quemadmodum ἐξὸν & similia absolute ponunt Græci, id est, *cum nos potuissemus.*

μὴ μόνῃ συναπτ. Non damno μὴ μόνον, quod edidit Heinsius ex codice (puto) Nanniano, consentiente nostro Pa. & alio, e quo notatum in Vhab. & Vpabd. Sed placuit μόνῃ, in quod cum editione Ven. c consentiunt codd. Arg. Pb. Pc. Pi. εὐγνωμονέστερον ἀνθρώπων. Sic recte veteres libri omnes. Temere ἀνθρώπῳ ed. Heins. ὑπ' ἄλλων ἀδικουμένῳ. ὑπ' ἄλλον edd. perperam & invitis Mssti. ἔρημον γὰρ ὄν-
p. 211 τα. οὕτως pro ὄντα habet Pa. parum commode. Θε-
a ὸς ἐλεεῖ μᾶλλον. Temere omissum verbum ἐλεεῖ in ed. Heins.

ἀπὸ

ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν στρατηγὸν σχέσεως. Vulgop. omnes, & ſcripti quidem cum editis, παρὰ τὸν στρ. habebant; ubi recte Heynius ad Enchir. p. 106. monuit, πρὸς corrigendum, cui lubens parui. Sic ſane conſtanter, in eadem connexione, præpoſitione πρὸς utitur. vide p. 195. b. p. 198. a. c. p. 210. b. p. 211. c. Mox pro περὶ τὸν στρατηγὸν pariter πρὸς τὸν στρ. malles; ſed ibi quidem ferenda περὶ præpoſitio, variandi ſaltem cauſſa, cum πρὸς modo præceſſerit. καὶ ὡς πρόβατα. Sic recte ed. Ven. cum Pariſ. codicibus quatuor. ὡς caret Arg. Temere καὶ εἰς πρόβατα ed. Heinſ. τῷ θανάτῳ Κύρου. Sic recte rurſus ed. Ven. cum quatuor Pariſ. Mendoſe Κύρον ed. Heinſ. Vnus Arg. ſic τῷ θανά του Κύρου, ut videri poſſit τῷ θανάτῳ τοῦ Κύρου debuiſſe. 211 a b c

ἐπιμελόμενοι revocavi ex ed. Ven. & Msstis, cum pro ſuo more in ἐπιμελούμενοι mutaſſet Heinſius. ἐπὶ τῶν ἰατρῶν Pb. Pc. Pi. cum edd. ἰατρικῶν Arg. Prorſus corrupte ἱερῶν Pa. καὶ τὰ κρείττονα ἐπιμελείας. Suſpicatus eram κτήματα pro κρείττονα, ſed nil mutant libri. συνεργεῖν τοῖς ἄρχουσι. ἐνεργεῖν habent edd. ſcriptique noſtri, quod *operam navare* interpretatus eſt Wolfius: ego vero inauditum prorſus hoc verbum iſta notione cum dativo perſonæ conſtructum putavi, & corruptum utique; neque dubitavi in συνεργεῖν mutare cum viro docto in Vpc. βαττολογῶν νῦν. βαττολογῶ νῦν Pa. minus commode, pendet enim a λάθω. p. 212 a b c

AD CAPVT XXXVIII.

Nobis CAP. XXXI. In cod. Pf. eſt cap. XXIX. In AA. & Pe. cap. XXXIII. (atque etiam in Pb. hoc loco numerus λ′. id eſt XXXIII. adponitur, quamquam in eodem cod. aliàs non ſolent numeris diſtingui capita.) In Arg. eſt cap. XXXIV. In Pd. cap. XXXIX. In Pa. cap. XL. Deſinit codex Arg. in verbis ἐκεῖνο ἐστίν. Pc. in ὡς ὄντων καὶ. Pi. in καλῶς καὶ δικαίως. ib. & pg. 213.

ὁμοφύλους recte ſcripti noſtri omnes. Mendoſam editionis Ven. ſcripturam ὁμοφίλους fideliter tenuerunt editores Lugdunenſis & Londinenſis. διότι τὰ πρὸς p. 214 a

p. 214 a πρὸς αὐτοὺς. Nil mutant libri; in duobus vero Arg. & Pb. absunt octo verba, τοιαῦτα — — διότι. Videtur autem utique pro διότι nude διὸ aut διὸ καὶ oportuisse; quod & Wolfius expressit, *Quare* vertens.

b τὰ αἰτιατὰ recte Mssti. Imperite τὰ αἴτια τὰ edd. Perperam vero Pa. caret præpositione πρὸς, quæ sequitur. αὐτοὺς δεῖ. Mendose αὐτοῖς edd. quod in uno Pb. inter lineas notatum. ἀρεσκομένους. Sic haud dubie fuit corrigendum. ἀρεσκώμεθα edd. quod non habebat quo referri posset. In Mssis vero, in Arg. certe & in Pa. (nam de aliis compertum nunc non habeo) est ἀρεσκόμεθα per o breve scriptum, quod ex perperam accepto scripturæ compendio in fine vocis ortum. Intactam reliquit vulgatam scripturam Wolfius; sed, accusativum participii hîc desiderari, præclare viderat vir doctus, qui in Vha. & Vpa.

c ἀρέσκοντας aut εὐαρεστοῦντας proposuit. ὅτι τέ ἐστι.

p. 215 a Temere τε particula omissa est in ed. Heinf. εὐαρέστως recte dedere quinque nostri Mssti. Corruptissime εὐρέσεως edd. Mox pariter recte ἐγκαλούσης scripti omnes. Mendose ἐγκαούσης ed. Ven. quod temere in ἐγκαλουμένης mutavit Heinf. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν

b σχοίημεν. τούτων δὲ Arg. ὡς κακά τινα τῶν ἐκτὸς. Sic bene Arg. Pb. Pi. cum edd. ὡς κακὰ τινὲς Pa. & Pc. ἀποτυγχάνοντες — — καὶ περιπίπτοντες. Commodius utique foret ἀποτυγχάνοντας — — καὶ περιπίπτοντας, quemadmodum Wolfius voluit: sed nil

p. 216 a mutant libri, & ferenda videtur ista ἀνακολουθία. ὥσπερ γὰρ. Sic ed. Heinf. ex cod. Nanf. cum Arg. & Pb. itemque Vhab. & Vpabcd. ὡς γὰρ ed. Ven. cum Pa. Pc. Pi. τὸ δὲ κακὸν, φευκτόν. Sic ed. Heinf. cum Mssis. τὸ τε κακὸν ed. Ven.

ὅτι ἀνάγκη recte ed. Heinf. cum Mssis. ὅτι

c ἀναγκαῖον ed. Ven. σπείρονλος ed. Ven. cum Mssis. Temere σπειρονλος ed. Heinf. quod tamen videtur ille e cod. Nanf. accepisse; nam eadem scriptura notata in Vhb. & Vpb. ἐπιπνέῃ dedere Mss. Arg.

p. 217 a Pa. Pb. Pi. ἐπιπνέει edd. & Pc. ἀφθονίαν εἶναι βούλονλαι τῶν ἐμπορευομένων. *volunt adesse frequentiam mercatorum qui vendant*, nempe quo viliori pretio veneant merces. Wolfius vertit, *mercium copiam esse volunt*, quasi τῶν ἐμπορευμάτων esset scriptum.

τοὺς

τοὺς τὰ ὅλα διοικοῦν]ας. τὰ ex conject. correxi cum Wolf. Perperam vulgo omnes τοὺς μὲν ὅλα διοικ. τυγχάνων recte dedere Arg. Pa. Pb. Pc. Perperam τυγχάνει Pi. cum edd. Mox vero in περιπίπ]ων consentiunt veteres omnes; sed περιπίπ]ον est in ed. Heins. operarum puto errore. ἐπειδὴ εἰς ταῦτα τὰς ὀρέξεις — — ἐξέτεινεν. εἰς ταύτας τὰς ὀρέξεις habent edd. cum Msstis nostris: quod tenens Wolfius, deinde ἐξέτεινεν ἑαυτὸν legendum suspicatus erat. Ego, ut expeditius, sic certius esse judicavi, ταύτας in ταῦτα mutare. Mox bene Heinsius, præeunte Wolfio, correxit πολλοῖς δὲ ἐκκλ. περιπίπ]ει, pro πολλῶν δὲ quod habebat ed. Ven. cum Msstis. p. 217 a c p. 218 a

ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης] γν. Ignorabant ὡς particulam editi & scripti nostri, ego vero necessario adjiciendam putavi cum Wolfio. vide contextum Enchirid. & Commentar. p. 214. b. & 215. a. τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν. Sic Mss. Arg. Pa. Pb. Pc. τὸ ἀγ. καὶ τὸ κακὸν edd. cum Pi. προστίθησι scripsi cum Arg. & Pa. quemadmodum Wolfius maluerat. Id ipsum vero etiam debuerat codex Pb. in quo mendose προετίθησι scribitur, literâ σ (ut subinde aliàs) in ε mutatâ; quæ vocalis ε deinde subjecto puncto ut spuria notata est. προτίθησι edd. cum Pc. & Pi. id est, *proponit;* quod & ipsum quidem ferri poterat. τὸ σῶ]μα — — ἀνατιθέναι καθαίρον]ας, ἔξωθεν δὲ διὰ τὰς Φανερὰς &c. Nil variant libri: haud satis vero emendata hæc esse, Wolfius monuit, qui sic fortasse restituenda conjectavit, καθαίρον]ας ἔξωθεν, τάς τε Φανερὰς &c. Mihi, initio quidem, illud ἔξωθεν δὲ indicare visum erat, excidisse paulo ante verba nonnulla hujusmodi, ἔσωθεν μὲν νηστείαις, *intus quidem jejuniis purificantes;* quo posito, reliqua fortasse absque mutatione locum suum tueri posse putaveram. At quoniam continuo deinde rursus tria hæc distincta commemorat, *animum purificatum, instrumentum animi* (id est, *corpus*) *repurgatum, & vestimenta purificata;* non amplius dubitari poterat, quid esset ad quod hoc loco illa verba ἔξωθεν δὲ &c. referrentur, nimirum *ad ipsorum vestimentorum purificationem.* Sed vel sic nondum satis emendata aut integra videri debebit oratio; videndumque ne tali quodam modo scripse. b p. 219 a

p. 219 a scripserit Simplicius, ἔξωθεν δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας διὰ τὰς φανερὰς &c. aut saltem καὶ τὰ ἔξωθεν δὲ διὰ τὰς &c. ἀπορρύπλους (id est ἀπονίπλους, *abluentes*) recte dedere scripti nostri omnes cum ed. Heins. Et notandum hoc verbum, quod unius Suidæ auctoritate in Thesaurum suum retulit H. Stephanus. Mendose ἀπορρήπλους ed. Ven. καὶ τῶν ἐκ τοὺς. καὶ caret ed. Heins. Corrupte τὴν τῶν ἐκ τοὺς habet ed. Ven. ubi τὴν in καὶ mutandum monuit Wolf. Atqui hoc ipsum καὶ (id est, *etiam*) quinque b nostri codices tuentur. ἀλλ' ἡμεῖς διὰ τούτων — — ἐπιτηδείων γινομένων πρὸς τὴν θείαν ἔλλαμψιν. τὴν θείαν ἔλλαμψιν correxi cum Mssts Pa. Pb. Pc. cum mendose τὴν θείων ἐλλ. legeretur in edd. & Pi. In uno Arg. corrupte prorsus τὴν ἀληθειαν ἔλλαμψιν legitur. Porro vero specioſa utique erat Wolfii conjectura, ἐπιτήδειοι γινόμενοι in nominativo legentis, quod & in versione expressit, *illustrationis divinæ facti capaces;* quod videri præsertim debebat mire convenire cum eo quod sequitur, *Deum suscipimus, quisquis* (nempe, *nostrûm*) *dignus est.* At in vulgatum ἐπιτηδείων γινομένων libri consentiunt omnes: quibus cum verbis si contuleris ea quæ pag. præced. lit. b. ubi ait, *ipsas res externas* (verbi causa, terræ fruges) *per primitiarum ex illis captarum oblationem participes fieri* τῆς θείας ἐλλάμψεως; cum quo convenit, quod continuo post hæc verba, in quibus versamur, ait, τῶν ἐκ τὰ προσαγόμενα — — μεταλαμβάνει καὶ αὐτὰ τῆς θείας ἀγαθότητος, quod non differt a τῆς θείας ἐλλάμψεως; hæc, inquam, si inter se contuleris, intelliges, illa verba τούτων (nempe τῶν προσφερομένων) ἐπιτηδείων γινομένων πρὸς τὴν θείαν ἔλλαμψιν ex ipsius Simplicii mente & sententiâ scripta esse. Quo & pertinet, quod ibidem non (quemadmodum sua auctoritate Heinsius edidit) κατὰ τὸ ἐπιβάλλον αὐτοῖς μέτρον scriptum est in veteribus libris, sed αὐτοῖς, quod ad τούτων refertur. Quod vero continuo adjicit ὑποδεχόμεθα τὸν Θεὸν, id quî fiat, paulo deinceps exponit; (lit. c.) ubi ait καὶ προσφέρουσες ὁσίως αὐτὰ, τῇ πρὸς αὐτὰ σχέσει συμμετέχουσι καὶ αὐτοὶ τῆς θείας ἐλλάμψεως. Pro ὅστις ἄξιος, perperam ὅτι ἄξιος habet unus Pa. τὰ προσαγόμενα καὶ ἀνατιθέμενα ἀπὸ ζωῆς καθαρᾶς.

διὰ

διὰ ζωῆς edidit Heinsius, temere & contra librorum p. 219
fidem, qui cum editione Ven. in ἀπὸ ζωῆς consenti- b
unt: unus Arg. ἀπὸ τῆς ζωῆς habet minus recte. Quemadmodum autem vocabulum ζωὴ apud Simplicium nostrum pro ψυχὴ usurpatum sæpe observavimus; (vide Not. ad p. 4. b. & ad p. 55. c.) sic ἀπὸ ζωῆς καθαρᾶς idem valet ac ἀπὸ ψυχῆς καθαρᾶς vel ἐκ ψυχῆς καθ. Pari modo ἀπὸ ζωῆς προφέρει τοὺς λόγους dixit p. 102. c. & p. 100. c. ἀπηλλάχθαι c
καὶ διὰ τῆς τῶν τοιούτων. Ferri potest καὶ particula notione intensivâ; sed abesse malim cum Wolfio. ἔπαυσε διὰ τῶν τοιούτων πολλάκις ὁσίων. διὰ præpositionem, quam ignorant edd. & Mssti nostri omnes, ex Wolfii conjectura adjeci; nec tamen sine dubitationis significatione: vereor enim, ne aliud quid hoc loco excìderit. μετὰ τοῦ καὶ δικαιου &c. καὶ h. l. inserui cum Mss. Arg. Pb. & Pc. aliisque e quibus ea particula adjecta in Vhab. & Vpabd. Abest ea quidem in edd. & in Pa. & Pi. In eodem Pa. perperam mox etiam desideratur verbum ποιεῖν. Recte Wolfius, μετὰ τοῦ &c. *præterquam quod* interpretatus est. Post ἐπιβαλλούσης deest αὐτῷ in solo Pa.

Pro φησὶ, est φασὶ in Arg. quæ admodum frequenter permutantur a librariis. μετὰ πασῶν αὐτοῦ. p. 220
Suo more suâque auctoritate αὐτοῦ edidit Heins. τὸ a
ἀνθρώπινος εἶδος. Vocabulum εἶδος sic hoc loco repetitum dedere scripti libri omnes cum ed. Ven. Præter necessitatem delevit Heinsius, monente Wolfio. καὶ τοῦ ἀνθρωπείου εἴδους. Sic Mssti nostri. ἀνθρωπίνου edd. βίου αἵρεσιν ἑνὸς ἀποτεμόμενοι, *unam vitæ sectam, unam vivendi rationem, definitam, distinctam ab aliis, nobis propriam, habemus.* In ἀποτεμόμενοι consentiunt quinque nostri libri, a quibus parum abit ed. Ven. ἀποτεμνόμενοι exhibens, quod vereor ne præpropere in ἀπονεμόμενοι mutatum fuerit ab Heinsio. Sane verbum ἀποτέμνεσθαι, ut exempla ostendunt ex Synesio & Arriano a Budæo & H. Stephano citata, idem valet ac ἀφορίζειν & ἀπομερίζειν, nec alienum ab hoc loco videtur. ἐν ἄλλοις τόποις καὶ χρόνοις ἄλλως. Recte ἄλλως habent libri omnes; id est, *aliis locis*

p. 220 *locis temporibusque aliter;* ne vel cum Wolfio in
a ἄλλοις, vel cum alio viro docto (in Vba. & Vpa.) in
b ἄλλος mutandum cenſeas. μεμερισμένως reſtitui ex ed. Ven. conſentientibus Msstis. Temere μεμερισμένων ed. Heinſ. τῶν ἐσθιομένων. Mutare hoc non auſus ſum, in quod libri conſentiunt omnes: ſed fere non dubito, τῶν θυομένων legendum eſſe, ut voluit Wolfius, qui id in verſione etiam per vocem *victimarum* expreſſit. ὅτε κατὰ Θεὸν τὰ περὶ Θεοῦ ὀργιάζεται. In loco difficili eam ſcripturam expreſſi, quæ adnotata eſt a viris doctis in Vbb. & Vpabcd. & quidem in Vpc. notâ etiam γρ'. diſtincta, tamquam e Msto codice ducta: quæ ſi vera eſt, hanc vim habere videtur, *cum ex Dei voluntate res divinæ celebrantur;* quamquam vix ſana videtur illa dictio τὰ περὶ Θεοῦ, hac notione, *res divina, ſacra.* Nec vero diſſimulare debeo, codicem illum, e quo iſta ſcriptura ducta perhibetur, non videri discrepaſſe a noſtris quinque, in quibus ſic ſcriptum ὅτε τὰ κατὰ Θεὸν τὰ περὶ Θεοῦ ὀργιάζεται, ſub qua ſcriptura aliud neſcio quid latere utique videtur. Quod ſi ſatis eſſet ſuſpicionibus indulgere, poſſes conjectare τὰ περὶ Θεοὺς (non Θεοῦ) ſcriptum olim fuiſſe, & per errorem junctas eſſe duas diverſas ejusdem loci lectiones, cum in aliis libris olim τὰ κατὰ Θεὸν ὀργιάζεται ſcriptum fuiſſet, in aliis τὰ περὶ Θεοὺς ὀργιάζεται. In ed. Ven. corrupte prorſus ὅτε τὰ μὲν Θεὸν τὰ περὶ Θεοῦ ὀργ. legebatur, quod Heinſius in ὅτε κατὰ μὲν Θεὸν &c. mutavit. Wolfius ad editionis Venetæ ſcripturam hæc adnotavit: „Corru„ptus locus. Sententia poſtulare videtur, καὶ ὅτε „κατ' ἀξίαν, vel τεταγμένως τὰ περὶ Θεὸν ὀργιάζε„ται." δῆλη γίνεταί τις ἐν ταῖς ἀφορισμέναις ἡμέραις ἐνέργεια. Manifeſto errore γίνεται τῆς ἐν ταῖς &c. dabant edd. & ſcripti noſtri omnes: ubi γίνεται ἢ ἐν ταῖς corrigere jufſerat Wolfius. Mihi veroſimilius viſum erat, voculam τῆς ex τὶς corruptam eſſe: & τις corrigere non dubitavi; quod jam olim etiam viro docto in Vpc. in mentem veniſſe video. Mox, pro ἡμέραις ἐνέργεια, perperam Pa. unam vocem ἐνεργείαις habet.
c
p. 221 θεμιτόν ἐστι. θεμιστόν ἐστι Pa. παρα-
a λιμπάνειν prætuli, quod dedere quatuor codd. Pariſ.

Pariſ. cum ed. Ven. καταλιμπάνειν ed. Heinſ. cump. 221
Arg. & aliis codd. in Vhab. & Vpabcd. ἢ συγ- a
χεῖν. Corrupte ἢ τυχεῖν Pa. οὐκ ἔτι γίνεται & hoc loco, & mox iterum *(lit. b.)* ex certa conjectura correxi, pro ἐπιγίνεται, quod utrobique legebatur in ſcriptis & editis. Ad verum tamen propius aliquanto accedit Ms. Arg. in quo eſt ἐπὶ γίνεϑαι, cum duplici accentu & diviſis vocibus. ἐὰν ἐλλείπῃ τι. Sic quinque noſtri libri cum ed. Ven. nec male, licet ſequantur præterita ὑπῆλλαχται & συγκέχυται in indicativo modo. Sua auctoritate εἰ ἐλλείπει τι edidit Heinſ. ὥσπερ κυριώτατον. Sic recte ed. b
Heinſ. ex cod. Nanſ. cum Arg. & Pb. & aliis codd. e quibus hoc notatum in Vpacd. Nec aliter debuerunt codices Pc. & Pi. in quibus quidem in fine decurtata vox eſt compendii cauſſa. Perperam κυριώτηϑα Pa. & κυριωτάτην Vhb. & Vpb. ex male accepto ſcripturæ compendio. Omnium vero corruptiſſime, κυρτὴν habet ed. Ven. Deinde poſt προθυμία τοῦ ποιοῦντος adjectum eſt verbum ἦν in ed. Ven. itemque in Ms. Arg. quod ferri quidem utcumque poterat, ſed commode delevit Heinſ. monente Wolf. Et, ni me fallunt meæ notulæ ex Pa. excerptæ, ignorat quoque id verbum codex Pa. De aliis quidem compertum non habeo. τῶν δεόντων. τῶν ὄντων Arg. male. Ἀλλ' οὐδ' ἀσεβῶς, φησὶ. Adparet hinc, in Enchiridii exemplo, quo Simplicius uſus eſt, poſt μηδὲ ἀμελῶς ſcripta fuiſſe illa verba μηδὲ ἀσεβῶς, quæ ignorant hodie qui ſuperſunt codices omnes, nullo ſane detrimento; nam multo commodius hi, illorum verborum loco, iſta habent, μηδὲ γλίσχρως, quæ in Simplicii codice (ut quidem ex ejus Commentario intelligi videtur) deſiderabantur. Quæ vero interpre- c
tationis cauſſa illorum verborum οὐδ' ἀσεβῶς adjecit Simplicius, fateor mihi neutiquam plana eſſe; & corrupta utique videntur. Nec tamen quidquam præſidii offerunt libri; in quibus nulla varietas, niſi quod duo verba καὶ σεβασμιώτερα deſunt in Arg. & quod ὡς τοιούτων cum editis ſolus habet Pb. in contextu, ſed ὡς τοιούτοις Arg. Pa. Pc. Pi. atque etiam Pb. inter lineas. Ad verbum ὑποπατϑόμεϑα monuit Wolfius: „Scilicet τῷ Θεῷ. Fortaſſis ἐπιτεινόμεϑα, cum ſequatur καὶ ἀδρυνόμεϑα.“ Ac non bene utique cohæ-

p. 222 a rere videntur duo ista verba ὑποταττόμεθα καὶ ἀδρυνόμεθα. Mox post verba τοιαῦτα ποιεῖν, intercidisse quædam talia suspicatus sum: Διὸ καλῶς προστίθησι, Μηδὲ ὑπὲρ δύναμιν. ἐν αὑτοῖς. Sic alii commode cum edd. ἐν ἑαυτοῖς Arg. & Pb. πολλάκις αὐτὰ ποιεῖν. An τὰ αὐτὰ? *sæpius idem facere.* οἱ τὸ θεῖον περισσῶς φιλοτιμ. Videtur οἱ εἰς τὸ θεῖον legendum cum Wolf. aut οἱ περὶ τὸ θεῖον. τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοθέντων ἡμῖν. τοῦ articulum adjeci cum Arg. & Pa.

b καὶ τὸ παρὸν εἶδος. καὶ correxi cum Wolf. Vulgo omnes κατὰ τὸ παρὸν εἶδος, nisi debuerunt

c κατὰ τὸ παρὸν καὶ τοῦτο τὸ εἶδος. ἄνθρωποι δὲ πρὸς τούτῳ. Sic haud dubie corrigendum fuit cum Wolf. Vulgo omnes πρὸς τοῦτο. κοινᾶς τῶν ἀνθρώπων ἐννοίας. κοιναῖς ἐννοίαις τῶν ἀνθρ. Arg. πλὴν Ἀκροθοϊτῶν. Sic cum ο brevi post θ scribunt omnes. Apud Herodot. VII. 22. ex codd. Msstis Ἀκρόθωον scribitur in ed. Wessel. oppidum montis Athos, ubi superiores quidem editiones Ἀκρόθοον habebant: & apud Thucyd. IV. 109. Ἀκρόθωοι, ubi alii Ἀκρόθοοι. Θῶες adpellantur apud Porphyr. de Abstinentia lib. II. cap. 8. ubi eadem res ex Theophrasto refertur. Confer Stephanum Byz. in Ἀκρόθυνοι, ejusque interpretes; & Casaub. ad Strab. lib. VII. sub finem. οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος. Puto in libris τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας, quos numero sex scripsisse Theophrastum

p. 223 a refert Laërt. V. 48. ἀθέους γενομένους. Sic Arg. & Pb. Alii γινομένους cum edd. nec id male. εἰς καὶ δύο. Videtur designare philosophos nonnullos, quibus ἄθεος cognomen fuit datum, veluti Theodoro Cyrenaico. ἀγαθοὺς δυσπραγοῦντας. ἀγαθοὺς δοκοῦντας habent quinque nostri codices, & sic quoque debuerat ed. Ven. in qua δοκοῦνται: ubi Wolfius monuit, aut ἀτυχοῦντας legendum, aut δοκοῦντας ἀτυχεῖν; quorum neutrum equidem spernam. δυστυχοῦντας edidit Heinsius, quo verbo in eadem re utitur noster p. 243. Sed ἀγαθοὺς δυσπραγοῦντας vir doctus in Vpc. non modo scribere jussit, verum etiam adjectâ notâ γρ'. tamquam ex Msto codice ductum commendavit. Quidquid sit, quoniam mox deinde, hunc ipsum locum respiciens, sic scribit Simplicius, οὕτω γὰρ οὔτε ἀγαθὸς δυσπραγήσει ποτὲ, οὔτε κακὸς εὐροήσει, probabile admodum

dum videri debuit, hoc loco eum pariter, quemad- p. 223
modum verbo εὐροοῦνϑας, sic & altero, δυσπραγοῦν- a
τας, usum esse. Cæterum fortasse etiam duo participia, δοκοῦνϑας & δυσπραγοῦνϑας, junxerat hoc loco scriptor, hoc modo, ποτὲ μὲν ἀγαθοὺς δοκοῦνϑας, δυσπραγοῦνϑας: ut δοκοῦνϑας ad ἀγαθοὺς fuerit referendum, quemadmodum p. 243. a scribit, ταῦτα τὰ συμβαίνοντα περὶ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς δοκοῦνϑας τῶν ἀνθρώπων. Quod si statuas ita olim scriptum fuisse, facile fieri potuit, ut posterius participium per librariorum errorem interciderit. ποτὲ δὲ κακοὺς ἐν αὐτοῖς εὐροοῦνϑας. ἐν ἑαυτοῖς edd. cum Arg. Pa. Pb. ubi merito Wolfius monuit, τὸ ἐν ἑαυτοῖς aut redundare videri, aut depravatum esse. ἐν αὐτοῖς scripsi cum Pc. & Pi. quod utcumque ferri posse videbatur, hac notione, *inter ipsos*, id est, *qui cum ipsis viverent*. Sed ἐναντίως scriptum mallem, id est, *contra, e contrario;* si modo certus essem, dici potuisse ἐναντίως istâ notione, pro τοὐναντίον, τἀναντία aut ἐκ τῶν ἐναντίων. Τολμῶ κατει- b
πεῖν &c. Retulit hos versus Barnesius in Fragm. Euripidis ex incertis Fabulis, vs. 415. p. 514. οὐκ εἰσὶν ferri potest; sed forsan οὐκ εἶναι oportebat, quæ duo sæpe permutantur a librariis. Pro ἐπιπλήττουσι utique cum Wolfio ἐκπλήττουσί με malim, *percellunt, turbant me;* nisi forte ἐπιπλήττουσί με (id est, *reprehendunt me*) ita dixit, quasi dixisset *confutant me, erroris me arguunt*, nempe, *si dicam esse deos.* Καλῶς οὖν ἔχει. ἔχοι malebam; sed nec vulgatum repudio. Καὶ μέντοι καὶ δι' ἀποδ. Post μέντοι cum Arg. & Pb. adjeci καὶ, quod ibi ignorant alii. Heinsius duo verba ὡς δυνατὸν duobus commatibus intercepit, quasi *pro virili* significarent, ut Wolfius vertit. Ego constructionem verborum sic accepi, Καὶ μέντοι σκεψώμεθα, ὡς καὶ δι' ἀποδείξεως δυνατὸν βεβαιῶσαι &c. Et σκεψώμεθα per ω scripsi cum Arg. Pb. Pc. & Pi. inter lineas: vulgo σκεψόμεθα per ο breve.

ἰδεῖν πρῶτον. Sic recte Mssti. Perperam εἰδεῖν c
ed. Ven. quod in εἶδεν mutavit Heins. τοὺς ἐν οὐρανῷ. Sic ed. Ven. cum quatuor codd. Paris. τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ ed. Heins. cum Arg. & aliis, e quibus

p. 224 τῷ adnotatum in Vhab. & Vpabcd. ὑφ' ὧν γίνεται.
a δι' ὧν Arg. puto & Pb. οὔτε σκοπὸς ὡρισμένος ἐστὶ τινί. Recte τινὶ ed. Heinſ. cum Msstis; nempe τῷ ποιοῦντι. Perperam τοῖς ed. Ven. quod in τὶς mutandum cenſuerat Wolf. οὐ γὰρ ἂν —— ὑφίστα τὸ αἴτιον. Ad ὑφίστα intellige accuſativum αὐτὸ. *cauſſa effectrix non produxiſſet* (vel *productura fuiſſet*) *illud fortuito, ſed ex propoſita ratione.* Recte vero ὑφίστα τὸ ſcribitur in ed. Ven. & in Pi. Eſt autem ὑφίστα imperfectum verbi ὑφιστάω, quod in præt. imp. ſic flectitur ὑφίστων, ὑφίστας, ὑφίστα. conf. ad p. 230. b. & 233. c. Mendoſe ὑφιστᾶ τὸ αἴτιον Arg. & Pb. in præſenti tempore, quod ferri quidem poſſet, niſi particula ἂν præcederet, quæ imperfectum poſtulat. ὑφίστατο Pa. & Pc. Temere ὑφίσταιτο Heinſ. præeunte ex parte Wolfio, qui ὑφίσταιτό τι αἴτιον legendum cenſuerat. καὶ σκοπὸν ἐποίει, ſcil. αὐτὸ, *& ſcopum illud feciſſet.* ἐποίει ex conjectura ſcripſi: fortaſſe vero rectius fuerat, ἐποιεῖτο, id eſt, *ſibi feciſſet, ſibi facturum fuiſſet.* ποιεῖ habet ed. Ven. quod in ποιοῖ mutavit Heinſius cum Wolf. ποιεῖ habet etiam (ni hac parte fallunt meæ notulæ) codex noſter Pa. Sed in Arg. Pb. Pc. & Pi. prorſus deſideratur hoc verbum, ita tamen ut ſpati-
b um nonnullum vacuum relictum ſit. τῶν δὲ τῷ πέρατι. Sic Mss. cum ed. Heinſ. τῶν δὲ πέρατι ed.
c Ven. τὸ γὰρ σπέρμα καταβαλλόμενον, ἐπὶ μὲν Φυτῶν, τεγγόμενον. Sic percommode veteres libri omnes cum ed. Ven. quod temere & imperite Heinſius in hoc mutavit, τὸ γὰρ σπέρμα Φυτῶν, καταβαλλόμενον ἐπὶ γῆν, τεγγόμενον &c. ἀποτίνεται. Corru-
p. 225 pte ἀποκτείνεται Arg. καὶ κατὰ τὴν ἀκολουθίαν
a καὶ τάξιν ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἀποτελεῖται. Sic ed. Heinſ. cum Ms. Arg. aliisque e quibus hoc notatum in Vhab. & Vpabcd. Et poteſt utcumque hoc ferri, quod ad verbum latine ſic ſonat, *atque etiam quoad conſecutionem eumdem ſemper ordinem tenent.* Nec differunt Pb. Pc. Pi. & ed. Ven. niſi quod in his *abeſt* τὴν articulus ante ἀκολουθίαν. Malles tamen κατὰ abjectum, & ſic ſcriptum, καὶ τὴν ἀκολουθίαν καὶ τάξιν &c. qua ratione ter ſuperiori pagina ἀκολουθία & τάξις conjunguntur. Prorſus corrupte in
b Pa. καὶ τὰ ἀκολουθίαν καὶ τάξιν ſcribitur. γενηταὶ,

&

& deinde ἀγένητα iterum iterumque, ſicut con- p. 225
ſtanter aliâs, ſimplici litera ν ſcribunt codices noſtri b
ad unum omnes cum ed. Ven. γεγενηταὶ & ἀγένητα ed. Heinſ. ἄλλας αἰτίας εἶναι προηγουμένας. ἄλλας προηγουμένας εἶναι αἰτίας Pa. κυριώτερον λέγεται ed. Ven. cum Pa. Pc. Pi. κυριώτατα ed. Heinſ. cum Arg. Pb. & Vhab. & Vpabcd. ἐν αὐτοῖς ἔχοντα ed. Ven. cum Arg. Pa. Pc. Pi. ἐν ἑαυτοῖς Pb. ἐν αὐτοῖς ed. Heinſ.

ἀπὸ τῆς κινήσεως. Temere & invitis Msstis c
ὑπὸ ed. Heinſ. ἢ ἀνάγκη. Rurſus invitis Msstis ἢ γὰρ ἀνάγκη edidit Heinſius, quâ inſertâ præpoſitione, connexio turbata eſt orationis. Perſpicuitatis cauſſâ, ſuperiora verba οὐδὲν γὰρ — — κινούσης parentheſeos ſignis intercepi. τὸ κατὰ πᾶσαν κίνησιν. p. 226
Sic recte ed. Heinſ. cum Vhab. & Vpabc. & in Vpc. a
quidem ex Msto laudatur hoc. Perperam κατὰ deeſt in Arg. Corruptiſſime vero τὸ καταπεῖσαν ſcribitur in ed. Ven. & in cod. Pa. ὑφ' ἑαυτοῦ γίνεσθαι. b
Perperam ἐφ' ἑαυτοῦ h. l. ed. Ven. οὔτε τὸ ἀλλοιούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ ἀλλοιοῦται. Perperam ἀλλοιοῦσθαι hîc habet ed. Ven. cum Pc. & Pi. Recte ἀλλοιοῦται Arg. Pa. & Pb. cum ed. Heinſ. Cohærent hæc cum illis ſuperioribus, οὔτε τὸ αὐξόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ αὔξεται. τὰ προσεχῆ τῶν γινομένων καὶ ἑτεροκινήτων αἴτια. Sic omnino fuit corrigendum cum viro docto in Vpc. Perperam καὶ ἑτεροκίνητα αἴτια habent edd. & Mssti; quod & Wolfius in Notis & ſuo græco libro intactum reliquit, qui tamen emendationem noſtram recte in verſione expreſſit. ἄρξαιτο ἂν τὸ κινητόν. Recte ἄρξαιτο ſcripti omnes. Mendoſe ἄρξετο ed. Ven. quod imperite in ἄρξεται mutavit Heinſ. Tum vero τὸ αὐτοκίνητον habebat ed. Ven. cum Pi. ἀκίνητον vero ed. Heinſ. cum Arg. Pa. Pb. Pc. & Vhab. & Vpabcd. quorum neutrum ferri ullo pacto poterat: perſpecteque Wolfius monuit, aut τὸ κινητὸν, aut κινούμενον, aut ἑτεροκίνητον legendum eſſe; e quibus ego id, quod proxime ab optimorum librorum ſcriptura aberat, ſelegi.

περὶ τοῦ κινοῦντος μέρους. Perperam παρὰ p. 227
τοῦ κιν. edd. & Mssti; quod in περὶ mutavi cum viro docto in Vpc. διαστατὸν ὑπάρχον. Perperam c

p. 227 c ὑπάρχων edd. & Pa. Verum tenuit Arg. quod & in Vhab. & Vpabc. adnotatum, nec a Wolfio neglectum. ὅλῳ ἑαυτῷ ἐφαρμ. Perperam ὅλως ἑαυτῷ Pa. ἐξ ὑποκειμένου τινὸς ὄν]α. Bene ὄν]α correxit Heinſ. cum Wolf. Perperam ὄν]ος ed. Ven. cum Msstis
p. 228 a noſtris. ἐν ὑποκειμένῳ τινί. Perperam ἐν ὑποκειμένων τινὶ edd.

b ἢ τοῦτό ἐστι. Refertur hoc ad quæſtionem Τί οὖν ἐστι, & intelligendum, ut ſæpe aliâs, τί ἄλλο ἢ τοῦτο, *quid aliud, niſi* &c. quæ ipſa verba τί ἄλλο paulo inferius, eâdem hac paginâ, in ſimili interrogatione diſerte repetuntur. εἰ ὑφ' ἑτέρου ἐκινεῖτο. Sic percommode Arg. Pa. Pb. Pc. κινοῖτο edd. cum
c Pi. εἰ τοίνυν ἡ ψυχὴ ἔνδοθεν κινεῖ. Sic ſcripti omnes. Perperam κινοῦν ed. Ven. quod tenens Heinſius, ἡ ψυχὴ τὸ ἔνδοθεν κινοῦν ſuâ auctoritate edi-
p. 229 a dit. ἔχουσα ἐν αὐτῇ. Sic Arg. puto & alii. ἐν αὐτῇ ed. Heinſ. cum Pa. Prorſus corrupte ἐὼν τῇ ed. Ven. τὰ ἐν τοῖς σώμασιν. Temere omiſſus eſt τὰ artic. in edd. In ὑφίστα]αι conſentiunt Msſti omnes cum ed. Ven. nec male; quod non neceſſe erat ut in ὑφίστα]αι mutaret Heinſius. Sic enim mox pariter ἐκεῖνά εἰσι habes, verbum plurale cum plurali neutro. Et licet hoc loco præcedat ἐστὶ πρωτουργὰ verbum in ſingulari, tamen nihil impediebat, quo minus alterum verbum in plurali poni poſſet. πρωτουργὰ εἴδη Wolfius in Notis interpretatur *formas primum efficaces, quæ primam & principem efficiendi vim habent.* εἴδους τῶν ἐν τοῖς σωμ. Sic ſcripti noſtri omnes. Corrupte τὴν pro τῶν habet ed. Ven. quod in τοῦ mutavit Heinſius, præeunte fortaſſe codice Nanſiano: ſane & in Vpc. pariter τοῦ adnotatum eſt, & quidem adjecta notâ *vt.* quâ neſcio an *Venetus* aliquis, aut *Vaticanus*, aut omnino *vetus* codex ſignificetur. ἡ πρωτουργὸς ἀρχὴ ψυχική ἐστι. Sic ed. Ven. conſentientibus Msstis. Nec vero damno ψυχή ἐστι, quod edidit Heinſius, Wolfii verſionem ſecutus: ſed in loco haud ſatis plano, conſultius duxi ſcripturam librorum tenere, quæ fortaſſe perinde tueri locum ſuum poterat. καὶ ἐκεῖνά εἰσι τὰ εἰλικρινέστερα καὶ καθαρότερα. Satis emendata aut integra hæc eſſe, equidem minime confirmem: ſententiamque

tiamque auctoris hoc loco, ut alibi passim, haud satis mihi liquere, ultro profiteor. Vir doctus in Vpc. emendationem tentavit, εἰλικρινέστα]α καὶ καθαρώτα]α, qua quidem parum promovetur. Quænam sint illa ἐκεῖνα, quæ hic dicit Simplicius, haud satis adparet. Videtur utique εἴδη πρωτουργὰ dicere; (quo pertinet, quod rursus paulo inferius sub finem pag. ait, οὕτω καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν ἕκαστον πρωτουργὸν καὶ εἰλικρινές ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ.) sed connexio & consecutio orationis neutiquam perspicua. Pro puncto, quod vulgo post ψυχή ἐστι vel ψυχικὴ ἐστι ponunt, rectius fortasse nudum comma positum foret; ut verba illa καὶ ἐκεῖνά εἰσιν &c. simul cum præcedente membro orationis ab illâ formulâ δῆλον ὅτι penderent. ἐφ' ἑνὸς ποιήσωμεν. Vnus Pa. ποιήσομαι, minus commode. καὶ νεύροις. καὶ ἐνεύροις Arg. quod ex καὶ ἐν νεύροις corruptum videri possit, sed præpositionem alii omnes ignorant. αὐτόκαλον. Sic bene antepenacute scripsit Heins. αὐτοκαλὸν ed. Ven. cum codd. Paris. qui fortasse αὐτὸ καλὸν debuerant, quod habet Arg. πρὸς ἐκεῖνό γε παραβάλλουσα. Sic recte ed. Heins. ex cod. Nans. πρὸς ἐκεῖνό τε μεταβάλλουσα habet ed. Ven. ubi verbum μεταβάλλουσα silentio præteriens Wolfius, monuit γε pro τε scribendum; recte haud dubie, quamquam in τε consentiunt Mssti hodie omnes. Nec vero παραβαλλ. ullus e nostris quinque codd. agnoscit, sed πρὸς ἐκεῖνο τε βάλλουσα habet Pa. pariterque Arg. Pb. Pc. Pi. nisi quod in his exiguum spatium vacuum inter τε & βάλλουσα relictum est; quod spatium in uno cod. Pi. manus recentior voce μετὰ explevit: sed παραβάλλουσα percommode adnotatum in Vhab. & Vpabcd. & quidem in Vpc. adjectâ notâ γρ. tamquam ex Msto codice ductum.

p. 229 a

b

c

ἴδια τὰ σώμα]α κινοῦσαι. Sic corrigere nullus dubitavi. Corrupte vulgo omnes διὰ τὰ σωμ. ubi etiam ante nos Wolfius τὰ ἴδια σωμ. legendum censuerat. τὰ μὲν χείρονα bene ed. Heins. cum Msstis. τῷ μὲν ed. Ven. unde τὸ τὰ μὲν conjectaverat Wolf. ἐν οὐρανῷ. ἐν τῷ οὐρανῷ ed. Heins. sed articulum ignorant quinque nostri libri cum ed. Ven. οὗτοι γε scripsi cum Pa. οὕτι γε alii cum edd. ὑφιστάν]ος καὶ

p. 230 a

b

p. 230 b καὶ ὑφισταμένου. ὑφεστῶτος καὶ ὑφισταμ. erat in edd. ſcriptisque noſtris, corrupte haud dubie, ubi priori loco ὑφιστάνϑος oportuiſſe, perſpecte poſt Wolfium monuerat Reiskius ad Polyb. p. 275. Confer omnino ſupra, p. 227. b. & c. Poteras tamen etiam ὑφιστῶνϑος corrigere, a verbo ὑφιστάω, de quo ad p. 224. a. dictum: quam ad formam infra p. 233. c. habemus participium τῶν συνιστώντων a verbo συνιστάω. c βουλεύεσθαι. βούλεσθαι Arg. minus commode. δοξάζειν. δοξάζεσθαι ſolus Pa. ſed & hic δοξάζειν in ora.

τὸ τελέως ἀμεταβλ. recte ed. Heinſ. cum Mss. Arg. & Pa. τὸ τέλος ἀμεταβλ. ed. Ven. τῆς πρώτης κινούσης. Prorſus corrupte τῆς πρώτοις habet ed. Ven. ubi πρώτως correxit Wolfius cum in Notis, tum in græco ſuo libro; at in verſione idem *movente anima prima*, quaſi eſſet τῆς πρώτης ψυχῆς κινούσης. Et τῆς πρώτης quidem habent ſcripti noſtri omnes: ſed quo pacto prætermiſſum ſubintelligi hoc loco potuerit nomen ψυχῆς, haud ſatis adparet; vi- p. 231 a dendumque ne quis error hic ſubſit. τῶν τε στοιχείων. τῶν δὲ στοιχ. ed. Ven. perperam & invitis noſtris Msstis. μὴ μένῃ ταὐτὰ τὰ ἀνακυκλ. μὴ μένῃ ταῦτα ταὐτὰ ἀναπ. ed. Ven. ταῦτα αὐτὰ ἀνακ. Pb. Pc. Pi. μὴ μένῃ ταῦτα αὐτὰ ἀποκαθίσταται Arg. omiſſis mediis. ταὐτὰ αὐτὰ ἀνακυκλ. ed. Heinſ. & Ms. Pa. Quæ omnia magis minusve corrupta judicavi, & in id, quod excudendum curavi, b mutanda. ἐκστατικὴ, id eſt, *quæ vim habet τοῦ ἐκστῆσαι, de ſtatu dejiciendi, mutandi:* nec cauſſa erat, cur διαστατικὴ maluerit Wolf. δῆλον. οὖν. Corrupte δηλοῦν οὖν edd. ποτὲ μὲν τάδε * νοοῦνϑος ἢ ποιοῦν- e ϑος. In τάδε conſentiunt cum editione Ven. ſcripti noſtri omnes; quod in ταχείας vel ταχέως mutandum Wolfius cenſuit, quo & ſpectat verſio ejusdem, *aliàs celeriter cogitat aut facit.* Heinſius τάχει edidit, ſuo-ne ex ingenio, neſcio, an e codice Nanſiano; in Vhab. quidem aut Vpabcd. iſtud non adnotatum. Et habebat quidem ſpeciem ea emendatio; nec tamen adoptare auſus ſum, quoniam non minore cum veri ſpecie ſuſpicari licebat, ſuo loco ſtare rectèque ſe habere vocem τάδε, ſed alia nonnulla verba poſt

ποτὲ

ποτὲ μὲν τάδε, veluti ποτὲ δὲ τάδε, intercidisse; quam dubitationem adjecto asteriſco ſignificavi. ὅσῳ γὰρ τοῦτο. Recte τοῦτο ed. Heinſ. cum Wolf. quod & in Vpc. ex cod. Ms. laudatur; cujus ſcripturæ veſtigia & in noſtro cod. Pa. conſpiciuntur. Cæteri mendoſe τούτῳ cum ed. Ven. μὴ στῆσαι. Perperam μὴ στῆναι Pa. οὐδὲ γὰρ εὗλαβ. οὐ γὰρ ſolus Pa. περὶ αὐτῶν. Corrupte περὶ αὐτὸν ed. Ven. ubi περὶ αὐτῶν corrigendum monuit Wolf. cui obſecutus eſt Heinſ. Poteras vero & περὶ αὐτοῦ ſuſpicari, nempe τοῦ ἀκινήτου καὶ ἀμεταβλήτου. τὸ, ὧν ἐννοοῦμεν. Sic haud dubie corrigendum judicavi, præeunte viro docto in Vpc. Perperam Msti noſtri cum ed. Veneta ἄπ∫αιστός τε ὢν habent; quam ſcripturam Wolfius in Notis ſilentio præteriit, in græco vero ſuo libro asteriſco notavit. Vir doctus in Vha. & Vpa. monuit, τε videri vacare. Heinſius, majori puncto poſt ἄπ∫αιστος poſito, dein καὶ ὢν ἐννοοῦμεν edidit. p. 231 c p. 232 a b

In illis verbis, καὶ ἐν αἰῶνι ἱδρυμένον τῷ τὸν χρόνον τοῖς κινουμένοις συνυποστήσαν∫ι, nil mutant libri. θεασόμεθα, *videbimus*. Sic Pa. cum ed. Heinſ. quod magis placuit quam θεασώμεθα, (id eſt, *ſpectemus*, ut Wolfius vertit) quod habet Arg. cum ed. Ven. quod etiam prius ſcriptum fuerat in Pa. Quid alii Pariſini dent, exploratum non habeo. τοιαύτην ὑπονοητέον. Poſſis ἐπινοη∫έον ſuſpicari: ſed & iſtud probum, nec ita raro ὑπονοεῖν idem ac ἐπινοεῖν valet. conf. Ind. Græc. ad Epict. & Lex. Polyb. οἷα ἡ τῶν σωματικῶν. Temere hoc loco ἡ articulus prætermiſſus erat in ed. Heinſ. οὐσίαν τε ἔχων, ſcil. ἕκαστος τῶν οὐρανῶν. ἔχον ed. Ven. ſed maſculinum tuentur ſcripti omnes cum ed. Heinſ. καὶ δυνάμεις. Sic ſcripti libri omnes. Cum vero mendoſe δύναμις expreſſum eſſet in ed. Veneta, Heinſius hoc in δύναμιν mutavit, quod in cod. Nanſ. puto adnotatum erat, quemadmodum in Vpa. ὁλόκληρα γὰρ τούτων ἕκαστα. Conjunctionem γὰρ, quam libri omnes agnoſcunt, temere omiſit Heinſius, & totam orationis connexionem turbavit. Sunt hæc verba in parentheſi poſita, quod adjectis uncis indicavi; tum, quod ſequitur ὁμοίως δὲ &c. eſt alterum membrum comparationis, ſuperiori membro ὥσπερ δὲ ἕκαστος p. 233 a b c

p. 233 c &c. respondens: & conjunctio δὲ post ὁμοίως initio apodoseos, ex initio protaseos pleonastică illâ ratione repetitur, de qua sæpe in Notis ad Polyb. & ad Epictetum diximus. τῶν συνιστώντων τὰ εἴδη. συνιστόντων Pa. male. Poterat συνιστάντων dicere; sed & συνιστώντων, in quod cæteri consentiunt libri, probum est, a συνιστάω, ejusdem formæ verbo cum ὑφιστάω, de quo dictum ad p. 224. a. & ad p. 230. b. στάσις, ταυτότης, ἑτερότης. στάσις desideratur in Pa. ταυτότης libri omnes agnoscunt; temere omi-

p. 234 a sit Heinsius. καὶ πολλὰς ἔχον διαφορὰς ἐν ἑαυτῷ. In καὶ πολλὰς nil mutant, quod sciam, libri: vide vero ne καίπερ πολλὰς oportuerit, *quamvis multas*. Recte ἔχον ed. Heins. cum Arg. Perperam ἔχων quatuor codd. Paris. cum ed. Ven. quod & Wolf. in suo græco exemplo in ἔχον mutavit. In ἐν ἑαυτῷ consentiunt alii cum editis; unus Pa. ἐν αὐτῷ habet. ἐν τῇ τοῦ παντὸς ψυχῇ. Recte παντὸς Mssti, quemadmodum correxit Wolf. edidituque Heins. Monstrose τοῦ παιδὸς ed. Ven. τοῦ ἐνταῦθα σωματικοῦ. Sic cæteri Mssti cum editis; unus Pa. ἐνταῦθα σωματικῶς, absque τοῦ. Mox idem Pa. & Arg. συνηρημένος per o breve scribunt; sed recte συνηρημένως

b Pb. Pc. Pi. cum edd. τὰ νοερὰ καὶ θεῖα. Sic scripti omnes cum ed. Ven. καὶ τὰ θεῖα ed. Heins. ἀσύγχυτον, ut cum Wolfio correxit Heinsius, sic habent codices nostri. Corrupte ἀσύγκειτον ed. Ven. ἀρχὴ καὶ πρωτουργὸς. πρωτουργὸν ed. Heins. casune, an consilio, nescio: nostri quidem codices omnes cum ed. Ven. πρωτουργὸς consentiunt, quod percommode substantive accipi potest, *princeps effector* vel *princeps effectrix*. ἀνάγκη γὰρ καὶ πρὸ τῶν πολλῶν ἓν εἶναι, τὸ αἴτιον. Vulgo omnes πρὸ τῶν πολλῶν εἶναι τὸ αἴτιον. Ego cum Wolfio voculam ἕν utique adjiciendam putavi, absorptam a postremâ literâ vocis præcedentis.

p. 235 a οὗ δὲ πάντα ἐφίεται, τοῦτο ἀγαθόν ἐστιν. Vide Aristot. Ethic. Nicom. I. 1. Conf. Not. ad p. 97. c. ἐν τῷ ἑαυτῆς εἴδει. Percommode hoc dedit Pa. ἐν τῷ ἑαυτοῦ εἴδει edd. cum Pb. Pc. Pi. ἐν τῷ αὐτῷ

b εἴδει Arg. ἀποδεικτικῶς probavi, quod dabat ed. Ven. cum Arg. Pa. Pb. Pi. ἀποδεικτικὸς ed. Heins.

quod

quod ex conject. commendatur in Vpc. & habet co p. 235
dex Pc. οὐ γὰρ ἂν ἔγνωμεν. Reſtitui ἂν particulam, b
temere omiſſam in ed. Heinſ. ἀναπέμπεσθαι χρὴ. c
Abeſſe malles verbum χρὴ, quoniam præceſſit διὸ ἀνάγκη, unde pendet infinitivus ἀναπεμπ. Sed quoniam interceſſit parentheſis, perſpicuitatis verbum χρὴ adjici potuit, quod libri quidem omnes agnoſcunt. ἔπερ καὶ ἑκάστη. *ſicut & quodlibet principium* vertit Wolf. quaſi ὥσπερ legiſſet. Mox ὁμοφυὴς ſcripſi cum Wolf. & viris doctis in Vha. & Vpac. ὁμοφυὲς edd. & Mssti; quod ferri quidem potuiſſet, niſi mox conſentientibus veteribus libris ὁμώνυμος ſequeretur. Heinſius quidem ὁμοφυὲς tenens, ὁμώνυμος in ὁμώνυμον mutavit. οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐστὶ τὸ κοινὸν. Nil mutant libri, niſi quod corrupte μόνιμον & τὸ κινὸν legitur in ed. Ven. Articulum τὸ ante ὄνομα repoſitum maluerunt viri docti in Vha. & Vpac. Equidem eo loco, ubi in libris ponitur, ferendum putavi. οὐκ εὐλόγως δυσχεραίνει. Sic p. 236
recte ſcripti omnes cum ed. Ven. quod perperam in a
οὐκ ἀλόγως mutavit Heinſius, præeunte Wolfio in verſione. Idem Wolfius mox, pro καὶ πράγματι, τῷ πράγματι voluerat; immerito ſane; nam nec articulus deſiderabatur, & καὶ particula ſignatam ſuam vim habet, *quandoquidem etiam re ipſa principii dignitas utrisque communis eſt.* ὑφ' ἑαυτὴν correxi cum Wolf. Corrupte vulgo omnes ἐφ' ἑαυτὴν, ex perperam accepto ſcripturæ nexu. Pejus etiam ἐφ' ἑαυτῶν habet Pa. Tum & haud dubie ψυχικοῦ corrigere debui cum eodem Wolf. pro φυσικοῦ, quod perperam habebant edd. ſcriptique. Manifeſte opponuntur ψυχικὸν κάλλος & σωματικόν. conf. p. 229. b.

κἂν ὑπολείπωνται ἔτι. Sic bene ed. Heinſ. p. 237
cum Mſstis. Aberat ἔτι in ed. Ven. ἀπολείπονται in a
indic. habet unus cod. Pa. cum ed. Ven. Cæteri in ſubjunctivum conſentiunt. οἳ νομίζουσιν. Duo hæc b
verba deſiderantur in ed. Ven. ſed recte ea habet ed. Heinſ. ex cod. Nanſ. conſentientibus noſtris codicibus & Vhb. & Vpabcd. εἶναι τὰ θεῖα, καὶ τοιαῦτα. Sic commode ed. Heinſ. cum Arg. Pb. & Pc. id eſt, *eſſe deos, & tales eſſe, quales* &c. Sic deinde ſub finem

pag.

p. 237 b pag. τὸ μὲν εἶναι, ait, καὶ τοιοῦτον εἶναι. Perperam καὶ τὰ τοιαῦτα ed. Ven. cum Pi. Sed εἶναι τὰ θεῖα τοιαῦτα Pa. absque καὶ. δοκούσης αὐτοῖς. Temere c αὐτοῖς ed. Heinſ. μέχρι θανάτου γηραιοῦ εὐροοῦσας. γηραιοὺς ſua auctoritate edidit Heinſius, quod ſicut minime equidem damnem, ſic adoptare non ſum auſus. γηραιοῦ conſtanter tenent Mssti omnes cum ed. Ven. & potuit fortaſſe *ſenes mors* eadem notione dici atque *ſera mors*. ἀπὸ τούτων ἀνήκεστα πάσχουσες. Purior græcitas haud dubie ὑπὸ τούτων deſiderabat: ſed ἀπὸ uno conſenſu tenent libri omnes, quod, quoniam haud ſemel jam ἀπὸ pro ὑπὸ uſurpatum a ſcriptore noſtro vidimus, ferendum putavi.

p. 238 a ἐπιμελομένης, ut aliâs, dedere ſcripti omnes cum ed. Ven. ἐπιμελουμένης ed. Heinſ. καὶ περὶ τούτου. Sic ed. Ven. & Mss. Pa. Pc. Pi. καὶ περὶ τούτων ed. Heinſ. cum Arg. Pb. ἐκ διαιρέσεως ἐρωτῶντι τὸν λόγον, id eſt, *bipartita utentem argumentatione*, *dilemmate*, conf. p. 6. b. ἢ ἀγνοοῦντα, ὅτι χρὴ προνοεῖν, οὐ προνοοῦσι. ὅ, τι ἢ χρὴ edd. & Pi. in ora. (In contextu quidem Pi. eſt ὅτι οὐ χρὴ. Quid ſit in Pb. & Pc. non habeo exploratum.) In Pa. omnia iſta verba, una cum verbis τὰ θεῖα, quæ præcedunt, per errorem omiſſa ſunt. Sed ἀγνοοῦντα ὅτι χρὴ ἀγνοεῖν recte habet Arg. quemadmodum legendum monuit Wolf. At manifeſte deſideratur in libris omnibus alterum membrum orationis, quod ex conjectura ſupplevi adjectis verbis ἢ γινώσκοντα, quæ quidem, ut ex merâ conjecturâ adjecta, uncis incluſi. Et ad hæc ipſa verba ἢ γινώσκοντα, aut quæcumque in eamdem ſententiam hîc poſuerat Simplicius, haud dubie ſpectare mihi viſum erat id quod ſequitur, καὶ εἰ b τοῦτο, &c. ἢ διὰ τὸ μέγεθος. Articulum τὸ, quo carent alii omnes, adjeci ex Pa. ἢ πάλιν διὰ σμικρότητα καὶ εὐτέλειαν, κἂν δύνηται, καταφρονεῖ. Inter εὐτέλειαν & κἂν δύνηται inſerta ſunt in ed. Ven. & in codd. Pb. Pc. Pi. hæc verba, ἀποφευγόντων τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ. εἰ δύναται μὲν, οὐ βούλεται δὲ. Quæ redundare recte Wolfius monuit; nempe a parum ad rem attento librario aliquo perperam e ſuperioribus repetita. Et Heinſius quidem poſteriora ſex, εἰ δύναται μὲν, οὐ βούλεται δὲ, abjecit: quatuor vero iſta ἀποφευγ. τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ imperite

inta-

intacta reliquit. Totum istud adsumentum ignorat no- p. 238
ster codex Pa. sed e contrario ipse defectu laborat: b
nam & verba κᾷν δύνηται, quæ recte agnoscunt alii, ignorat, & Φρονεῖ pro καταΦρονεῖ scribit. Sic enim ille: ἢ πάλιν διὰ σμικρότητα καὶ εὐτέλειαν Φρονεῖ. Exemplar, de quo descriptus est Argentinensis noster codex, non discrepasse hoc loco videtur ab ed. Ven. & codd. Pb. Pc. Pi. sed oculo aberrans librarius, post ista verba εἰ δὲ δύναται μὲν, οὐ βούλεται δὲ, quæ leguntur ante ἢ διὰ τρυΦὴν, prætermissis omnibus quæ interjecta sunt, sic statim pergit, κᾷν δύνηται, καταΦρονεῖ.

τῷ νωθεστάτῳ recte libri nostri omnes, uno Pi. c
excepto, qui cum edd. in mendosum τῶν νωθεστάτων consentit, caretque dein cum eisdem articulo τῶν ante ἀλόγων ζώων. ἀνθρώπων γὰρ αὐτῶν ταῦτα πά- p. 239
θη. ταῦτα τὰ πάθη ed. Heins. e cod. Nans. cum a
Vhab. & Vpacd. & quidem adjectâ in Vpc. notâ γρ'. Nec id male: sed percommode articulum ignorant quinque nostri Mssti cum ed. Ven. Intellige ταῦτα γάρ ἐστι πάθη ἀνθρώπων. Vocem αὐτῶν solus dedit codex Arg. quam non negligendam putavi, ab aliis prætermissam, vim hujus pronominis non percipientibus. Est autem αὐτῶν ἀνθρώπων, *solorum hominum*: nempe, ut mox ait, non modo *Deus* his vitiis vacat, verum etiam *bruta animantia*. γενητῶν. Sic c
rursus libri nostri, ut aliâs. Hoc quidem loco γεννητῶν cum duplici ν habet ed. Ven. cum ed. Heins.

πολὺ τὸ ἀνώμαλον ἔχονσα. Recte ἔχονσα de- p. 240
dere quinque nostri Mssti. Perperam ἔχουσαν edd. a
μακαριότητος. Perperam μακαρειότος edd. ἐπιμε- p. 241
λοῖτο scripsi cum Arg. & Pa. Corrupte ἐπιμέλοιτο a
ed. Ven. quod in ἐπιμέλοιτο mutavit Heins. nec hoc male; nam perinde & ἐπιμέλομαι dicitur, quâ formâ etiam plerumque aliàs usus est Simplicius, & ἐπιμελοῦμαι, unde est ἐπιμελοῦνται, in quod pag. 240. c. libri omnes consentiunt. τὸν τί ποιοῦντα &c. τόν τι ed. Heins. Recte vero τί acuto accentu scribitur in ed. Ven. & Mssts. Respondent enim sibi invicem ista, τί ποιοῦντα τίνος χρὴ τυγχάνειν, quemadmodum paulo inferius illa, ποῖόν τινα γινόμενον ποίας χρὴ δίκης τυγχάνειν. ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον b
ἤθει

p. 241 b ἤθει μένει. Sic Mssti noſtri omnes cum ed. Ven. in qua quidem mendoſe ἠθεμένει ſcriptum. ἔθει μένει ed. Heinſ. cum Vhab. & Vpabcd. ἕως ἂν recte quinque noſtri Mssti, ut voluerat Wolf. Perperam ὡς ἂν edd. τίνας τόπους μεταβάλλειν, χείρονας ἢ βελτίονας. Duo poſteriora verba, cum in ed. Ven. deeſſent, adjecit Heinſ. ex cod. Nanſ. conſentientibus c noſtris Mssts & Vhab. & Vpacd. ποίαις συντάττεσθαι ψυχαῖς. Sic recte libri omnes; id eſt, *quarum aliarum animarum in ſocietate ſint collocandæ;* cum quo egregie cohærent ea quæ ſequuntur. Præter rem Wolfius τύχαις corrigendum cenſuit, idque in verſione expreſſit, *quali fortunâ uteretur.* εἰς ἀλλήλας τε. εἰς ἀλλήλους τε edd. Sed foemininum recte dedere quinque noſtri Mssti, aliique e quibus eadem ſcriptura laudatur in Vhab. & Vpabcd. ἐθέλωμεν ſcripſi cum Pa. Pc. Pi. quod ipſum etiam debuerat ed. Ven. in qua mendoſe ἠθέλωμεν expreſſum. θέλωμεν ed. Heinſ. cum Arg. & Pb. πᾶσί τε ἐπέστησεν ὁ Θεὸς δυνάμεις τοῦ κατ' ἀξίαν ἀποκληρωσι- p. 242 a κὰς μέχρι τῆς μικροτάτης ποιήσεως. Nihil, quod ſciam, mutant libri in his verbis; quæ quamnam vim habeant, videant doctiores auctioresve; mihi non liquere profiteor. Wolfius latine ſic convertit: *Omnibusque Deus præfecit poteſtates, quæ cuique deſtinent id quo dignus eſt, usque ad minutiſſimas actiones.* Ego, quænam *poteſtates* hic intelligendæ ſint *omnibus a Deo præfectæ*, prorſus non perſpicio. Quod ſi ſana atque integra ſunt græca verba, δυνάμεις intelligendæ videntur *vires homini a Deo tributæ*, & ἐπέστησεν eadem notione atque συνέστησεν accipiendum, *tribuit, dedit;* ut ſententia ea fere ſit, quam in verſione expreſſi, *Deus unicuique homini eas vires tribuit, quibus ut cujuscumque vel minimæ actionis meritum præmium ſortiri poſſit.* Suſpicari vero ſubiit, ſicut apud Polyb. VI. 4, 10. verba ἀποκληροῦται & ἀποπληροῦται inter ſe mutata vidimus, ſic hoc loco pro ἀποκληρωσικαὶ fortaſſe ἀποπληρωτικαὶ oportuiſſe, hâc ſententia: *unicuique Deus vires tribuit recte faciendi* (vel *id quod rectum eſt explendi*) *vel in minimis actionibus.* Eadem fere notione verbum ἀποπληροῦν uſurpatum ab Epicteto vidimus, Diſſert. II. 4, 5. cum ait χώραν ἀποπληρῶσαι ἀνθρωπικήν.

ἐν

ἐν ἀρχῇ τινι χρόνου. Verba hæc, in quibus nil mutant libri, Heinsius præmisso commate ad sequentia retulit. Wolfius ita vertit, ut ἐν ἀρχῇ cum superioribus jungeret, tum τινὶ χρόνῳ legeret, hæcque verba cum sequentibus copularet. Mihi visum erat, sic scriptum oportuisse μηχανησάμενος ἐν ἀρχῇ τινι, χρόνῳ ἀπέστη &c. Et sic editurus eram, nisi dubitationem nonnullam injeciisset dictio continuo sequens, οὔτε γὰρ ἀρχὴν ἔχει χρόνου. Sed vel sic tamen χρόνῳ ἀπέστη malim, id est, *deinde, progressu temporis, destitit.* ὥσπερ ἄν τις ἄνθρωπος ἀρκεσθῆ. ἀρκεσθείη ed. Heins. neutiquam male: sed nulla necessitas urgebat, ut a librorum scriptura, in ἀρκεσθῆ. consentientium, discederetur. τῷ ἀεὶ εἶναι ἐκείνην. Vulgo omnes τῷ εἶναι ἐκείνην, ubi Wolfius monuit, aut deesse hic aliquid, aut redundare illa verba. Mihi perquam probabile visum est, inter τῷ & εἶναι excidisse ἀεὶ particulam. Sic rursus mox infra ait τῷ ἀεὶ αὐτὸν καὶ πανταχοῦ εἶναι. ἐφήπλωται, ut conjecturâ vidit Wolfius, sic dedere Mssti nostri, aliique in Vhab. & Vpabcd. quod & Heins. e Nansiano codice edidit. Corrupte ἐφηπλῶται ed. Ven. Est autem ἐφαπλοῦν, *extendere, expandere, porrigere.* Eodem verbo utitur Hierocles ad Aur. Carm. vs. 61. p. 270. ed. Lond. ubi ἐφήπλωται idem fere valet ac δίδοται, *datur, offertur.* ὑπὸ τοῦ ἡλιακοῦ φωτός. Vtique ὑπὸ corrigendum putavi cum Wolfio. Vulgo omnes ἐπὶ edd. & Mssti, quod ex perperam accepto scripturæ compendio ortum. conf. ad p. 246. bc. Sic omnino ἐπὶ tenendum judicaveris, vertes *in lumine solis.* τὸ ἀγαθὸν, τὸ τοῦ κόσμου τέλος ἐξηρημένον. Sic peropportune dedit noster codex Pa. *bonum, quod est mundi finis præcipuus.* Valet enim idem ἐξηρημένος atque ἐξαίρετος. Sic τὸ ἄκρον καὶ ἐξηρημένον, *summum atque præcipuum*, vel *eminens.* Vulgo hoc loco τὸ τοῦ κόσμου τελέως ἐξηρημένον legebatur, quod Wolfius vertit, *quod a mundo prorsus exemtum est.* πάντα τὸν κόσμον διοικεῖν. Ferebat forte hoc dictum magniloquentia Stoicorum, sapientem esse Dei socium in *administrando* mundo. Sed vide, ne διήκειν scripserit Simplicius, *totum mundum permeare;* quæ mihi olim emendatio in mentem venerat, eamdemque a viro docto in Vpc. propositam video.

p. 242 a

b

p. 243 a

ἐῤῥω-

p. 243 b ἐῤῥαψωδήσαμεν. Sic edd. cum Pb. Pc. Pi. ἐραψωδ. Arg. & Pa. ἀποδεικνῦντες cum circumfl. ſcribunt edd. cum Arg. & Pa. ἀποδεικνύντες Pb. Pc. Pi. οὐδὲ ἀποτυγχάνει ποτὲ. Perperam & invitis Msstis c οὐδέποτε ἀποτυγχάνει ποτὲ edd. οὐ δυστυχεῖ ποτε ἀγαθὸς ἄνθρωπος, ὡς ἄνθρωπος. *numquam infortunatus eſt homo bonus, quatenus homo.* Nempe, *quatenus homo eſt*, eſſentia ejus in animâ rationali ineſt, ut ſæpe dixit; igitur mala corporis quæ dicuntur, aut mala externa, hominem, quatenus homo eſt, infortunatum reddere non poſſunt. Quod mox deinde ait τοὺς παρὰ φύσιν, ὡς ἀνθρώπους, διαζῶντας, Wolfius monuit idem valere ac παρὰ φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην: attamen ſignanter dicit ὡς ἀνθρώπους, *contra hominis naturam*, *quatenus homo eſt*; nempe rurſus, cujus vis omnis & præſtantia, immo ipſa eſſentia, p. 244 a in anima rationali ineſt. τὸ ἀγαθὸν. καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ſolus Arg. ἐν ὑγείαις. Sic rurſus p. 245. a. ὑγεῖαι in plurali habes. καὶ τρυφαῖς, ut voluit Wolfius, ſic dedere quinque noſtri Msſti. καὶ b τροφαῖς edd. ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἢ καὶ ἀεὶ. Poſteriori loco abeſt ἢ in edd. & Msstis: quare pro καὶ ἀεὶ Wolfius ἢ ἀεὶ corrigebat; ego ἢ ante καὶ ἀεὶ interſerui cum viris doctis in Vpac. ὅταν γὰρ τυγχάνωσι τούτων. Particulam γὰρ, neſcio quo caſu, ignorant quinque noſtri Msſti cum ed. Ven. Adjecit Heinſius, præeunte Wolfio in verſione & in græco ſuo exemplo, itemque viris doctis in Vha. & Vpac.

p. 245 a b γυμνάσια. γυμνασίας Pa. male; qui fortaſſe γυμνασία debuerat. καὶ τίς ἂν εἴη ταύτης δίκη δικαιοτέρα τε. Sic Pa. cum edd. Neſcio quid Pb. Pc. Pi. In Arg. deeſt vox δίκη. In Vhab. & Vpacd. pro δίκη adfertur κόλασις, & quidem in Vpc. ex c Msto, adjectâ notâ γρ. καὶ αἱ μὲν, κολαστικῶς· αἱ δὲ, κατὰ τιμωρίαν δίδονται. In diſtinctione verborum, ut perſæpe aliâs, ſecutus ſum codicem noſtrum Arg. Ad ſententiam quod ſpectat, hæc adnotavit Wolfius: „τὸ κολαστικὸν refero ad *caſtigationem*, vi„tandi mali cauſſa in poſterum: τὴν τιμωρίαν vero, „ad *poenam*, ob admiſſum facinus irrogatum.“ — Nec tamen ſatis plane, quodnam discrimen inter κόλασιν

&

& τιμωρίαν faciat Simplicius, adparet. Paulo ante p. 245
junxit utramque, τοῖς δὲ μοχθηροῖς εἰς κόλασιν καὶ c
τιμωρίαν. Hoc autem loco ex eis, quæ proxime sequuntur, videri poterat, τιμωρίαν potius pertinere ad castigationem corrigendi caussa inflictam. Dubitare vero fortasse licebit, satis-ne emendata atque integra oratio sit. Cæterum conferenda cum hoc loco ea, quæ supra p. 186. in eamdem sententiam a philosopho nostro dicta sunt; ad quem locum mox etiam ipse ablegat lectorem. Ex isto loco etiam intelligitur, quid dicat ἐπιτριβὴν τῶν παθῶν, nempe *incitationem & auctam adfectuum vehementiam;* non, ut Wolfius accepit, *afflictionem perturbationum.*

Ἀλλὰ δὴ τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι. Vide Erasmip. 246
Adag. in *Servatori tertius;* nempe *Iovi Sospitatori* b
tertius calix misceatur. Recte vero Ἀλλὰ δή, monente Wolfio, edidit Heinsius, quæ est formula in citandis adagiis usitata. Perperam Ἀλλὰ δεῖ ed. Ven. cum Msstis. τῆς ἀθέας λόγον. Perperam τῆς ἀληθείας Arg. conf. p. 251. bc. καὶ τοῖς ὑπὲρ τοιούτων c
εὔχεσθαι προσποιουμένοις καὶ πείθειν διδόντας. Corrupte ὑπὸ τοιούτοις ed. Ven. cum Msstis. ὑπὲρ τοιούτων (id est, *pro talibus*) suâ auctoritate Heinsius correxit; quod tenui equidem, licet veritatem correctionis præstare non ausim. Rectius fortasse erat quod Wolfius proposuit, ἐπὶ τοιούτοις, id est, *super talibus, tali conditione,* nempe donis acceptis. Et ὑπὸ pariter pro ἐπὶ perperam a librariis nostris positum paulo ante vidimus ad p. 242. b. Cæterum ad verbum πείθειν, si modo cætera satis sana sunt, adjicienda verba τὸν Θεὸν videntur, quæ etiam in ora græci sui libri Wolfius adnotavit. πρὸς τοῦτον ἐροῦμεν. Temere πρὸς τοῦτο ed. Heins. τὴν λεγομ. ταύτην συγχώρησιν. Temere in edd. repetitur τὴν artic. ante συγχώρησιν. προσφέρεται. Perperam προφέρεται Arg.

πῶς οὖν ἂν εἴη. Deest οὖν in solo Pa. ἀποδέ- p. 247
δεικται. ἐπιδέδεικται unus Arg. In Pb. primum simplex δέδεικται fuerat, tum superne vocula ἀπὸ adjecta est. καὶ ὕβρις. καὶ ὕβρεις edd. & solus Pi. in- b
ter lineas. In singularem consentiunt alii codices omnes, & ipse Pi. in contextu. εἴπερ τὰ ἐναντία

p. 247 b τούτοις κατὰ Φύσιν. Temere παρὰ Φύσιν ed. Heinſ.
c περιορᾷ. περιορῶ Arg. quod ex περιορῴη corruptum videri poterat: & ſic ſane mox etiam ἕλοιτο & καταλίποι in optativo ponuntur. Sed & περιορᾷ bene habet, & in hoc conſentiunt alii omnes. ἀτημέλητον conſtanter dedere codices omnes cum ed. Ven. in qua quidem, levi errore, ἀτημέλιτον ſcribitur. Temere ἀμέλητον ed. Heinſ.

p. 248 a παραιτητὸς ὢν τοῖς ἀδικοῦσι συνεργεῖν διὰ τὰ δῶρα. συνεργῶν vulgo habent omnes, edd. ſcriptique, quod ferendum non putavi. Ferri poterat καὶ συνεργῶν, quod Wolfius voluit: ſed cum faciliorem medendi rationem, tum & per ſe commodiorem judicavi, ſi mutatâ verbi terminatione συνεργεῖν ſcriberem. Sic enim, cum infinitivo, conſtrui ſolet verbum παραιτεῖσθαι. Mira vero erat Wolfii verſio iſtorum verborum: *ſiquidem injurios quodammodo & incitet & adjuvet ob largitiones.* Immo vero, quemadmodum dicunt græci παραιτοῦμαί σε συγγνώμην τινὰ ἔχειν, *exoro te ut mihi ignoſcas;* ſic παραιτητὸς ὢν τοῖς ἀδίκοις συνεργεῖν διὰ τὰ δῶρα, eſt, *donis exorari ſe patiens ut injuſtos adjuvet.* τίς ἂν μέτριος ὢν στρατηγὸς, δωροδοκούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, προδοίη ἂν αὐτοῖς. Locum prorſus olim corruptum, ſic ex Wolfii conjecturâ reſtitutum edidit Heinſius. In quinque noſtris codicibus & in ed. Ven. in hunc modum legitur τίς ἂν μέτριος ὢν ἕλοιτο τοὺς ἐπιμελουμένους πολεμίων προδοίη ἂν αὐτοῖς &c. neque melius quidquam ex aliis codicibus enotatum eſt in Vhab. aut in Vpabcd. Verba ex
c Wolfii ingenio profecta, uncis incluſi. παραπείθειν τὸν Θεὸν. Perperam παρὰ τὸ πείθειν Arg. quæ ſcriptura etiam in Vhb. & in Vpcd. adnotata eſt. ἔτι μᾶλλον ἀποστῆσαι αὐτούς. Placuit αὐτοὺς poſt verbum ponere, cum Arg. & Pa. Alii cum editis præponunt, αὐτοὺς ἀποστῆσαι. Perperam vero ἀποστῆναι ſcribitur in Pa. Valet autem αὐτοὺς idem ac ἑαυτοὺς vel ἡμᾶς, ut perſæpe aliâs: quod non recordatus Wolfius, paulo ante, pro ἐπλημμελήσαμεν, ἐπλημμέλησαν in tertia perſona legi voluerat.

p. 249 a [οὔτε εὐσεβὴς] οὔτε ὅσιος. Duo priora verba ex conjectura adjeci. Intercidiſſe aliquid tale, ſatis indica-

dicabat particula οὔτε ante ὅσιος. Wolfius οὔτε ἀλη- p. 249
θὴς conjectaverat: poſſes pariter ὑγιὴς, δίκαιος &c. a
ſuſpicari. γονυκλινούντων ed. Heinſ. cum Ms. Arg. & Vha. & Vpac. Sed γονυκλιτούντων habent quatuor codd. Pariſini, a γονυκλιτέω, quam verbi formam licet ignorent Lexicographi, tamen non reſpuere videtur analogia. Nec aliud debuerat ed. Ven. in qua mendoſe γονυκλιποῦντων expreſſum. ἀν- b
θρωπικὰ γὰρ ταῦτα. Sic plane omnibus literis ſcribitur in Pa. quod quum in ed. Ven. (quemadmodum & in Ms. Arg.) ſuſitato compendio ἀνίκὸν expreſſum eſſet, imperite in ed. Heinſiana in ἀνομικὸν mutatum eſt, quod fideliter repetiit Londinenſis editor. ἀλλ' ὡς νοσοῦντες τότε, δι' ἑαυτοὺς τῇ τῆς πονηρίᾳ c
&c. δι' αὐτοὺς habet ed. Ven. ubi Wolfius hæc adnotavit: „τὸ δι' αὐτοὺς, etſi intelligi poteſt *eos* vel *ſuâ* „*culpâ ægrotare*, vel *ſponte ſe curandos tradere*, ta„men non ſatis placet.“ Quidnam vero legendum loco αὐτοὺς putarit, nec in Notis declaravit, nec in ora græci ſui libri adnotavit; in verſione autem *per illas res* ſcripſit, ut δι' αὐτὰ voluiſſe videatur. Heinſius, pro ſuo judicio, δι' αὐτὴν edidit, & in latina verſione *propter illam* poſuit; (*propter illam*, inquit, *tunc veluti ægrotantes;*) quaſi propter divinam providentiam ægrotare nos dixiſſet Simplicius. Vir doctus in Vpc. δι' αὐτῶν correxit; non male, ſi correctione fuiſſet opus: ſed teneri ipſum δι' αὐτοὺς poterat. Ego vero δι' ἑαυτοὺς ſcripſi, quinque noſtrorum codicum fide. Cum vero in eorumdem codicum nullo nec poſt nec ante iſta duo verba inciſa ſit oratio, in dubio reliquerunt libri, ad ſuperiora ne, an ad ſequentia, referri hæc debeant: &, verum ſi quæris, parum id quidem refert; nam *noſtrâ culpâ & ægrotamus & divinæ vindictæ facimus locum.* διὰ γὰρ p. 250
ἐκείνων τοῖς ἀποσπασθεῖσιν ἡ ἐπιστροφὴ οὐχὶ λόγῳ, b
ἀλλ' ἔργῳ γινομένη. Verbo finito caret oratio; nec infra video verbum finitum, quod huc referri poſſet: quare ſuſpicatus eram, γίνεται fortaſſe legendum: ſed nil mutant libri, & ſatis (puto) fuerit, ſi ante ἡ ἐπιστροφὴ verbum ἐστὶν vel γίνεται ſubintelligamus, quod & Wolfius in verſione ſupplevit, *reditus datur:* niſi γινομένη in γίνεται mutatum malueris. τῷ τοὺς μὲν ἀδικηθέντας — — θεραπεῦσαι, — — καὶ τῷ

p. 250 b τῷ — — συζῆν. Perincommode utroque loco τὸ legebatur in edd. ſcriptisque fere omnibus; quod in τῷ utique mutandum ſuſpicatus eram, quemadmodum a Wolfio in ora græci ſui libri factum, & a viro docto in Vha. & Vpa. propoſitum vidi: dein ipſum τῷ utroque loco in codice noſtro Pa. unice ſcriptum reperi. c καὶ [ἕως] ἂν τελέως καθαρθῶμεν, δεῖ ταύτῃ &c. Vulgo καὶ ἂν τελέως καθαρθ. edd. ſcriptique: unde hæc exſiſtebat ſententia, *Et poſtquam perfecte purificati erimus, oportet continuo hâc uti* (ſcil. converſione ad Deum) &c. quod non videtur dicturus fuiſſe Simplicius, præſertim quoniam adjicit καὶ ἑαυτῷ γενόμενον δίκην. Itaque Wolfius ſic corrigendam vulgatam ſcripturam cenſuit: ἑαυτοὺς κολάζοντας, ἕως ἂν τελέως καθαρθῶμεν. καὶ δεῖ ταύτῃ &c. Ego vero inter καὶ & ἂν τελέως interponendam ἕως particulam ſuſpicatus ſum. μὴ ἐκλυομένους τοῖς διαλείμμασι, καὶ ἑαυτῷ γινόμενον δίκην. ἑαυτῷ γινόμενον uno conſenſu dedere quinque noſtri Mssti; nec procul abit ed. Ven. in qua mendoſe quidem καὶ ἡ αὐτῷ γενώμενον expreſſum; ubi Wolfius adnotavit: „Conſtructio & ſententia poſtulat, καὶ ἑαυτοῖς γενο„μένους δίκην. Sicut apud Xenophontem ὁ Κῦρος αὐ„τὸς ἑαυτῷ ἐγίγνετο Σάκας.“ Poterat adjicere, ſimiliter Paulum Apoſtolum in Epiſt. ad Roman. 2, 14. dixiſſe: οὗτοι, νόμον μὴ ἔχουσες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. Quod vero de conſtructione monuit, utique cum præcedente plurali ἐκλυομένους aptius conveniebat hoc loco ἑαυτοῖς γινομένους: ſed nihil inuſitati habet transitio ejusmodi a plurali numero ad ſingularem, aut viciſſim: nec in talibus, ob ejus generis ἀνακολουθίαν recedere licet a conſtanti librorum ſcriptura. Intellige καὶ ἕκαστον ἑαυτῷ γινόμενον δίκην, ſic ſatis apte hoc cum præcedente plurali conſentiet.

ἀνισοτοιχοῦνται. ἀνισοτοιχοῦνται ed. Ven. cum Ms. Pi. ubi ἀνισοτοιχοῦνται corrigebat Wolf. quod ipſum habent Mssti Arg. & Pb. ἀνισοτοιχοῦνται ante nos jam edidit Heinſius, ſua-ne ex conject. an e codice Nanſiano neſcio: lubens vero hoc tenui, quod firmant noſtri codices Pa. & Pc. quamquam in Pa. mendoſe ἀνιστοιχοῦνται ſcribitur. Valet autem verbum ἀνισοτοιχεῖν idem fere atque ἀνατοιχεῖν apud Epicte-

Epictetum Disfert. III. 12, 7. ubi vide notata; nisi forte apud Simplicium noſtrum pari ratione ἀνατοιχοῦνλα ſcribere debuerant librarii. καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν ᾅδου. Perperam & invitis noſtris Msstis omiſſa eſt poſteriori loco καὶ particula in ed. Ven. τὸ μεταμεληθῆναι τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῖς ἑαυλῆς ἁτυχήμασι. Perperam & invitis Msstis eſt καὶ pro τὸ in ed. Ven. Libri vero omnes, ſcripti cum editis, μεταβληθῆναι habent; pro quo oportuiſſe μεταμεληθῆναι, & conſtructio verbi cum ἐπὶ præpoſitione, & tota disputationis connexio declarabat. Permutationis literarum β & μ exempla vide in Var. Lect. & Notis noſtris ad Polyb. III. 72, 4. IV. 10, 3. IV. 12, 11. &c. ἁτυχήμαλα hoc loco ſunt *peccata*, vel *improbitas*, ut bene Wolfius vertit; quem uſum ejusdem vocabuli & apud Polybium obſervavimus, & in Epicteti Disſertationibus. καὶ ἐπιστημονικαί τινες &c. Hæc verba latine ſic reddidit Wolfius: *Suntque certiſſimæ rationes, & mentis perfectiones, cum quis ipſe ſibi fit vindicta.* Ad verbum autem ſic ſonant: *Et ſunt ſcientificæ* (vel, *ad ſcientiam pertinentes*) *perfectiones quædam animæ rationalis, cum quis ſibi ipſe fit vindicta.* Ego vero valde vereor, ne nec emendata ſatis, nec integra ſit oratio. Sane nimis abrupte hæc dicta: nec ſatis etiam cohærent quæ paulo poſt ſequuntur, τάχα δὲ καὶ θᾶλλον &c. ubi δὲ particulam, ab Heinſio ex ingenio adjectam, ignorant cum editione Ven. Mssti libri omnes, & ante τάχα nudum *comma* ponunt, non *punctum:* quare non minorem, ſed majorem etiam habere ſpeciem veri videri poterat Wolfii conjectura, ἐὰν γάρ τις ἑαυτῷ γένηται δίκη, τάχα καὶ θᾶττον οὗτος &c. At ſic multo etiam magis abrupte dicta fuerint iſta καὶ ἐπιστημονικαί τινες — — τελειότητες. Niſi forte hæc cum ſuperioribus ita cohærent: πάντα γὰρ τὰ εἰς ἡμᾶς γινόμενα κολαστικά τε καὶ τιμωρά, — — τέλος ἔχει τὸ μεταμεληθῆναι — — — καὶ ἐπιστημονικαί τινές εἰσι τῆς λογικῆς ψυχῆς τελειότητες. ut hoc dicat Simplicius, *poenas & caſtigationes divinas eum finem habere, ut ad poenitentiam nos excitent, ſimulque eo ſpectare, ut intelligentiam animæ rationalis & veri boni notitiam augeant atque perficiant.* Sed vereor, ut in hanc ſententiam commodum vocabulum

p. 250 c

p. 251 a

b

p. 251 b τελειότητας sit; τελεώσεις aut aliquod aliud, quod activam significationem haberet, desiderabatur: quemadmodum, verbi caussa, τελείωσιν ψυχικὴν dicit p. c 252. a. καὶ τηκτικώτεραι. Sic percommode Mssti nostri, aliique e quibus eadem scriptura enotata in Vpacd. id est, *ad macerandum animum magis adcommodatæ;* a verbo τήκω, a quo est illud Homericum μηδέ τι θυμὸν τῆκε, *ne cor tuum macera.* Corrupte κτιτικώτεραι ed. Ven. ubi Wolfius aut νυκτικώτεραι legendum conjectaverat, a νύττω, aut δηκτικώτεραι, a δάκνω, *acrius pungunt aut mordent.* Quæ, quamvis speciosa, spernens Heinsius, pro suo judicio κτητικώτεραι edidit, quod fortasse in suo cod. Nanss. invenerat, quemadmodum & in Vbab. adnotatum est.

p. 252 a ὡς πρὸς τὸν προκειμ. Sua auctoritate Heinsius ἢ ὡς &c. edidit; non incommode id quidem: sed nulla, puto, necessitas fuit, cur particula ἤ, quam ignob rant veteres libri ad unum omnes, adjiceretur. καὶ ἐν ἑαυτῇ τὰς ἀρχὰς ἔχῃ. ἐν αὐτῇ ed. Ven. non male: sed nunc in ἐν ἑαυτῇ, quod edidit Heinsius, consc sentiunt scripti omnes. ἢ τὸ ὂν μὲν. Recte ἢ dedit Pa. Minus commode alii καὶ cum edd.

AD CAPVT XXXIX.

p. 253 In nostra edit. CAP. XXXII. In cod. Pf. cap. XXX. In AA. & Pb. cap. XXXIV. In Arg. cap. XXXV. In Pd. cap. XL. In Pa. cap. XLI. Desinunt Arg. & Pi. in οὐκ οἶδας. Pc. vero in ἀπὸ τοῦ μάντεως.

p. 254 a εἶδέ τι. εἶδε, *vidit*, percommode Mssti omnes cum ed. Ven. Simili ratione alibi ἀκούει dicit; verbi caussa, ἀκούει τινῶν πρὸς τοῦτο λεγόντων, p. 109. c c. Temere h. l. οἶδέ τι ed. Heinf. μὴ προαγορεύῃ ἔσεσθαι αὐτὸ. Sic ex Wolfii conjectura corrigere non dubitavi, pro μὴ προαγορεύεσθαι αὐτὸ, quod habent codices omnes cum ed. Ven. (Magis quidem corrupte προσαγορεύεσθαι Pa.) μὴ προσαγορεύηται αὐτὸ propositi vir doctus in Vba. & Vpa. & sic edidit Heinsius ex codice puto Nanssiano. εἰ πλευστέον. Commodum foret, οἷον, εἰ πλευστέον, exem-

exempli gratia. Sed nec magno incommodo omitti illa particula potuit. conf. ad p. 257. a. τῶν δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν. Monuit Wolfius, conſtructionem poſtulare εἰ δὲ τῶν ἐφ' ἡμῖν, οὔτε ὀργ. &c. Sed deleto commate poſt ἐφ' ἡμῖν, nihil in vulgata ſcriptura deſiderari videtur, eamdemque tuentur libri omnes. p. 254 c

ὅτι, ὁποῖα ἂν ᾖ τὰ ἀποβαίνοντα, ἐπὶ σοί ἐστιν ὠφεληθῆναι ἀπ' αὐτῶν. Sic recte Pa. Pb. Pc. Corrupte τὰ ἀποβάλλοντα ſola habet ed. Ven. Particula ὅτι cum abeſſet in ed. Ven. (atque etiam in Mss. Arg. & Pi.) eamdem paulo inferius ante ἐπὶ σοί ἐστιν ex conject. inſeruit Heinſ. θαῤῥῶν οὖν, φησὶ, ταῦτα. Docuit H. Steph. in Theſ. θαῤῥεῖν interdum cum accuſativo conſtrui, nempe hac notione *audere aliquid.* At hoc loco θαῤῥῶν ταῦτα, ſi ſana ſcriptura, accipiendum videtur pro κατὰ ταῦτα, vel τούτων ἕνεκα. p. 255 b

τὸ πρὸς τὸν Θεὸν καθῆκον. Articulum τὸν, temere in ed. Heinſ. omiſſum, veteres omnes libri agnoſcunt. ὅτι ὅταν. Perperam diviſis vocibus ὅ, τι expreſſum in ed. Heinſ. ὁ γὰρ Θεῷ συμβουλεύονται. Recte Θεῷ Mssti noſtri & Vhab. & Vpabcd. cum ed. Heinſ. τῷ συμβουλ. absque Θεῷ ed. Ven. τὸ μήτε ὀρεγόμενον μήτε ἐκκλίνοντα προσιέναι. Bene ὀρεγόμενον correxit Heinſ. pro ὀρέγεσθαι, quod erat in ed. Ven. & Msstis. In Pa. vero tota phraſis ὥστε τὸ μήτε — — ἐκκλίνειν προσιέναι per errorem omiſſa. εἰς τὸ πείθεσθαι τῇ θείᾳ βουλῇ. Opportune hoc dedit Pa. quod unice verum. Corruptiſſime alii cum editis τῇ ἰδίᾳ βουλῇ, quem errorem ex ingenio etiam correxit Wolf. Et in Vpc. quoque ex Mssto θείᾳ laudatur. c

ὅτι περὶ ἐκείνων μὲν τῶν πραγμάτων. Particulam μὲν tenent cæteri omnes; ignorat vero Pa. neutiquam male. ἢ ἄλλως ἐν ἀρχῇ ἐστι. Vereor ut hæc ſatis emendata ſint: nil vero mutant libri. κατὰ νοῦν ἐμβαίνει. Sic corrigendum haud dubie cum Wolfio cenſui. Corrupte ἐκφεύγει Mssti noſtri omnes cum ed. Ven. ἐμβαίνεται Heinſius edidit ex codice puto Nanſiano; certe & in Vhb. & in Vpbcd. hoc adnotatum, & in Vpc. quidem adjectâ etiam notâ γρ. quaſi e Msto codice ductum. At ἐμβαίνεται pro ἐμβαίνει nemo p. 256 a b c

p. 256 c græcus dixerit. In activo genere idem verbum pau-
lo superius habes, ἕως ἂν ἐκβῇ τὸ πρᾶγμα, sub
p. 257 a initium hujus paginæ. μανϑείας recte Mss. μανϑίας edd.

b πῶς χρὴ ὑπολαβεῖν. Intellige οἷον πῶς &c. *verbi causſa, exempli causſa.* conf. ad p. 254. c. πίστιν μὲν ποιεῖ βεβαίαν. Sic recte ed. Heinſ. Perperam μὲν οὐ ποιεῖ ed. Ven. cum Msstis, excepto Pa. qui negantem ignorat particulam; eamdemque tollere juſſerunt viri docti in Vpa. & Vpc. & in Vpc. quidem ad Mssti codicis auctoritatem provocatur. Mendoſum οὐ ποιεῖ Wolfius in ἐμποιεῖ mutandum cenſuerat.
c ἀξιοῦται παρὰ Θεοῦ. Sic absque articulo, quemadmodum paulo ante, ſcribunt Mss. Arg. Pa. & Pb. παρὰ τοῦ Θεοῦ edd. cum Pc. & Pi. ἄλλο τοῦτο εἶδός ἐστι τῆς ἀγαθότητος. Intellige cum Wolfio τῆς θείας vel τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος. Sed ἄλλο ex ejusdem Wolfii conjectura editum eſt ab Heinſio; recte, ut mihi videbatur; pro quo ἀλλὰ τοῦτο habent codices noſtri omnes cum ed. Ven. καὶ οὐ τὸ μαντικὸν a nobis primum adoptatum eſt ex Msstis Arg. Pa. Pb. & Pc. καὶ οὐ τοῦ μαντικοῦ edd. cum Pi. ſed & in Pi. altera ſcriptura inter lineas notata. προαγορεύειν, quemadmodum in ſuo græco exemplo Wolfius correxit, ſic recte dedit noſter codex Pa. Perperam προσαγορεύειν edd. cum Arg. De Pb. Pc. & Pi. compertum non habeo. Conſer vero p. 254. b. διὸ καὶ εἴ ἠρώτησάν τινες. Particulam εἰ. ignorant edd. & Mssti; quam cum utique neceſſariam judicarem, adjeci præeunte Wolfio: ſed ille ante καὶ inſertam voluerat, ego poſt poſui; quo loco abſorpta per itaciſmum videtur a prima vocali vocis ſequentis. καὶ οὐχ οἱ πρωτεύσαντες. Sic uno conſenſu ſcripſere codices noſtri, ut idem Wolfius maluerat. καὶ οὐχὶ πρωτεύσαντες edd. Cæterum, quinam ſint *illi pauci*, quos ait *de rerum natura oraculum conſuluiſſe*, nunc nec occurrit mihi, nec vacat quærere: lubenter vero a doctioribus diſcam.

p. 258 b ἐπὶ τῶν τοιούτων. Exſpectabam περὶ, quemadmodum paulo inferius ait περὶ τῶν τοιούτων μαντεύεσθαι: ſed nil mutant libri, & facile patiar vulgatum. δῆλόν ἐστι τὸ πραυτέον. τἰ πραυτέον edd. non male,

le, sed invitis libris nostris, qui in τὸ consentiunt, p. 258
uno Pa. excepto, qui pro ἐστὶ τὸ perperam ἐπὶ τῷ b
habet; sed id ipsum quoque ex ἐστὶ τὸ corruptum. εἰ χρὴ τὸν ἱκέτην ἐκδοῦναι. Corrupte οἰκέτην edd. & Mssti. Perspecte vero Wolfius in versione *supplicem* posuit, & in græco suo exemplo (licet in Notis præterierit hunc locum) ἱκέτην correxit. Historiam lectu dignam habes apud Herodot. I. 158. sq. ἃ γὰρ ὁ ὀρθὸς λόγος. Articulum ὁ agnoscunt veteres omnes; temere omisit Heins. ἐχόντων τὴν ἀναφοράν. c
Non improbo hoc: sed fortasse τινὰ ἀναφορὰν debuerant librarii.

δύο γάρ τινες εἰς Δελφοὺς &c. Conf. Ælian. Var. Hist. III. 44. & Galeni locum, laudatum ab Vptono ad Enchir. c. 32. ἢ ἀδεῶς μὴ ἐπαμύνας. Sic libri p. 259
omnes. At Wolfius: „Fortassis ἢ ἄλλως." (inquit.) a
„Nam quæ *securitas* esse possit inter latrones, non „video." Quo spectat ejusdem Wolfii interpretatio, *aut alioqui non opitulatus.* Quam emendationem, quamvis speciosam, in contextum tamen non ausus sum adoptare. Nec tamen, quo pacto vulgatum ἀδεῶς acciperem, satis ipse mecum constituere potui; an, *aut non fortiter opitulatus;* an, *aut, cum ipse in tuto esset, non opitulatus;* sive quam aliam vim ista dictio habeat, sive quid aliud sub ea lateat. Nec enim satis placet ἐν δέους, quod primum in mentem venerat. ἦλυθες οὐ καθαρός. Haud incommode Vptonus sic hæc distincta maluit: ἦλυθες; οὐ καθαρὸς περικάλλεος &c. quæ in hunc modum latine convertit: *Tu, qui præsens aderas amico morienti, nec tamen juvisti, huc venisti? Homo impure, profane, exi e pulchro templo.* ὡς προδόν]α τὸν φίλον. Sic re- b
cte noster cod. Pa. Corrupte ὡς τὸν προδοθέν]α habet ed. Ven. cum Pi. ubi προδάν]α ex conject. corrigere jussit Wolf. quod adoptavit Heins. sed importunam articulum τὸν tenuit. ὡς προδώσον]α Ms. Arg. ὡς προδώσαντα Pb. & alii in Vhab. & Vpabc. ὡς προδοθεῖτε Pc. ὁ Θεὸς ἀπεδέξατο recte quinque nostri Mssti. Perperam ἐπεδέξατο edd. ὡς κατὰ λῃστοῦ. ὡς κατὰ τοῦ λῃστοῦ Pa. non male. τὸ ἀκόντιον. τὰ ἀκόντια Arg. parum commode. ἥπερ ἦν πρό- c
τερον. Carent ἦν Arg. & Pb. ἀφ' οὗ ἐπεσημηνά- p. 260
μην. a

p. 260 a μην. *Ex quo significavi*, vel *adnotavi;* nempe inde a cap. XXIX. (nobis XXII.) ubi hoc adnotaverat p. 137. a. Placuit autem verbum ἐπεσημην. quod dedit noster codex Pa. ἀπεσημηνάμην habet Arg. cum edd. προκεκοφυῖαν recte dedere scripti nostri, certe Arg. & Pa. Corrupte προσκεκοφυῖαν edd. quod Wolfius, in Notis licet intactum relinquens, tamen in græco suo exemplo correxit; & in versione verum expressit. καὶ γὰρ ἐνταῦθα, εἴπερ εἶ φιλόσοφος, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πολλαχοῦ τὸ τοιοῦτον σημαίνονται. Impeditus locus. καὶ ante ἐν τοῖς ἑξῆς abest in Ven. sed tuentur Mssti cum ed. Heins. In σημαίνονται consentiunt (ni fallor) Mssti cum ed. Ven. nec cæterum mutant quidquam. Est autem abrupta, ac vereor ne non satis integra oratio. Sententia haud obscura videtur: *Nam & hîc* (scilicet hoc eodem capite) *sunt verba, Siquidem es philosophus*, (quæ nempe id, quod dixi, indicant:) *& in sequentibus sæpius occurrunt verba quæ tale quid indicant.* Wolfium probare hoc loco non potui, qui (partim in Notis, partim in græco suo exemplo) sic legendum censuit: καὶ γὰρ τὰ ἐνταῦθα, εἴπερ εἶ φιλόσοφος, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πολλαχοῦ τὸ τοιοῦτόν ἐστιν ἐπισημαίνονται. Quæ græca ille latine sic reddidit: *Etenim hæc verba* (*Siquidem es philosophus*) *in iis etiam quæ sequuntur, tale aliquid multis locis significant.* Placet emendatio in Vha. & Vpac. proposita, quam eamdem ex codice Nansiano Heinsius adoptavit, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πολλαχοῦ τὸ τοιοῦτον ἐπισημαίνεται. Et ego lubens hoc ipsum tenuissem, nisi vel sic adhuc defectam fore orationem judicassem: & unice quidem probaturus istud eram, si eis quæ præcedunt adjectum verbum φησὶ fuisset, aut aliquid in eam sententiam, Καὶ γὰρ ἐνταῦθα φησὶ, (vel εἴπε,) εἴπερ εἶ φιλόσοφος, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πολλαχοῦ τὸ τοιοῦτον ἐπισημαίνεται. Id est: *Nam & hîc ait, Si modo es philosophus; & in sequentibus sæpius tale quid indicat.* Hæc scripseram, cum, veritus ne optimum nostrum codicem Pa. (in quo nihil varietatis in schedis meis hîc adnotatum inveneram) non satis diligenter hoc ipso loco inspexerim, consultum duxi per literas ex eodem filio Godofredo, cui tam multa alia debet & Enchiridion & Simplicius noster, in excutiendis Athenæi codicibus in

in Bibliotheca Parisina nunc maxime occupato, exquirere quidnam hoc loco codex ille, jam pridem a me Lutetiam remissus, exhibeat. Et ecce rescribit ille mihi, sic legi in illo codice, καὶ γὰρ ἐνταῦθα εἶπερ ἃ φησι φιλόσοφος, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πολλαχοῦ, τὸ τοιοῦτον ἐπισημαίνεσθαι. Quam scripturam, cum jam in eo essem ut librum Lipsiam typis excudendum mitterem, opportune adhuc in contextu reponere licuit. Excussit idem juvenis simul codicem nostrum Pc. qui olim de hujus loci lectione prorsus non consultus fuerat; in quo, sicut in aliis, deesse verbum φησὶ deprehendit, cæterum pro ἐπισημαίνεται scriptum ἐπισημαίνονται: qua ipsa ex scriptura intelligitur, quo pacto ab aliis deinde ἐπισημαίνονται sit invectum. Quod autem *tale aliquid sæpius deinde ab Epicteto significari* ait Simplicius, ejus generis est, verbi causa, id quod cap. 42. p. 260. c. ait: Ἂν οὖν οἷός τε ᾖς, μέταγε &c. p. 260 a

AD CAPVT XL. XLI. XLII.

Nobis CAP. XXXIII. 1—3. In cod. Arg. tria ista capita efficiunt unum Cap. XXXVI. In Pd. cap. XLI. In Pa. cap. XLII. In Pf. duo capita Wolfiana XL. & XLI. conficiunt unum Caput XXXI. tum caput Wolfianum XLII. in eodem Pf. est Cap. XXXII. In codicibus AA. & Pe. eadem duo capita Wolfiana XL. & XLI. conficiunt unum Cap. XXXV. tum caput Wolfianum XLII. in eisdem AA. & Pe. est Cap. XXXVI. Desinit Arg. in verbis Καὶ σιωπὴ τὸ πολὺ ἔστω, ubi adjicit καὶ τὰ ἑξῆς. Codex Pi. non ultra illa verba progreditur χαρακτῆρα σεαυτοῦ (sic enim ille scribit) καὶ τύπον. Codex Pc. desinit in ἀνθρώποις ἐντυγχάνων. Καὶ κ. τ. λ. a b c

πρὸς ὃν χρὴ καὶ τὰ καλὰ μέρος συναρμόττειν. Abest τὰ in edd. & Msstis nostris: nec per se desiderabatur, poterat enim συναρμόττειν neutraliter accipi, pro συναρμόττειν ἑαυτὸν, *se conformare*, aut τὸν βίον, *vitam conformare;* ubi κατὰ μέρος intelligi poterat *singulatim*, *singulis in partibus*. At sic pronomen οἷς, quod sequitur, non habebat quo referretur: necessario enim desiderat illud pluralem aliquem p. 261 a

p. 261 a quem præcedentem. Quare omnino τὰ κατὰ μέρος cum Wolfio scribendum judicavi, id est, *res quasque, singulas vitæ partes:* de qua dictione confer, si lubet, Lexicon nostrum Polyb. in Μέρος. οἷς ἐπεξιὼν. Recte Wolfius, *quibus recensendis.* Est enim ἐπεξιέναι cum dativo rei, *stylo persequi, edisserere, commemorare;* quemadmodum & ἐπεξέρχεσθαι p. 195. a. Verba δι' αὐτῶν perperam olim ad superiora referebant, quæ recte ab illis separavit noster codex Pa. commate post αὐτὸς interpositio. Φυλάττειν αὐτὸν, &c. Perperam in Pa. sic hæc scripta, Φυλάττειν, ἑαυτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ &c. τὴν αὐτοῦ ζωὴν. αὐτοῦ ed. Heins. præter necessitatem, & invitis Msstis.

b ἐλέγετο οὖν καὶ ὁ Σωκράτης. Recte ἐλέγετο ex Wolfii conject. adoptavit Heins. Corrupte veteres libri omnes ἔλεγεν οὖν. conf. p. 270. De re confer Epict. Disc. I. 25, 31. ibique notata. διὰ τὸ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν. Perperam abest καὶ in edd. & Msstis, excepto Pa. qui recte habet particulam, quam adjiciendam esse monuerat Wolf. & Upton. ad Epict. Disc. III. 5, 16. καὶ τάχα αὐτός ἐστιν. οὗτός ἐστιν exspectabam: sed nil mutant libri.

c τῆς καθ' ἑαυτοὺς διαγωγῆς. Corrupte καθ' ἑαυτῆς edd. cum Pi. βούλωνται συναγαγεῖν. Sic scripti nostri omnes; nec aliud debuerat ed. Ven. in qua p. 262 a mendose συναγγεῖν. Inde συνάγειν ed. Heins. τὸ παντελέως ἀνειμένον καὶ θεοειδὲς. ἀνημμένον habet ed. Ven. cum Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. quod ad quemcumque verbi ἀνάπτω significatum referas, omnino alienum ab hoc loco videtur. Placuit id tamen Wolfio, qui „Ab ἀνάπτω fieri puto, ait, *incensum,* „*inflammatum, flagrans.* Nam ἀνειμένον hic minus „quadrare videtur, ab ἀνίημι, nec ἀνημμένον placet." Et sic ille in versione posuit, *Pythagoricum illud genus flagrans & divinum.* Quod displicuisse Heinsio non miror: sed illud merito mireris quid sit, quod, cum ἀνειμένον adoptavit hic editor, *remissum* interpretatus sit. Et ego quidem lubens ἀνειμένον tenui, quod ipsum codex noster Pa. in contextu habet, sed illud *sacrum* interpretatus sum: dicitur enim ἀνειμένον quod *Deo sacratum* est; cui opponitur τὸ πολιτικὸν, *civile, ad civium usum pertinens.*

Est

Est quidem etiam in Pa. super ει litera η inter lineas adnotata, quasi ἀνημένον scriptum oportuisset, quod nihili est. Idem vero Pa. commode παντελέως dedit, pro nudo τελέως, quod habent cæteri omnes. ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολιτικὸν. πολιτικώτερον Arg. & Pb. quod non displicet. Est autem πολιτικὸν, ut modo significavi, *quod in civium usu versatur*, tum *vulgare, minus exquisitum aut subtile;* de qua vi vocis vide Lexicon nostrum Polyb. in Πολιτικῶς, num. 2. ἐρωτῶν]ά τε καὶ ἀποκρινόμενον, id est, *sive interroget, sive respondeat.* ἐρωτᾷν τι ἀποκρινόμενον habet ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. quod in ἐρωτῶντι ἀποκριν. mutavit Heinsius, præeunte Wolfio: quod cum probare non possem, suspicatus eram, sic oportuisse, ἐρωτῶντα ἢ ἐρωτῶν]ι ἀποκρινόμενον, aut ἐρωτῶν]α ἢ ἀποκρινόμενον. Sed dubitationem dissolvit optimus noster codex Pa. qui id ipsum dedit, quod excudendum curavi: eamdemque prorsus scripturam ex conjectura proposuerat vir doctus in Vha. & Vpa. Conf. p. 263. a. περιφαν]άζεσθαι τὰ πράγματα. Ignotum lexicographis verbum. Wolfii ista versio est, *vagari & in superficie hærere rerum.* τὸν λόγον — — εἰς τὰ κυριώτα]α συνηρημένον. *Sermonem — — in præcipua capita contractum.* Alii vulgo συνημμένον, sed ego rursus nostrum Pa. probavi, qui levi quidem mendo συνηρημμένον dedit, μ literâ duplicatâ. Proprius verbi συναιρεῖν usus est, ubi *de brevitate sermonis* agitur, teste vel vulgatissimâ illâ formulâ, συνελόν]ι εἰπεῖν: cui opponitur ἀποτείνειν τὸν λόγον, quod habes p. 263. a.

p. 262 a

b

c

ἀλλὰ τῶν γε πραγμάτων, περὶ ὧν οἱ λόγοι. Vulgo omnes ἀλλὰ τῶν γεγραμμένων, quod corruptissimum esse nemo non videt: nec id Wolfii latuit perspicaciam, qui in Notis quidem editis nihil ad hunc locum monuit, sed in versione sic posuit, *rerum tamen de quibus verba fiunt*, & in græco suo libro pro γεγραμμένων in ora πραγμάτων scripsit. Et ego, quod jam ante in mentem venerat, nil cunctatus in contextum recepi, τῶν γε πραγμάτων. Simillimas permutationes lapsu librariorum commissas vidimus apud Polyb. IX. 40, 3. not. XI. 6, 3. & XV. 26, 4. τὸ αὐτὸ μενέτω τῷ προτέρῳ. Hac serie locata

p. 263 a

p. 263 b cata ſunt verba in noſtro Pa. Alii vulgo τὸ αὐτὸ τῷ προτέρῳ μενέτω. ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα. Sic recte idem Pa. ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα edd. Vtramque ſcripturam junxerunt Arg. Pb. Pc. Pi. ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα, perperam; niſi fortaſſe ἢ ἢ δεῖνα pro ἢ ὁ δεῖνα c debuerunt. συνεφέλκοιτό τε, καὶ συντυποῦσιν ἑαυτοῖς τὴν ζωήν. Ex Wolfii ingenioſa & feliciſſima, ut mihi videtur, emendatione adoptavit hoc Heinſius. δὲ pro τε erat in ed. Ven. & in quatuor e noſtris codicibus: unus Pa. δὴ dabat, quod ferri fortaſſe poterat; ſed nec vim ullam nunc maxime habebat illa particula, nec aliâs iſto modo uſitata eſt Simplicio. Tum vero codices ad unum omnes cum ed. Ven. in καὶ συμπίπτουσιν ἑαυτοῖς τὴν ζωὴν conſentiunt, quod ferri nullo pacto poterat. Aptum vero inprimis huic loco verbum, Lexicographis licet non adnotatum, συντυποῦν, *conformare, ad exemplar aliquod informare;* quod mire etiam convenit cum nomine τύπος, id eſt *vitæ forma*, quo ipſe Epictetus initio illorum præceptorum, de quibus hic agitur, uſus eſt, *vitæ rationem* dicens.

ποιεῖσθαι τὸν λόγον. Intellige χρὴ vel χρῆναι. τὸ εἶδος τῶν λόγων. τοῦ λόγου habet unus Pa. in con- p. 264 a textu, ſed & ipſe in ora γρ. τῶν λόγων. Διὰ τί δὲ, μάλιστα μὴ &c. In ed. Ven. & ſcriptis noſtris omnibus ſic effertur hic locus: δῆλόν ἐστι διὰ τάδε μάλιστα, μὴ περὶ ἀνθρώπων ψέγοντος, ἢ ἐπαινοῦντος, ἢ συγκρίνοντος. Vbi Wolfius, pro ſuâ cum ſingulari modeſtiâ, tum admirabili ſagacitate, hæc monuit: „Corruptus locus; nec in mentem ve„nit, quomodo reſtituendus, niſi forte ſic legendum: „διὰ τί δὲ (ſcilicet εἶπε,) μάλιστα μὴ περὶ ἀνθρώπων, „ψέγοντα ἢ ἐπαινοῦντα ἢ συγκρίνοντα.“ Cui ex parte obſequens, cæteris ſpretis, Heinſius ſuâ ſic edidit auctoritate: Διὰ τί δὲ τάδε μάλιστα; μὴ περὶ ἀνθρώπων ψέγοντες, ἢ ἐπαινοῦντες, ἢ συγκρίνοντες. Quæ teneat, cui placuerint: ego Wolfii conjecturam, ex qua & ipſe græcum contextum in libro, quo olim uſus eſt, ſua manu correxit, totam probavi. Et quidem de διὰ τί δὲ nullum eſſe dubium poteſt; cæterum ſi quæris, quo pacto terminationes α & ος confundi potuerit a librariis; ut alia taceam, cogites modo

modo velim illam græcæ literæ ς figuram, quæ lati- p. 264
norum litteræ *c* ſimilis eſt; eamque cogites nimis a
prope ad præcedentem vocalem *o* admotam, ita ut
eam tangat: videbis id, quod mihi in Msstis codici-
bus perſæpe uſu venit obſervare, non ovum ovo ſi-
milius eſſe, quam eſt terminatio α terminationi ος.
ἢ πρῶτον μὲν &c. Intellige, ut ſæpe monitum, τί
ἄλλο ἢ &c. Sic non opus erit, ut ἢ in ἦ mutetur;
quod & olim nobis viſum erat, & a viro docto in
Vha. & Vpa. propoſitum eſt. Et ἦ, ut ſæpe aliâs,
vim habebit latinæ particulæ *nempe*. εἴπερ ἀρχὴν
[ἐποιήσατο] τοῦ Φιλοσοφεῖν. εἴπερ ἦρχε τοῦ Φιλο-
σοφεῖν habet ed. Heinſ. quæ eſt mera παραδιόρθωσις:
nam ignorant ἦρχε Msti, nec verbum ἄρχω in acti-
vo iſta notione uſurpant græci ſcriptores; quare &
in Enchir. 46, 2. melioribus cum libris ἄρχῃ τοῦ ἔρ-
γου ſcripſi, pro ἄρχεις aut ἦρξες quod alii habebant.
Habent autem hoc loco uno conſenſu codices omnes
cum ed. Ven. εἴπερ ἀρχὴν τοῦ Φιλοσοφεῖν, corru-
ptâ aut mutilâ haud dubie ſcripturâ; quæ varia ratio-
ne corrigi poterat. Wolfii quidem conjecturam, εἴ-
περ κατ' ἀρχὴν, vel εἴπερ ἀρξάμενος, non magis
mihi nunc, quam Heinſio, probabatur: ſed expedi-
tiſſimum judicavi, tenendo vocem ἀρχὴν, verbum
ἐποιήσατο adjicere; ſed illud, ut ex mera conjectura
ductum, & neutiquam certiſſima ratione niſum, uncis
incluſum volui. μᾶλλον ἂν ποιοῖτο. Recte Heinſi-
us, me judice, pro ποιεῖτω, quod habet ed. Ven.
cum Msstis, ποιοῖτο adoptavit ex Wolfii emendatio-
ne. „Fortaſſis ἂν ποιοῖτο, (ſic Wolfius monuerat) mo-
„do optandi. Nec enim τὸ ἂν imperativo, quod
„ſciam, jungitur: & ποιεῖσθαι λόγους uſitatius eſt,
„quam ποιεῖν.“ πρὸς ἃ οὖν ἐπιῤῥεπῶς ἔχει. Cor-
rupte ἐπιτρεπῶς edd. ubi mireris, eidem Wolfio mo-
rem non geſſiſſe Heinſium, perſpecte monenti, ἐπιῤ-
ῥεπῶς ſcriptum oportuiſſe. Atqui id ipſum ἐπιῤῥε-
πῶς uno conſenſu tuentur etiam quinque noſtri codi-
ces. ὡς εἰ ἔλεγε. Corrupte ἐπὶ ἔλεγε ed. Ven. quod b
Wolfius in ἐπεὶ ἔλεγε mutandum cenſuit; ſed malle
ſe ait καὶ λέγει δή. Heinſius ἐπεὶ adoptavit. Sed
opportune in ὡς εἰ conſentiunt quinque noſtri codi-
ces; *quaſi dicat.* ἐφ' ἑκατέρου commode Pb. Pc.
Pi. cum edd. quemadmodum mox omnes ἐπὶ τούτων

καὶ

p. 264 b καὶ ἐπ' ἐκείνων. Sed h. l. ἀφ' ἑκατέρων habent Arg. & Pa. Wolfius vero ὑφ' correxit in ſuo græco libro.

c τοῦ λέγειν τὰ τοιαῦτα. Recte τοῦ adjecit Heinſ. cum Wolf. Aberat hoc loco articulus in ed. Ven. & in Msstis, licet mox omnes in ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀκούειν conſentiant. ἐν ἑαυτοῖς τρέφουσι. Sic Arg. ἐν αὐτοῖς ed. Ven. (haud ſcio an alii:) non male. ἐν αὑτοῖς ed. Heinſ. τοὺς τοιούτους correxi fide codicum Pa. & Pc. τοὺς τοιούτων Arg. & alii cum edd. εἰ δὲ ἀπολῃφθῇς. ἐὰν correxit Heinſ. ſed in εἰ conſentiunt cum ed. Ven. ſcripti noſtri omnes, quod ferendum putavi, quia & aliâs paſſim εἰ cum ſubjunctivo conſtructum apud Noſtrum vidimus. Et ſic ſane rurſus p. 267. c. conſentientibus libris εἰ δή ποτε γένηται καιρὸς legitur. Sed ἀπολῃφθῇς tenui, ab eodem Heinſio ex Wolfii emendatione adoptatum; licet libri noſtri omnes cum ed. Ven. in ἀπολειφθῇς conſentiant. Confer Var. Lect. in Enchirid. 33, 3. & Lexicon noſtrum Polyb. in 'Απολαμ-
p. 265 a βάνειν. καθαίρων ἑαυτὸν — — τῇ εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρ. Sic ſcripti omnes cum ed. Ven. Vtrobique σεαυτὸν ſuâ auctoritate poſuit Heinſ. præter neceſſitatem, quandoquidem ἑαυτὸν in ſecunda pariter atque in tertia perſona dicitur.

AD CAPVT XLIII.

Nobis CAP. XXXIII. 4. In cod. Pf. cap. XXXIII. In AA. in Pe. & in Arg. eſt cap. XXXVII. In Pd. cap. XLII. In Pa. cap. XLIII.

c ἵλεω διάθεσιν. ἵλεων deſiderabam: ſed nil mutant libri; nec opus. Pariter τὴν ἵλεω ex Plutarcho citavit Maittaire de Dialectis, p. 28. & ἵλεω ἔχειν τὸν Θεὸν habes apud Lucian, in Pſeudomant. cap. 25.
p. 266 a In συγκεχωρημένον nil variant libri. Si vera ſcriptura, intelligendus fuerit riſus, *cui ſine modo indulgemus.*

AD

AD CAPVT XLIV.

Nobis CAP. XXXIII. 5. In cod. Pf. cap. XXXIV. p. 266
In AA. Pe. & Arg. cap. XXXVIII. In Pd. cap. XLIII. a
In Pa. cap. XLIV.

ἀθρόας ἐπ]ροπὰς. Recte ἀθρόας Arg. Pa. Pb. Pc. b
ἀθρόους edd. cum Pi. ὑπὲρ γονέων ἢ πα]ρίδος. c
Corrupte ὑπὲρ τοῦ, ἢ πατρίδος ed. Ven. Vbi pro
divino ſuo acumine Wolfius: „Fortaſſis ὑπὲρ γονέ-
„ων. Nam ὑπὲρ θεοῦ non ſatis placet.“ — Cui con-
jecturæ plurimum probabilitatis addunt, pæneque cer-
tam eam reddunt codices noſtri, in quibus ſic ſcri-
ptum ὑπὲρ]ον ἢ πα]ρίδος, ſpatio nonnullo vacuo
relicto. (Vnus quidem Pa. primam etiam vocem cor-
ruptam habet, ὑπὸ, pro ὑπὲρ.) In Vhab. & Vpabcd.
corrigitur ὑπὸ τῶν]ονέων, & quidem adjectâ etiam
(neſcio quâ fide) notâ γρ. in Vpc. Quam ſcripturam
ex codice Nanſiano adoptavit Heinſius. Mihi Wolfii
ratio placuit ὑπὲρ]ονέων, absque articulo. Signifi-
cantur autem filii, qui, ut *pignora fidei parentum atque patriæ*, obſides retinentur.

AD CAPVT XLV.

Nobis CAP. XXXIII. 6. In cod. Pf. cap. XXXV. p. 267
In AA. Pe. & Arg. cap. XXXIX. In Pd. cap. XLIV. a
In Pa. cap. XLV. Deſinit codex Pi. in διακρόου. Arg.
in γένηται καιρὸς. Pi. in ἡ προσοχὴ.

τῶν λογίων ἀνδρῶν. τῶν λοιπῶν ἀνδρῶν eſt b
in edd. ſcriptisque noſtris; ubi ferri λοιπῶν poſſet, ſi
de multis, ſi de vulgo ageretur, ac deinde ab his
diſtinguerentur pauci: nec ſic tamen ἀνδρῶν dicturus
fuiſſet, ſed ἀνθρώπων. Cum ipſum igitur nomen ἀν-
δρῶν, tum quod his deinde οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, no-
bilius utique epitheton, quam λοιπῶν, videri debuit
deſiderare. Itaque Wolfius τῶν σοφῶν ἀνδρῶν con-
jectaverat, & in verſione *eruditorum virorum* poſuit.
Ego Heynii noſtri, doctiſſimi viri, probavi emenda-
tionem, ad Enchir. p. 127. propoſitam, λογίων ἀν-
δρῶν, quod proxime abeſt a codicum ſcriptura. Sunt
autem λόγιοι ἄνδρες, *ſapientes doctique viri*. τροφὰς
καὶ πόσεις. εἰς τροφὰς καὶ πόσεις habent codices

p. 267 b noſtri cum ed. Ven. voculâ εἰς perperam ex terminatione vocis præcedentis ἑστιάσεις repetitâ: quâ deletâ, nihil amplius deſideratur. Wolfius quidem τάς τε τροφάς conjectaverat; Heinſius vero ſuâ auctoritate τὰ εἰς τροφὰς edidit. τερπνὰ πάρεργα ποιοῦνται. Perperam τερπνὰ ἃ πάρεργα edd. & Mssti. Delevi cum Wolfio importunum ἃ, quod e fine ſuperioris vocis temere adhæſit. ποιοῦνται recte edidit Heinſius, eodem Wolfio præeunte: ſic vero perſpicue habent noſtri codices Arg. & Pb. Perperam ποιοῦνται Pa. & Pi. ποιοῦνται ed. Ven. Terminationem vocis
c non expreſſit Pc. εἰς τρυφὴν τεταμένα. Perperam deſunt duæ voces εἰς τρυφὴν in Arg. & Pb. χρὴ οὖν τὸν ἐπιεικῆ τὰς ἔξω τῆς ἑαυτοῦ ἑνστάσεως ἰδιωτικὰς ἑστιάσεις. Recte ἑνστάσεως ed. Ven. cum Pa. Pc. & Pi. itemque Pb. e prima ſcriptura. Imperite ἑστιάσεως arripuit Heinſius e cod. Nanſ. quod & in Vhab. & in Vpabcd. adnotatum eſt, & quidem in Vpc. adpoſitâ notâ γρ'. Habet autem ipſam illam mendoſam ſcripturam noſter codex Arg. Eamdemque in ora notatam habet codex Pb. atque etiam ſcripturam contextus, quæ primum proba fuerat, ad hujus præſcriptum alteratam. Pro τὰς, ante ἔξω, perperam eſt τε in edd. & in plerisque Msstis: ſed in noſtro quidem Arg. ex τε factum τὰς ab antiqua & prima (ut videtur) manu: in Pa. vero omiſſa prorſus eſt iſta vocula, exiguo ſpatio vacuo relicto. Ego non dubitandum duxi, quin τὰς ἔξω cum Wolfio ſcribe-
p. 268 a rem. τοῦτ' ἔστιν, ἐγρηγορείτω τὸ πρ. Sic perbene Pariſienſes noſtri quatuor. Prorſus corrupte ἀγρηγορείας τῷ πρ. ed. Ven. ubi γρηγορείτω τὸ correxit Wolf. quod adoptavit Heinſ. & ſic ſcriptum in Arg. φυλατ]έτω αὐτὴν. αὐτὴν ſcripſit Heinſ. ſuo more, contra veterum librorum fidem.

AD CAPVT XLVI.

b Nobis CAP. XXXIII. 7. In cod. Pf. cap. XXXVI. In AA. Pe. & Arg. cap. XL. (ſed per errorem in AA. & Arg. eſt μά. pro μ'.) In Pd. eſt cap. XLV. In Pa. cap. XLVI. Integrum capitulum exhibet Arg. Sed Pi. deſinit in περιλάμβανε. Pc. in οἰκίαν.

μέγεθος

μέγεθος αὐτῷ καὶ σχῆμα περιποιεῖν. Recte αὐ- p. 269
τῷ ed. Ven. cum Pa. & Pi. αὐτοῦ ed. Heinſ. ex a
cod. Nanſ. cum Vhab. & Vpabd. & ſic noſter Arg. & Pb. Ambigue vero ſcripſit Pc. terminationem vocis non exprimens, qui mos erat illius librarii. τὸ b
ἀνθρώπειον σῶμα. Sic quinque noſtri codices, compendioſe quidem ἀνεον ſcribentes. Mendoſe ἀνεινον ed. Ven. ἀνθρώπινον ed. Heinſ. cum Wolf. τραφῆναι γὰρ δεῖται. Commode δεῖται ed. Ven. cum quinque noſtris Msstis; id eſt, *opus erat:* quod præter rem in δεῖ mutavit Heinſ. præeunte cod. Nanſ. cum Vhab. & Vpab. τοιαῖσδε καὶ τοιαῖσδε ποικιλίαις. Satis erat τοιαῖσδε ποικ. id eſt, *his diverſitatibus*, nempe quibus carere ſe non poſſe putant delicatuli: & ſic habet cod. Arg. ſed cæteri quatuor vulgatum tuentur. πρὸς Θεωρίωνας καὶ Παξάμονας. „Inſignes „fuiſſe coquos apparet;“ ait Wolfius. Neutrum nomen eodem modo ſcriptum, quod ſciam, apud alium ſcriptorem legitur. Θέωρος, poëta, paſſim apud Ariſtophanem commemoratur, qui eum tum ut perjurum & moechum, tum ut piſcium heluonem inducit. Vide Suidam h. v. & Scholiaſt. Ariſtoph. in Equit. vſ. 605. Πάξαμος, λόγιος, ut ait Suidas, id eſt vir doctus, cum alia ſcripſit ab eodem Suida commemorata, & in his obſcoena, tum Ὀψαρτυτικὰ κατὰ στοιχεῖον, i. e. de Re Coquinaria, ordine Alphabetico. Idem apud Athenæum citatur, lib. IX. p. 376. e. nec ab hoc fortaſſe diverſus eſt ille *Paxamus*, quem in Medicorum catalogo retulit Fabricius Bibl. Græc. T. XIII. p. 360. in Geoponicis paſſim commemoratum, ut virium herbarum peritum. Hos reſpexiſſe hoc loco Simplicius videtur: nomina vero conſulto-ne mutaverit, (quaſi diceret *homines Theori & Paxami ſimiles,*) an caſu id factum, ſive ab ipſo, ſive a librariis, non definiam equidem. ὥσπερ ἄγροικοι μὲν τῶν c
πολιτικῶν, δοῦλοι δὲ &c. οἱ ἄγροικοι & οἱ δοῦλοι edidit Heinſ. præter neceſſitatem adjecto articulo, quem utrobique ignorant veteres libri omnes: tum vero idem Heinſius parum commode ex cod. Nanſ. πολιτῶν adoptavit, quod quidem & noſtri codd. Arg. & Pb. habent, & ex aliis codicibus adnotarunt viri docti in Vhb. & Vpbc. Multo rectius πολιτικῶν dedere Pa. Pc. & Pi. cum ed. Ven. πολῖται ſunt *ci-*

p. 269 c ves; πολιτικοὶ, oppidani. ἐσκευωρημένα, artificioſe, ſtudioſe parata. Sic corrigere non dubitavi; quamquam in ἐσκαιωρημένα conſentiunt cum editis ſcripti noſtri omnes. Eſt enim σκευωρεῖν & σκευωρεῖσθαι proprie quidem *vaſa cuſtodire curareque*, tum vero generatim *ſtudioſe obſervare*, & *ſtudioſe moliri, machinari, artificioſe agere* aut *efficere* aliquid, &c. quod quia uſus obtinuit, ut plerumque in malam partem accipiatur, inde factum ut ſubinde in σκαιωρεῖν a librariis fuerit corruptum, quaſi a σκαιὸς, *ſcævus, pravus*, derivatum. διὸ καὶ πνεύμαſα. καὶ particu-
p. 270 a lam, quæ aliis deeſt, adoptavi ex Pa. μακάριον δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς. Sic dedere Arg. & Pa. Alii τὸ καὶ ἐξ ἀρχ. cum edd. nec id male.

b τοὺς ἐν τῇ δύσει ποſαμοὺς ἀνερευνᾷν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀποδέρειν ζῶα. De quibus *occidentalium fluminum animalibus* loquatur, ſe non intelligere profeſſus eſt Wolfius. In promtu erat, ut de *fibris*, quos *caſtores* vocamus, cogitaremus; atqui horum copiam fuiſſe in Hiſpaniæ fluminibus, Strabo teſtis eſt, lib. III. p. 162. c. edit. Caſaub. Ac jam olim laudatos caſtores novimus, non modo ob caſtorei uſum medicatum, ſed & ob pilum, quem plumâ molliorem Plinius ait, Hiſt. Nat. VIII. cap. 30. ſect. 47.
c ἀλογιστίας. Sic percommode veteres omnes cum ed. Ven. quod nil cauſſæ erat cur in ἀλογίας mutaret Heinſ. qui in cod. Nanſ. hoc invenerat, quemadmodum & in Vhb. & in Vpb. ἀλογείας adnotatum video. Κράτητι μὲν ὁ πίθος ἤρκεσεν. Satis notum Diogenis dolium; *Cratetis dolium* nulli alii ſcriptori commemoratum reperio. γυναικωνίτην. Vitioſe γυναι-
p. 271 a κονίτην Pa. & Pc. ἐδάφει. Perperam ἐδάφεις Arg. quod videri poterat ex ἐδάφεσι corruptum, quod ipſum adnotatum eſt in Vpd. Sed in ἐδάφει conſentiunt cæteri libri omnes. ἀπὸ ποικίλων καʃηγυθισμένον. Perperam ποικίλλων Pa. & Pb. ſed in eodem Pb. poſterior litera λ ſubſcripto puncto ut ſpuria notatur. Ad ποικίλων deeſſe videri λίθων adnotavit Wolf. Sed nullo incommodo omitti ſubintellectum id nomen potuit, quemadmodum in ἀπρογωνιαῖος in Epiſt. Pauli ad Epheſ. 2, 20. & in pretioſorum præſertim lapidum nominibus, ut ὁ σάρδινος,

ἀετί

ἀετίτης &c. Et hoc loco quum proxime præcedat p. 271
vocabulum λιθόστρωτον, tanto commodius omitti sub- a
intellectum nomen λίθων ad ποικίλων potuit. Porro καθηνθισμένον uno consensu dedere quinque nostri Mssti; pro quo mendose καθυνθισμένον expressum in ed. Ven. quod in καθηνυσμένον suâ auctoritate mutavit Heins. Est autem καθανθίζειν, ficut διανθίζειν, *floribus* vel *floridis coloribus ornare*, *variegare*, atque etiam generatim *ornare*, *instruere;* quemadmodum simplex ἠνθισμένον apud Sophocl. Electr. vs. 43. ἠσκημένον interpretatur vetus scholiastes. καθ' ἕκαστον μῆνα διαφόρους ἔχων καταγωγάς. „*Diversa conclavia*, „temporibus scilicet accommodata. Vnde Luculli jo- „cus, se prudentia non vinci a ciconiis, quæ pro an- „ni tempore mutarent locum.“ *Wolf.* — τὸ τοιούτοις συνεθισθέντα. τὸν pro τὸ habet Pa. quod minus placet. ἐν τούτοις ἀνάγκη τίθεσθαι. ἀνάγκη ἐν τούτοις τίθεσθαι solus Pa. εἴχομεν μᾶλλον ὅτε τούτοις ἐνεστρυφῶμεν. b
Sic commode alii cum editis. Sed ἔχομεν & ἐντρυφῶμεν in præs. habet Pa. nec id incommode.

ἰδίᾳ κοινολογήσασθαί τινι. Peropportune hoc c
dedit Pa. Corrupte cæteri omnes ἰδίᾳ λογίσασθαί τινι, ubi ἰδίᾳ λαλῆσαί τινι legendum censuerat Wolf. ἀρεσκόντων αὐτῷ. Suo more αὐτῷ Heins. invitis veteribus libris. Recte ἐχθροὶ πάντως dedere quin- p. 272
que nostri codd. quemadmodum Wolfius voluerat. a
Perperam πάντες edd. ἀπολαυέτω. Corrupte ἀποβαλέτω Pa. quod proxime ex ἀπολαβέτω detortum, volem υ cum litera β permutante librario. συμμεστραμένη correxi cum Pa. Pb. Pi. Mendose συμμεστραμένη edd. cum Pc. & ξυμμεστραμένη Arg. διὰ τὴν λιτότητα τοῦ βίου. Certissima hæc mihi visa erat emendatio. Vulgo omnes διὰ τὴν ὀλιγότητα τοῦ βίου, ex librarii sive incogitantia sive imperitia, cui vox ὀλίγη, quæ modo præcessit, oculis & animo adhuc hæsisset. ἢ καὶ δι' ἀσχολίαν. καὶ abest ed. Ven. Adjecit Heins. e cod. Nans. consentientibus Mssts.

ταῦτα μὲν γὰρ τὰ δύο. Deest μὲν ed. Ven. & Mssts Pb. Pc. Pi. Habet Arg. (haud satis scio an & Pa.) cum ed. Heins. & Vhb. & Vpbcd. τὰ ante δύο caret Arg. τοῖς θείοις ἀνδράσι. Temere omis-

p. 273 a fus artic. in ed. Heinſ. ἔπινεν. Operarum ſphalma ἔπικεν ex ed. Heinſ. fideliter in Londinenſem translatum eſt.

AD CAPVT XLVII.

b Nobis CAP. XXXIII. 8. In cod. Pf. cap. XXXVII. In AA. Pe. & Arg. cap. XLI. In Pd. eſt cap. XLVI. & XLVII. nam a verbis Μὴ μέντοι novum caput incipitur in hoc codice, quod numero XLVII. diſtinguitur. In Pa. cap. XLVII. Definit Arg. in καθαρευτέον, καὶ τὰ ἑξῆς. Sic & Pi. ſed Pc. pergit usque ἐπαχθὴς γίνου τοῖς.

c μαραινομένας τῇ τε ἀργίᾳ. Sic Pa. cum aliis. De Pb. Pc. & Pi. non liquet. Sed in Arg. eſt μαραινομένας τε τῇ τε ἀργίᾳ, perperam repetitâ τε particulâ. Ego vero, deletâ poſteriori, μαραινομένας τε τῇ ἀργίᾳ malim. ἠτ]ᾶσθαι τοῦ λόγου. *ſuccumbere rationi.* τῷ λόγῳ habent Arg. & Pa. (neſcio an & reliqui tres Pariſini) cum editis; a cujus ſoloeciſmi culpa immunem Simplicium noſtrum judicavi. Imperiti alicujus librarii is error eſt, qui duas vocales ου, cum nimis prope ſe attingerent, pro una vocali ω habuerat. Nam, quod infra p. 325. b. rurſus ἠτ]ᾶσθαι cum dativo caſu conſtructum occurrit, id quidem aliam rationem habet: ibi enim ἠτ]ᾶσθαι αὐτῷ, ſcil. τῷ πράγματι, *ſuccumbere in re quadam*, per ellipſin dicitur præpoſitionis ἐν, qua ratione & ἡττᾶσθαι μάχῃ dicimus, & πολέμῳ, & ſimilia. ὅσῳ πληκτικωτέρα τῶν ἄλλων ἐστί. Vulgo omnes, ſcripti editique, ὅσῳ πηλικωτέρα, quod quo pacto intactum innotatumque præterire & Wolfius & alii viri docti potuerint, non video: cum nec græcum ſit, & prorſus nihil ſonet, quamquam ſic vertit Wolfius, *quanto ea voluptas major eſt cæteris.* Ego, nil cunctatus, ὅσῳ πληκτικωτέρα correxi; id eſt, *quanto majorem pungendi, pellendi, ſtimulandi vim habet venerea voluptas, quam aliæ voluptates.* Eâdem prorſus voce ſupra uſus eſt Noſter, p. 182. b. τὸ σφοδρὸν καὶ πληκτικὸν τῆς ἡδονῆς. Commodius autem videri poterat, ſi adjectum eſſet pronomen αὕτη, *hæc*, nempe ἡ ἡδονὴ ἡ περὶ τὰς μίξεις, cui deinde opponitur ἐκείνη, nempe ἡ ἐγκράτεια ταύτης τῆς ἡδονῆς.

Sed

Sed ipsa vox ἐκείνη, quæ sequitur, satis etiam per se indicat, hoc loco intelligendum esse nomen proxime præcedens, atque adeo adjectivum πληκτικωτέρα referendum esse ad τὴν ἡδονὴν τὴν περὶ τὰς μίξεις. Quod igitur modo significavi, ἐκείνη scribo in nominativo cum edit. Ven. & libris nostris; (in quibus quidem vix umquam jota in dativo casu subscribitur;) non cum subscripto jota, quemadmodum Heinsius edidit, ἐκείνῃ ad ψυχῇ referens. ἐκείνη vero equidem intelligo ἡ ἐγκράτεια τῆς ἡδ. τῆς περὶ τὰς μίξεις. ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλόγων ὀρέξεων. Particula ἀλλὰ, quam uno consensu tenent codices omnes cum editione Veneta, temere omissa est in ed. Heins. ὅτι μὴ βίᾳ μόνον χαλινοῦνται, ἀλλὰ καὶ εὐηνίως ὑποστέλλονται. χαλινοῦσθαι & ὑποστέλλεσθαι in infinit. habet ed. Ven. cum Msstis; (in uno quidem Pa. est ὑποτίθεσθαι pro ὑποστέλλεσθαι.) ubi Wolfius commode πεφύκασι post ὑποστέλλεσθαι adjiciendum conjectaverat. Verba finita χαλινοῦνται & ὑποστέλλονται Heinsius Nansiano e codice, puto, recepit; quæ emendatio etiam ab alio viro docto in Vpc. proposita est. ἐκ τοῦ καὶ τὴν περὶ τροφὴν p. 274 a ὄρεξιν. ἐκ τοῦ καὶ τὴν περὶ τροφὴν καὶ ὄρεξιν ed. Ven. cum Msstis nostris; ubi haud dubie delenda fuit καὶ particula ante ὄρεξιν, quemadmodum Wolfius etiam monuit. Mire vero Heinsius ἐκ τοῦ περὶ τροφὴν καὶ ὄρεξιν edidit. συνεθισθέντων, quod adsueverunt, nempe ἡρεμεῖν καὶ τὴν ὄρεξιν περὶ τὴν μίξιν, vel uno verbo ἐγκρατεύεσθαι, ut ait Paulus Apostolus ad Corinth. Epist. I. 9, 25. ubi vide, si lubet, loca veterum a Wettstenio congesta.

p. 273 c

ὡς ἀπ' αὐτῆς στεχθεῖσαι τῆς φύσεως. ὡς ἐπ' αὐτῆς edd. corrupte haud dubie. Malueram ὑπ' αὐτῆς cum Wolf. sed in ἀπ' αὐτῆς consentiunt quinque nostri Msti, & alius, e quo eadem scriptura laudatur in Vpc. Et in hoc adquiescere debui, quoniam sæpius jam vidimus ἀπὸ pro ὑπὸ a Simplicio nostro usurpatum. Tum vero non minus corrupte τεχθεῖσαι habent edd. cum Arg. Pb. Pc. Pi. ταχθεῖσαι habet unus Pa. quemadmodum Wolfius ex conjectura correxit, vertens *ab ipsius naturæ imperio suppressæ*. At ταχθεῖσαι non est *suppressæ*, *compressæ*, b

p. 274 b *ſæ, cohibitæ;* & deſiderabatur tamen verbum, tale quid ſignificans: itaque στεχθεῖσαι (a στέγω) correxi, quod haud dubie id ipſum eſt, quod a Simplicio hîc poſitum erat. Prima litera σ abſorpta eſt ab extrema vocis præcedentis. ὧν νόμιμόν ἐστι. In ὧν conſentiunt ſcripti noſtri ad unum omnes cum editis; ubi bene Wolfius: „ὧν νόμιμον, *quæ permiſſa* „*ſunt legibus.* Epictetus habet ὡς νόμιμον.“ Quod in Vpc. vir doctus adnotavit γρ. ὡς, non ita accipiendum videtur, quaſi apud Simplicium in codice aliquo Msto ὡς hoc loco ſcriptum reperiretur; ſed quod in Enchiridio, quemadmodum & Wolfius monuit, ὡς vulgo legatur. De Simplicii ſcriptura, quam in ipſo etiam Enchiridio, ut ab Epicteto profectam adoptandam cenſui, conſule quæ ab Heynio monita ſunt ad Enchirid. p. 131.

p. 275 a b ὅτι οὐδὲ τοὺς διὸ. ὅτε habet Pa. quod poſſis intelligere, ut latinorum *quando*, pro *quandoquidem*, *quoniam*. ἔτι [μᾶλλον] βαρούμεθα. Nude ἔτι βαρούμεθα habent ſcripti noſtri omnes cum editis: quod quî ferri poſſit, non video. μᾶλλον utique inſerendum fuit, ut Wolfius monuit; cui obtemperavi, nec tamen ſatis certus conſilii. ἐπιβαρούμεθα menti occurrerat; nec vero ſtatuere auſus ſum, habere præpoſitionem ἐπὶ in hoc verbo, ſicut multis in aliis, eamdem fere vim atque adverbium μᾶλλον. διὰ τοῦ τὸν ἀνίαν. διὰ τὸ τὸν malim cum Wolf. id eſt, *propterea quod*. Sed in τοῦ conſentiunt libri omnes, quod & ipſum ferri poſſe videtur, *per hoc ipſum, quod* &c. τὴν αὐτοῦ σύγκρισιν. τὴν αὐτοῦ ed. Heinſ. contra veterum librorum fidem. ἔξω τείνων. Temere vox ἔξω omiſſa in ed. Heinſ. Corrupte vero τόνον pro τείνων habet ed. Ven. οὕτως δὲ ἐλεγχομένῳ προσφερόμενος, &c. *ita accedens ad eum quem arguit*, id eſt, *ita cum eo agens*. Sententia totius loci nihil magnopere obſcuritatis habet: verborum conſtitutio minus expedita. οὗτος δὲ ἐλεγχομένῳ προσφαινόμενος habet ed. Ven. cum Pb. Pc. Pi. οὗτος — — προφαινόμενος Arg. & Pa. ubi ſi verum ſtatuas verbum προφαινόμενος, faltem pro οὗτος oportebat τοιοῦτος: at ne ſic quidem ſatis commode procedere videbatur oratio. Wolfius

οὕτως

οὕτως δὲ τῷ ἐλεγχομένῳ προσφερόμενος correxit; quem fere secutus sum, & lubens quoque τῷ articulum accepissem, quo tamen careri etiam posse putavi. προσφερόμενος primum in προσφαιρομ. corruptum fuisse videtur: inde in προσφαινομ. quod in προφαινομ. mutarunt alii. Heinsius, priorem tantum partem emendationis Wolfianæ adoptans, sic edidit: οὕτως δὲ ἐλεγχομένῳ προσφαινόμενος. Optet eruditus lector, aut melius aliquid exquirat. p. 275 c

AD CAPVT XLVIII.

Nobis CAP. XXXIII. 9. In ed. Ven. & in cod. Ms. Pf. hoc caput conjungitur cum superiori: manifeste vero ab illo separatur in aliis omnibus codicibus, & ab ipso Simplicio in Commentario. In AA. Pe. & Arg. est cap. XLII. In Pa. & Pd. est cap. XLVIII. Desinunt Arg. & Pi. in τὰ λεχθέντα. Pc. in γὰρ τὰ ἄλλα. p. 276 a

τοιαύταις ἀπαγγελίαις Arg. Pa. Pb. quod & debuerunt Pi. & Pc. in quibus est ἀπαγγελείαις. Perperam ἐπαγγελείαις ed. Ven. & ἐπαγγελίαις ed. Heins. θυμοῦ κινήμαϲα. θυμοῦ αἰνίγμαϲα ed. Ven. quod ex αἰθύγμαϲα corruptum videri poterat; sed in κινήμαϲα, quod proposuit Wolfius, ediditque Heinsius, libri nostri omnes consentiunt, aliique laudati in Vhab. & Vpabcd. αὐτὸν λέγειν. Sic recte scripti omnes cum ed. Ven. Imperite λέγει ed. Heins. Adparet, ad διὰ τί δὲ e superioribus repetendum verbum παραινεῖ. Paulo post, ex eorumdem librorum omnium consensu δόξῃ restitui, pro δόξει, quod est in ed. Heins. Pro ἀρέσκειν est εὑρίσκειν in ed. Ven. quod eo solum adnotavi, quo adpareat quam proclivis fuerit librariorum lapsus, α & ευ confundentium; de quo cum alibi dixi, tum ad p. 65. c. ἀδέκαστος γένηϲαι. Sic commode ed. Ven. cum Msstis. Temere γίνεται ed. Heins. προσισχημένον bene ed. Ven. consentientibus Msstis; (nisi quod προϊσχημένον est in Arg.) quam ad formam etiam ἐνισχημένος reperitur, ab H. Stephano citatum. προσεσχημένον sua auctoritate edidit Heins. προϊσχόμενον adnotatum in Vhab. & Vpabd. Verbum προσίσχειν vel b c p. 277 a

p. 277 a προσίσχεσθαι infra rursus sub finem hujus paginæ occurrit. καὶ εἰς ἑαυτὸν περιτρεπόμενον, id est, *& in se ipsum reflexus, in se ipsum retro conversus;* non, ut Wolfius vertit, *a se ipso everti solitus.* Particulam καὶ, qua carent editi, dedere quinque nostri codices Mssti, aliique e quibus adnotata eadem in Vha. & Vpacd. διὰ τοῦ * * Φιλοδοξοῦντες. Quo loco asterisco posui, ibi in quinque nostris Msstis nonnihil spatii relictum est, cæterum nil mutatum. Illud spatium editor Venetus imperite vocabulo πάθους explevit, quod & Heinsius tenuit. Mireris vero, non suspectum id vocabulum sagacissimo Wolfio fuisse, qui sic vertit: *Putamus enim non appetere gloriam, cum eam hoc affectu appetamus.* Atqui adfectus, quem dicit noster, est ipsa gloriæ cupiditas. Ad sententiam quid desit ubi lacunam habent codices, ex connexione orationis, & ex eis præsertim quæ proxime sequuntur, facile adparet; ipsum verbum (vel verba) adponere non sum ausus, præsertim cum in articulo τοῦ mendum inesse videatur: suspicor autem, sic fere scripsisse Simplicium, διὰ τὸ ἀγαθοὺς εἶναι Φιλοδοξοῦντες, aut brevius etiam διὰ τὸ ἀγαθὸν Φιλοδ. pro quo mox dicit ἐπ' ἀγαθοῖς Φιλοδοξεῖν. In τὸ δοκεῖν ἐπ' ἀγ. consentiunt omnes, uno Pa. excepto, in quo deest τὸ articulus, parum commode. οὐ συγχωρεῖ ἀγαθὸν αὐτῷ εἶναι. οὐ συγχωρεῖ αὐτὸ ἀγαθὸν εἶναι Pa. γίνεται γὰρ σκοπὸς μὲν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν ἡ δόξα. Vulgo καὶ τῷ ἀγαθῷ edd. & Mssti; certe Arg. & Pa. nam de Pb. Pc. Pi. mihi non constat. Sed in Pa. prius scriptum erat τὸ ἀγαθὸν, quod, ut unice verum, revocavi. conf. p. 291. a. Constructio verborum sic accipienda: γίνεται γὰρ ἡ μὲν δόξα σκοπὸς καὶ τὸ ἀγαθὸν ἡμῶν. *Gloria nobis scopus & bonum nostrum est.* Est enim τὸ ἀγαθὸν, ut jam sæpe dixit, οὗ πάντες ἐφίενται, vel ipsum ἐφετόν: quod cupit quisque, id ei *bonum* est, id *bonum* ille suum perhibet. ἵνα δι' αὐτὴν εὐδοξῶμεν. δι' ἑαυτὴν edd. perperam & invitis Msstis.

ἅπερ — — οὐδέν ἐστι μετριότερα. Sic recte ed. Heins. cum Wolf. Corrupte μετριότερον ed. Ven. cum Msstis nostris; ubi, quid deceperit librarios, satis adparet. ἔσχατος λέγεται τῶν παθῶν χιτὼν &c. Nempe

Nempe Platonis hoc dictum est. Vide supra p. 106. p. 277 a. οὔτε ἐκείνων ἀπαλλάττεται. Exserte οὔτε scripsi cum Pa. οὔτ' ἐκείνων Arg. cum edd. Diceres vero, οὐδὲ vel οὐδ' scriptum oportuisse, *ne quidem*. At bene οὔτε habet, cui respondet quod paulo post ait, καὶ αὐτὴν ἐπιτείνεσθαι, ubi perspicuitatis caussa repetitur ex hoc loco illud μήτε τὰ ἄλλα πάθη παύειν. μήτε τὰ ἄλλα πάθη. Sic Arg. μήτε τἄλλα edd. μήτε ἄλλα Pa. absque articulo. τῶν τῆς νεότητος παθῶν. p. 278 a Temere omissus est artic. in ed. Heins. In eâdem perperam, & invitis quinque nostris codicibus, pro ἐπιστρέφεσθαι, ἀποστρέφεσθαι scribitur, quod & in Vhb. & in Vpbd. notatum est, & in codice Nanssiano reperisse videtur Heinsius. ὅμως, ὡς μεγάλων. b ὁμοίως ὡς μεγάλων habet ed. Ven. quod & ipsum ferri poterat: sed in ὅμως consentiunt codices nostri (certe Arg. & Pa. nam de reliquis non habeo compertum) cum ed. Heins. & Vhab. & Vpabd. ἐὰν γνησίως Arg. Pa. Pb. Pc. ἂν γνησίως edd. cum Pi. οὔτε τὸ ἐλπίζειν. Desideraveram οὐδὲ, quod & Wolfius in versione expressit, *ne spes quidem ulla*. Sed nil mutant libri: & potest οὔτε referri ad καὶ, quod mox sequitur. εἴπερ ἦν ἀνάγκην ἐπιτεθῆναι τοῦ μηδενὶ &c. In ἦν nihil mutant Mssti nostri. Sed pro eo in Vhb. & Vpbd. adnotatum οὖν, & in Vha. & Vpa. plenior hæc est nota: „In alio codice οὖν, sed „nihil muto." In ἀνάγκην recte consentiunt alii omnes; in uno Pa. ἀνάγκη est, male haud dubie. Tum ἐπιτιθέναι habent edd. cum Pi. & Pb. in contextu; sed ἐπιτεθῆναι dedere Arg. Pa. Pc. & Pb. in ora, tum alius codex e quo hæc scriptura laudatur in Vped. Denique vero τὸ μηδενὶ uno consensu habent scripti nostri cum ed. Ven.; ubi placuit τοῦ, quod Heinsius edidit, sive sua e conjectura, sive ex Nanssiano codice: in Vhab. quidem & in Vpabcd. nihil adnotatum.

AD CAPVT XLIX.

Nobis CAP. XXXIII. 10. In cod. Pf. cap. XXXVIII. In AA. Pe. & Arg. cap. XLIII. In Pa. & Pd. cap. XLIX. Definit codex Pi. in οὐκ ἀναγκαῖον. p. 279 a

p. 279 a καῖον. Arg. vero in καιρὸς εἴη. Pc. in τουτέστι δέλε γίνεσθαι.

c ἑορτῆς καὶ τοιούτοις ἀγῶσι τιμωμένης. Corrupte τιμωμένοις ed. Ven. Superflua vero videri poterat καὶ particula; at eam libri agnoscunt omnes, cujus hæc vis est, *festum quod cum aliis modis, tum et hujusmodi spectaculis celebratur.* πρὸς τοὺς πολλούς. Temere omissa præpositio πρὸς in ed. Heins. πέρυσιν εἴχομεν. ἔχομεν habet eadem ed. Heins. perperam & invitis Mssti. [ἐὰν] καιρὸς γένηται. Particulam ἐὰν una cum editis ignorant Mssti nostri. Nimis vero dura utique videri debuit ἀνακολουθία, quod, cum supra εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη dixisset, nunc non repetitâ conjunctione sic pergebatur καιρὸς γένηται. Itaque intercidisse putavi ἄν vel ἐὰν particulam, quæ a terminatione vocis præcedentis ἔχουσαν
p. 280 a facile absorberi potuerat. ἐντετάσθαι δεῖ &c. Vide supra Enchir. cap. 45. (nobis cap. 33, 6.) ὡς τῶν ἐκτὸς τὰ ἐξωτάτω ὄντα. Corrupte ὡς τῶν ἐκτὸς τὰ ἔξω τά τε ὄντα ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Vbi Wolfius monuit: „Lege ὡς τῶν ἐκτὸς ὄντα. „Nam cætera verba redundare videntur.“ Cui obsecutus Heinsius id ipsum edidit, nil amplius. In Vha. vero & Vpa. vir doctus adnotavit: „Forte leg. ὡς τῶν ἐκτὸς καὶ ταῦτα ὄντα.“ Peropportune vero τὰ ἐξωτάτω ὄντα dedit noster cod. Pa. μετά τινος εὐχαρείας. Etiam hoc eidem optimo Pa. debetur. Et probum vocabulum videtur εὐχάρεια, *gratia, suavitas;* licet a Lexicographis silentio præteritum. Vt ἀχαρὲς apud Hesychium (quod λυπηρὸν ille interpretatur) est ab ἀχαρὴς, sic huic opponitur εὐχαρὴς, a quo est substantivum εὐχάρεια, quemadmodum a περιχαρὴς est περιχάρεια, quo utitur noster p. 265. b. Alienum vero haud dubie ab hoc loco erat ἀχαριστείας, quod habent cæteri codices cum ed. Ven. quod in ἀχαριστίας mutavit Heinsius.

b Καὶ μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι. Sic recte Arg. cum ed. Heins. Perperam καὶ κατὰ τὸ ed. Ven. μετὰ τὸ, absque καὶ, Pa. τῶν μηδὲν φερόντων. Perperam διαφερόντων unus cod. Arg. πρὸς τὴν σὴν ἐπανόρθωσιν. Pronomen σὴν, in ed. Heins. omissum, omnes nostri codices hîc inserunt cum ed. Ven. sed in hac qui-

quidem mendose σὺν scriptum. Post hæc verba au- p. 280
tem, in quinque nostris Msstis & in ed. Ven. perpe- b
ram inseruntur ista, ὡς ἐπὶ πάντων εἰρημένων τῶν λόγων, quæ paulo post rursus in omnibus codicibus, & ibi quidem suo loco leguntur. Ista igitur hoc loco recte Heinsius ejecit, admonitus a Wolfio. Ὅσα μὴ φέρει πρὸς τὴν ἐπανορθ. Rursus hoc loco πρὸς τὴν σὴν ἐπανορθ. habet Pa. solus ille quidem, cum paulo superius omnes illud pronomen agnoscant. ὡς ἐπὶ πάντων εἰρημένου τῶν λόγων. Genitivi plurales fraudi fuerunt librariis, ut εἰρημένων etiam in plurali scriberent, quod & edd. tenuerunt, ego vero corrigere & in εἰρημένου mutare non dubitavi. τῶν ἐν τῇ θέᾳ γενομένων. Perperam vulgo omnes, scripti editique, τῶν ἐν τῇ θέᾳ τῶν γενομένων. ubi posterius τῶν ex τότε corruptum suspicatus est Wolfius, ego prorsus tollendum censui cum viro docto in Vpc. ἢ εἰ τῷ Ὅσα. Caret εἰ Pa. male. ἐν αὐτῇ c
τῇ θέᾳ γεγενημένων. Vocem αὐτῇ, qua carent alii, recepi ex Ms. Arg. eamdemque vir doctus ex alio cod. adnotavit in Vpc. ubi quidem ἐν αὐτῇ θέᾳ, absque τῇ, minus recte.

AD CAPVT L.

Nobis CAP. XXXIII. 11. In Pf. cap. XXXIX. p. 281
In AA. Pe. & Arg. cap. XLIV. In Pa. & Pd. cap. a
L. Definit codex Pi. in πάριθι. Pc. in καὶ ἅμα Arg. vero totum habet.

πάτρια πόλεων λέγοντες. In πάτρια consen- b
tiunt codices omnes cum ed. Ven. quod alii quidem usitato scripturæ compendio efferunt, Pa. vero omnibus literis scripsit. Tum alii omnes πόλεων in plurali habent; ut sint πάτρια πόλεων, scil. νόμιμα, *urbium* (ut Wolfius vertit) vel *civitatum instituta*. At, cum idem Wolfius adnotasset: „Quid si περὶ πόλεων, „*de urbibus?* quod est generalius.“ arripuit hoc Heinsius, & in contextu posuit, in ora fortasse etiam codicis Nanniani repertum, quemadmodum & in Vha. adnotatum est, sed id quidem ex ipsius ejusdem Wolfii Notis ductum. Forsan vero non spernendus est singularis πολέως, quem habet Pa. ut dicat *institutа*

p. 281 b *stituta civitatis.* ἢ τόπους ἐκφράζοντες. παραφράζοντες edd. cum Arg. Pb. & Pi. περιφράζοντες Pc. & Pi. inter lineas. ἐκφράζοντες vero opportune dedit noster Pa. quod est proprium in hac re verbum, *enarrare, edisserere, describere* significans: quo spectat, quod ex Aphthonio protulit H. Stephanus: Ἔκφρασις est λόγος περιηγηματικὸς, ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον. ἐκφραστέον δὲ πρόσωπα τε καὶ πράγματα, καιρούς τε καὶ τόπους. μή τε εἰς ταύτας. μή τις εἰς ταύτας ed. Ven. cum Arg. Pb. Pc. Pi. Vbi μή τε ex conjectura correxit Wolf. Heinsius vero importunam voculam prorsus prætermisit, qui in codice suo Nansiano fortasse eamdem Notam repererat, quæ est in Vpa. ubi vir doctus monuit „τις videtur vacare." At id ipsum μή τε, quod Wolfius conjectaverat, dedit nobis noster Pa. Vbi si quæris, quo referatur ista τε particula; suspicatus olim eram, sic fortasse scripsisse Simplicium μή τε εἰκῇ εἰς ταύτας — — μήτε ῥᾳδίως &c. At ea quidem violenta admodum emendatio foret, qua ne opus quidem ullo modo fuerit: nam hoc μή τε — — ῥᾳδίως παριένται percommode ad id quod sequitur, Παριὼν δὲ, referetur: quemadmodum & aliâs subinde ad τε relatam particulam δὲ, ad μήτε relatam μηδὲ observavimus. Vide Lexic. nostr. Polyb. in Τε. καὶ πρὸς τὸ ἐκτὸς. Particulam καὶ, omissam in editione Veneta, scripti omnes tuentur. τοῖς τῆς δημώδους συνηθείας ἀναχωροῦσι. ἀναχωρεῖν βουλομένοις edd. quod in nullo scripto libro reperitur, nisi in uno Pi. inter lineas. Nudum ἀναχωρεῖν absque βουλομένοις habent Mss. Arg. Pb. & Pc. Sed ἀναχωροῦσι Pa. itemque Pi in contextu; quod recipiendum utique putavi. ἀλλὰ ἐν κόσμῳ καὶ ταυτότητι τό τε ἦθος καὶ τὸ σῶμα διαφυλάττειν. *sed & mores & corporis habitum in modestia & constantia conservare;* id est, *sed modestiam constantiamque, cum in moribus, tum in corporis habitu, conservare.* ἐν κόσμῳ καὶ ταυτότητι percommode dedit Pa. Corrupte ἀλλ' ὁ κόσμῳ ταυτότητι Pc. ἀλλὰ κόσμων ταυτότητι Pi. & ed. Ven. quæ vitia incrustarunt alii, ἀλλὰ κόσμου ταυτότητι scribentes; sic Arg. Pb. & alii, e quibus hoc notatum in Vbb. & Vpabc. quod & Heinsius ex cod. Nanss. adoptavit. Wolfius κόσμων, quod

quod erat in Veneta, in κόσμιον mutandum cenſue- p. 281
rat. Vocabulum ἦθος uno conſenſu veteres libri om- c
nes tuentur; quod temere Heinſius in εἶδος muta-
vit, eodem errore, quem in Cebetis Tabula (cap. 5.)
a compluribus editoribus commiſſum nuper notavi-
mus, p. 278. ſq. noſtræ editionis. ἐπαινεῖν τὰ με-
τρίως λεγόμενα. Interpretatus ſum *laudare commode dicta*. Wolfius, *ſed modice laudes orationem*, quaſi legiſſet ἐπαινεῖν μετρίως τὰ λεγόμενα. πάντως δὲ p. 282
ἀνεπαχθὲς. Tenui πάντως, correctum ab Heinſio, a
Wolfio præeunte. πάντων dabant ſcripti noſtri omnes cum ed. Ven. quod minime ferendum putavi.

AD CAPVT LI.

Nobis CAP. XXXIII. 12. In cod. Pf. cap. XL. b
In AA. Pe. & Arg. cap. XLV. In Pa. & Pd. cap. LI. Deſinit codex Pi. in δοκούντων. Pc. in ἐποίησεν ἐν. Arg. totum habet.

παραδείγματα προὔθηκεν. Ferri poterat ſin- c
gularis παράδειγμα, quem habent alii Mssti cum editis; ſed non repudiare debui pluralem, quem dedit oprimus noſter Pa. Ex eodem, paulo inferius, εὑρήσουσι recepi, pro εὑρησόμεν, quod habent alii. In Σωκράτην cum editis & hoc loco & p. ſq. conſentit Pa. pro quo Σωκράτη h. l. habent Arg. Pb. & Pi. quod perinde eſt: ſed iidem fere deinde pag. ſeq. in Σωκράτην conſentiunt. ἐπ' αὐτῆς τῆς ἑαυτῶν ζωῆς non eſt, ut Wolfius vertit, *pro ſuæ vitæ ratione; ſed ex ipſo animi ſui adfectu, ex vera ipſorum ſententiâ, ex rei veritate*, & opponitur ei quod fit πλαστῶς & προσποιητῶς, quemadmodum opponuntur ἀπὸ γλώσσης & ἀπὸ ζωῆς p. 100. c. & 102. c. Vocabulum ζωὴ vero apud Noſtrum eâdem fere notione ac ψυχὴ accipiendum jam ſæpe obſervavimus. conf. p. 55. c. & not. ad p. 4. b. Quod autem ait ἐπ' αὐτῆς &c. nolim quidem damnare ἐπὶ præpoſitionem, in qua nil mutant (quod ſciam) codices noſtri; ſed videndum puto, ne ἀπ' αὐτῆς &c. ſcripſerit Simplicius, quemadmodum locis modo citatis ἀπὸ ζωῆς ait, rurſusque ἀπὸ ζωῆς καθαρᾶς, p. 219. b. Quod ſi genuinum eſt ἐπ' αὐτῆς, valebit

ἐπ'

p. 283 a ἐπ' αὐτῆς ζωῆς idem atque αὐτῇ ζωῇ. εἰ αἱ παλαὶ πράξεις ὀλίγοις ἐνίοτε παρορμασιν ἐπιβολοῦνται. Corrupte τοῖς λόγοις ἐνίοτε habet Ms. Arg. cum ed. Ven. Vbi Wolfius adnotavit: „Fortaſſe τοῖς ὀλί„γοις, vel ἀλόγοις.“ & in verſione, *temerariis delitiis*, poſuit. Quem hac parte ſecutus Heinſius, τοῖς ἀλόγοις in contextum recepit: quamquam & ad ſententiam multo commodius ὀλίγοις fuerit, & eo nomine non probabilius ſolum, ſed prope certiſſimum, quod jam & aliàs duas iſtas voces λόγος & ὀλίγος temere permutatas a librariis noſtris deprehendimus, (vide ad p. 208. b. & conf. not. ad p. 297. a.) Atqui ecce nunc noſter codex Pa. ipſum ὀλίγοις perſpicue hîc ſcriptum habet, & importunum articulum τοῖς ignorat. De codicum Pb. Pc. Pi. ſcriptura hu
b jus loci nihil compertum habeo. οἶμαι τὸ τοιοῦτον ἐπεδείκνυσαν. τῶν τοιούτων ed. Ven. cum Mss. Arg. Pb. Pc. itemque Pi. inter lineas, & Pa. ex emend. τὶ τοιοῦτον correxit Wolf. cui ex parte obtemperans Heinſius, nude τοιοῦτον edidit. Ego τὸ τοιοῦτον ex conject. edidi; ad quod proxime accedit prima ſcriptura codicis Pa. quæ τὸν τοιοῦτον dabat, quod & Pi. in contextu habet. τὰ μὲν κακὰ ἔχειν τοῦ πράγματος. Verbum ἔχειν prorſus abeſt in ed. Ven. & quinque noſtris Msstis, nec aliud ejus loco comparet. Monuit igitur Wolfius: „Vi„detur addendum πάσχειν, aut ſimile aliquod ver„bum.“ Tenui equidem ἔχειν, quod Heinſius ediderat, neſcio an in cod. Nanſ. repertum. In Vha. & Vpa. hæc eſt neſcio cujus docti viri adnotatio: „Pu„to hic aliquid deeſſe: forte ἀπολαύειν, aut aliquid „ſimile.“ In Vpc. hæc adnotantur: „*la.* πάσχειν, *vt.* „ἔχειν.“ ubi ſit-ne *la.* codex Laurentinus, id eſt Mediceus, *vt.* vero codex Venetus aut Vaticanus, ſive quid aliud notulis iſtis ſignificetur, non liquet. προτιθέναι Σωηρ. Mendoſe προστιθέναι ed. Ven. cum quinque noſtris codd. Correxit Heinſ. præeunte Wolf.
c καὶ τὰ ἐκείνῃ σύμμετρα προσφέρειν. Sic libri omnes: vide vero, ne προφέρειν oportuerit. ὁ μετ' Ἀλέξανδρον μέγας βασιλεὺς τῆς Συρίας. Temere articulus omiſſus eſt in ed. Heinſ. μέγας vero & in ed. Ven. deeſt, & in ed. Heinſ. at dedere eam vocem uno conſenſu quinque noſtri Mssti. Cæterum memo-

memoriâ lapsum esse Simplicium, cum ad *Antigonum* P. 283
Syriæ regem retulit quod ad *Antigonum Gonatam* c
pertinebat, Macedoniæ regem, monitum est ad Epictéti Disser. II. 13, 14. καθήκοντα παραδίδωσιν. Per- P. 284
peram καθηκόντων edd. cum Pi. Recte cæteri. a

AD CAPVT LII.

Nobis CAP. XXXIII. 13. In Pf. cap. XLI. In AA. Pe. & Arg. cap. XLVI. In Pd. cap. XLII. Desinit Pi. in μέγα δυναμένων. Pc. in εὑρήσεις αὐτὸν ἔνδον ὅτι. Arg. in αἱ θύραι.

ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ. Vide supra cap. 4. nobis cap. 9. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν. Vulgo omnes ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν, quod nec cum προάγει τὸν λόγον convenit, quod sequitur, nec cum ἐνταῦθα δὲ, quæ his verbis respondere debebant. Quemadmodum paulo post consentientibus omnibus scribitur καὶ ἐκεῖ μὲν εἰς τοῦτο &c. respondens illis verbis ἐνταῦθα δὲ ἀσφαλῶς &c. sic hoc loco ἐκεῖ pro ἐκεῖνο reponere non dubitavi. ἐπὶ μὲν τοῦ λούσασθαι ed. Heins. cum Arg. Pb. Pc. Pi. itemque Vhab. & Vpab. ἐπὶ μὲν τὸ λουσ. ed. Ven. & cod. Pa. quod commodius foret, ni mox sequeretur ἐπὶ μείζονος παραδείγματος. ὑποτίθεσθαι λέγων τὰ συμβησόμενα. Articulum τὰ cum ed. Heins. recte agnoscunt Mss. Arg. & Pa. aliique in Vhab. & Vpabcd. Abest τὰ in ed. Ven. & Mss. Pb. Pc. & Pi. Libri vero omnes participium λέγων ignorant, uno Pa. excepto, e quo illud adscivi; sed tamen, ut haud satis certum, uncis inclusi. ἑλόμενοι γὰρ. Caret γὰρ ed. Ven. sed agnoscunt scripti omnes cum ed. Heins. συμβαινόντων αὐτῶν μεταμελόμεθα πολλὰ, &c. Non bene cohærere videtur oratio, suspicorque intercidisse nonnihil in hanc fere sententiam: „si recte omnia ante expendimus, non „poenitebit deinde nos facti, quidquid acciderit: sin „poenitet, indicio est, nos vel non recte ante expen„disse rem, aut immerito esse turbatos.“ μὴ εἶναι ἄξιον τὸ τυχεῖν τῶν συμβεβηκότων. Sic ed. Ven. cum Mss. Pa. Pb. Pc. & Pi. inter lineas. τοῦ τυχεῖν Pi. in contextu, & ed. Heins. quod lubens tenuissem, si legeretur ἄξιοι, pro ἄξιον. ἐντυχεῖν b c

p. 284 c (absque τὸ) Arg. cum Vhb. & Vpbd. quod bene haberet, si sequeretur τοῖς συμβεβηκόσι. ἢ διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς. Sic ed. Heins. cum Msstis nostris & Vhab. & Vpabcd. καὶ διὰ ed. Ven. ubi, cum ἢ διὰ corrigere vellet Wolfius, (quemadmodum etiam sua manu correxit in græco suo libro) per errorem factum est ut in Notis ejus sic legatur: „καὶ γὰρ. Lego ἢ γάρ.“

p. 285 a οὐ καλῶς χρώμενον τοῖς ἐκτός. In χρώμενον recte consentiunt quinque nostri codices cum ed. Ven. Præter necessitatem χρώμενων corrigendum censuerat Wolfius, cui obsecutus est Heins. Mox deinde idem Heinsius, eodem Wolfio præeunte, νομιζόντων edidit; ubi veteres libri omnes cum ed. Ven. νομίζων scribunt, quod in νομίζον mutavi, e quo manifeste detortum erat. ἀκωλυτώτερον δὲ ἐντυγχανόντων. ἀκολουθότερον habent edd. cum Msstis, corrupte haud dubie. Est enim ἀκόλουθος, *sequens, consequens, consentaneus;* quæ non sunt hujus loci. Wolfius εὐκολώτερον vel εὐκολώτερα suaserat; quod non damno. Sed proclivius visum est ἀκωλυτώτερον, quo eodem vocabulo usus est Herodianus, de *aditu ad principem patente* loquens, I. 13, 2. ῥᾳδία δὲ ἡ εἴσοδος αὐτῇ καὶ ἀκώλυτος, ἅτε ἀδελφῇ. εἰπεῖν προτίθεται. Nil variant libri. Wolfius vertit, *dicere instituit.* Recte ad verbum, si vera scriptura. Sed vide, ne προστίθεται oportuerit, *pergit dicere:* quam in partem H. Stephanus Lucæ Evangelistæ locum adfert, Actor. Apost. XII. 2. προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον. Et sic sæpius in Græca Veteris Testamenti versione; sed id quidem, Hebræorum more. μὴ μεταμελόμενον. καὶ μὴ μεταμελ. Pa.

AD CAPVT LIII—LV.

b c Nobis CAp. XXXIII. 14—16. In Msstis omnibus, quemadmodum & in editione Veneta, commode junguntur hæc tria capitula, & pro uno numerantur, quod in Pf. est cap. XLII. In AA. Pe. & Arg. est cap. XLVII. In Pa. & Pd. cap. LIII. Desinunt Mss. Arg. & Pi. in ἀμέτρως μεμνῆσθαι. Pc. vero in ἐστι τὸ τῶν.

ἔντευ-

ἔντευξιν τῶν ἐν ὑπεροχῇ, καὶ περὶ τῆς &c. p. 286
Peropportune sic dedit codex Pa. Corrupte Μετὰ τὴν a
ἔντευξιν τοὺς ἐν ὑπεροχῇ τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς ed. Ven. cum Mss. Arg. Pb. Pc. Pi. πρὸς τοὺς ἐν ὑπεροχῇ, περὶ τῆς &c. edidit Heinſ. præeunte Wolf. Monuerat tamen idem Wolfius, aut πρὸς τοὺς aut τῶν ἐν ὑπεροχῇ legendum: & vocabulum ἔντευξις cum genit. τῶν ἐν ὑπεροχῇ conſtructum vidimus p. 285. a. τὸ μὲν γὰρ μεμνῆσθαι. μὲν caret ſolus cod. b
Arg. μεγαλοΦροσύνην. μεγαλοσύνην Pa. quod vide ne verum ſit, intelligendo e ſuperioribus genitivum τῆς ψυχῆς, *animi magnitudinem*. μεγαλοσύνη pro μεγαλοψυχία dictum reperiri ex veteribus lexicis adnotavit H. Steph. in Indice Theſauri; quo etiam ſpectat μεγαλωσύνη, quod apud Suidam legitur, nulla quidem adjecta interpretatione. μηδὲ πολὺν γέ- c
λωτα. μηδὲ πολὺ γέλωτα ed. Ven. cum quinque noſtris codicibus. πολὺν correxit Wolfius in ſuo græco exemplo; notatumque id etiam in Vha. & Vpa. & ſic edidit Heinſ. ὁ τρόπος εἰς ἰδιωτισμόν. In τρόπος recte conſentiunt libri omnes: nam quod Wolfius adnotavit: „Quidam codices habent ὁ τόπος, „quod ad ὀλισθηρὸς magis convenit.“ — quos codices dixit, ſunt Enchiridii editiones, non codices Mssti Commentarii Simplicii. εἰς ἰδιωτισμόν, ut eſt in Enchiridio, ſic h. l. habet ed. Ven. cum quatuor codd. noſtris Pariſ. πρὸς ἰδιωτ. ed. Heinſ. ex cod. Nanſ. cum Ms. Arg. & Vhb. & Vpbd. ἢ καὶ μᾶλλον αὐτῶν. aut *etiam magis quam ipſi*. Sic cæteri omnes: unus codex Arg. ἢ μᾶλλον αὐτὸν habet, nempe αὐτὸν τὸν γέλωτα κινοῦντα. καὶ ἐπιπλήξεις. p. 287
Sic bene quinque noſtri Mssti. Corrupte ἐπιπλήξει b
ed. Ven. quod in ἐπίπληξον mutavit Heinſ. τὸ προσ- c
ῆκον ἐΦύλαξε τῇ διαΦορᾷ μέτρον. Sic recte ſcripti libri omnes cum ed. Ven. quem locum mire turbavit Heinſius, ſive qui Heinſianan editionem in typographeo Leidenſi curavit, ſic edens, τὸ προσῆκον ἐΦύλαξε περὶ μὲν τῇ διαΦορᾷ μέτρον. Quarum turbarum cauſſa ex iis, quæ continuo dicentur, intelligetur. Scilicet poſt μέτρον vulgo ſic pergunt libri omnes: ἐπὶ μὲν τῶν μονομαχιῶν &c. ubi, quemadmodum in Vpc. ſic etiam in codice Nanſiano, quo uſus Heinſius eſt, notatum (puto) erat, pro ἐπὶ μὲν le-

p. 287 c gendum esse περὶ μὲν: hæque duæ voces alieno loco insertæ sunt in ed. Heinsiana, servatis verbis ἐπὶ μὲν μονομαχιῶν. Et partem quidem veri viderat vir ille doctus, qui illius adnotationis in Vpc. auctor est, nempe præpositio περὶ utique desiderabatur, at non pro ἐπὶ, sed post ἐπὶ μὲν τῶν, ubi eam certissimâ (ut mihi videtur) conjecturâ inserui. Constructio verborum sic accipienda ἐπὶ τῶν περὶ μονομαχιῶν — — ποιουμένων τοὺς λόγους, ἢ ἐπὶ τῶν περὶ ἀνθρώπων ποιουμένων τοὺς λόγους, ἐπαινούντων, ἢ ψεγόντων, φησὶ &c. id est, *de illis* (nempe, *ubi de illis agitur*) *qui de spectaculis sermones cœdunt*, — — *dicit*: &c. ἢ ψεγόντων merito correxit Heinsius. Perperam ἢ λεγόντων ed. Ven. cum Msstis. Vide supra cap. 41. nobis cap. 33, 2. μέταγε αὐτούς. In ed. Ven. & Pa. sic scribitur μέταγε τοὺς ἐνταῦθα δὲ. Vbi τοὺς prorsus delendum censuit Wolf. puncto post μέταγε interposito. Heinsius sic edidit μέταγε. τοὺς ἐνταῦθα δὲ &c. parum commode. Codex Arg. in verbis consentit cum ed. Ven. & cum codice Pa. sed orationem sic distinguit μέταγε τοὺς, ἐνταῦθα δὲ. Vnde nasci suspicio debuit, aut intercidisse ad τοὺς substantivum λόγους, (coll. p. 264. e.) aut pro τοὺς legendum αὐτοὺς, quod ego ut expeditissimum adoptavi. σιώπα, φησί· * * καὶ δῆλος γίνου δυσχεραίνων. Codex Pa. definit in σιώπα. & reliqua sex verba ignorat, quæ habent cæteri nostri codices cum editis. Et quidem, in σιώπα terminari non debuisse orationem, satis indicant verba ista καὶ ἐκεῖ μὲν: sed cum ex eisdem verbis, tum e re ipsa satis etiam intelligitur, quod & perspecte Wolfius monuit, non esse integra verba ea quæ vulgo hic exhibentur; quam lacunam ego insertis duobus asteriscis indicavi. Interciderunt autem duo saltem verba, ἐνταῦθα δὲ: fortasse etiam plura quædam, veluti ἐνταῦθα δὲ, οὐ μόνον σιώπα, φησὶ, ἀλλὰ καὶ &c.

AD CAPVT LVI.

p. 288 a Nobis CAP. XXXIV. In cod. Pf. cap XLIII. In AA. Pe. & Arg. cap. XLVIII. In Pa. & Pd. cap. LIV. Definit Arg. in φύλαττε σαυτὸν. Pc. in συναρπασθῇς. Pi. in ὑπ' αὐτῆς.

ἑκάστῃ

ἑκάστη γὰρ ὥσπερ ἧλος προσηλοῖ τὴν ψυχὴν. p. 288 b
qualibet voluptas corporea veluti clavus animam adfigit corpori. (conf. p. 296. b.) Wolfius, *quasi clavis aliquibus;* tamquam ὥσπερ ἥλοις legisset. καταποθέντων δὲ. c
Sic corrigendum putavi, pro καταποθέντος δὲ, quod alii dabant cum editis. καταποθέντα δὲ Pa. ἐκεῖνον τὸν καιρὸν μόνον. Sic Arg. Pb. Pc. Pi. & uno verbo auctius, quod abundare videtur, ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐκεῖνον μόνον Pa. In ed. Ven. defecta est scriptura, ἐκεῖνον τὸν μόνον: ubi adjiciendum καιρὸν monuere Wolf. aliique viri docti in Vha. & Vpabc. sed ἐκεῖνον τὸν χρόνον τῆς ἐνεργ. prætulit ediditque Heinf. ὡς μηδὲ γεγονυίας. ὡς μὴ γεγ. Pa. ἐν τῷ αἰσθητὴ εἶναι. Recte sic quinque nostri Mssti. Perperam αἰσθητῷ edd. ubi ἐν τῷ αἰσθητῷ p. 289
μόνῳ legendum censuerat Wolf. ἐπιμείνασα bene habet. Nude μείνασα scribit solus cod. Pa. πάντη καὶ a
πάντως. Duæ priores voces desunt Pa. κατὰ Φύσιν b
συνυπάρχον. Suspicabar ὑπάρχον absque præpositione, *quod secundum naturam est:* sed vulgatum tuentur omnes, ubi intelligendum συνυπάρχον τῇ ἐγκρατείᾳ, *quod comitatur continentiam.* ἀβλαβές τε καὶ ἄληκτον. Corporea voluptas *nociva* est, & *breve tempus durans*, ut dixit p. 288. b. rursusque hac pag. a. Animi voluptas *innoxia* & *perpetua.* Vulgo καὶ ἄπληκτον edd. & Mssti; ubi perspecte Wolfius: „*Innoxiam & tranquillam;* hoc est, neque corpus „neque animum percellentem. Quid vero si ἄληκτον? „*durabilem, constantem, perpetuam.*“ Vtique vero alienum erat ab hoc loco vocab. ἄπληκτον, nec dubitandum censui, quin ἄληκτον adoptarem, quemadmodum & idem Wolfius in versione *perpetuum* posuit. Eamdem vocem alio modo obscuratam depravatamque a librariis apud Appianum vidimus, de Bell. Annib. cap. 40. ubi videsis quæ notavimus.

Τούτων οὖν οὕτω. Caret οὖν Pa. τοῦτο μὲν c
περιμεινάτω ὀλίγον. Sic recte Mss. cum ed. Ven. Perperam περιμεινέτω ed. Heinf. σεαυτὸν ἐγκαλεῖς ἠτιγηθέντα. Rectius utique, communem græci sermonis usum si spectes, fuerat σεαυτῷ ἐγκαλεῖς ἠτιγηθέντι, quod Heinsius edidit: sed cum Msstos codices omnes cum ed. Ven. in ἑαυτὸν & ἠτιγηθέντα

p. 289 a τα consentire intellexerim, non obtrudendum Simplicio putavi, quod pro suo ille fortasse non agnoverat. ἐὰν γὰρ ταύτην ἀποκαθάρῃς τὴν σύγκρισιν. Sic scripti omnes; nec aliter editi, nisi quod in his, per editoris Veneti errorem, ταύτης pro ταύτην legatur. Vbi Wolfius, de corrigenda mendosa scriptura ταύτης non cogitans, in voce σύγκρισιν hæsit, adnotavitque: „Suspecta lectio: nec tamen quid venit in „mentem. Me quidem non satis, quid sibi velint hæc „verba, intelligere fateor, nisi forte legas σύγκρουσιν, „*impetum, concitationem, æstum.* Hanc ego lectio„nem retineo, donec se melior offerat.“ In ejusdem Wolfii latina versione sic hoc loco legitur, *Nam si ejus imperium repressèris:* ubi per operarum errorem vocem *imperium* invectam esse, cum *impetum* voluisset Wolfius, ex eâdem, quam adtuli, Adnotatione docti viri intelligitur. At nec ἀποκαθαίρειν *reprimere* significat, & vocabulum σύγκρισις peraptum utique huic loco videri debet. Sed illud addubitare licebit, satis, ne ipsum verbum ἀποκαθάρῃς conveniat; quod si genuinum est, eam vim habere videtur, quam in versione expressi, *si distinctionem istam in planum deduxeris*, id est, *plane, clare, dilucide tibi ob oculos proposueris.* αἰσχυνομένη τὴν ἐνέργειαν τῆς ἥτ-

p. 290 a τῆς. „Licet (inquit Wolfius) vertas *vim & efficaci„am victoriæ de se partæ.* Sed & ἐνάργειαν legi pot„est, ut proclivis est literarum α & ε permutatio.“ Et sæpe quidem confusa a librariis vocabula ista vidimus: at hoc loco, ut dicam quod sentio, neutrum mihi satis placet. Cum tamen nil melius occurrerit, interpretatus sum cum Wolfio, quasi ἐνάργειαν scriptum esset; ipse quidem Wolfius *tam luculentæ victoriæ verecundiâ* in versione posuit. πλὴν τῇ φανῆσις. πλὴν τὴν φανῆσιν Pa. male. οὐκ ἔχει τινὰ λόγου ἀξίαν ἡδονή. Bene ἡδονή correxit Heinsius præeunte Wolfio, cum ἡδονὴν scriptum esset in ed. Ven. & codicibus nostris. Recte vero τινὰ λόγου ἀξίαν tenuit idem Heinsius, consentientibus libris; quod nullâ urgente caussâ in τι λόγου ἄξιον mutandum censuerat idem Wolfius. δηλοῖ [δὲ] ἡ μνήμη. Conjunctionem δὲ sua e conjectura Heinsius adjecit; quâ carere fortasse poterat oratio. Ignorant certe eam codices nostri

ſtri omnes cum ed. Ven. In Vpc. vir doctus ὡς δη- p. 290
λοῖ ἡ μνήμη ſcribendum conjectaverat. a

AD CAPVT LVII.

Nobis CAP. XXXV. In cod. Pf. cap. XLIV. c
In AA. Pe. & Arg. cap. XLIX. In Pa. & Pd. cap.
LV. Deſinunt Arg. & Pc. in μέλλωσι περὶ αὐτοῦ.
Pi. vero in ὑπολαμβάνειν.

τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ. Perperam τοῦ ὄντος ἀγα- p. 291
θοῦ edd. cum Arg. Pb. Pi. ὄντως correxit Wolf. & b
ſic dedere Pa. & Pc. πρὸς δὲ τούτῳ. Et hoc re-
ctе vidit Wolf. quod dedere Pa. & Pi. (puto & Pc.)
Perperam τοῦτο edd. cum Arg. ἀφ' ἑαυτοῦ. Teme-
re & invitis Msstis ἀφ' ἑαυτῷ ed. Heinſ.

AD CAPVT LVIII.

Nobis CAP. XXXVI. In cod. Pf. cap. XLV. In
AA. cap. XLIX. In Pe. diſtinguitur quidem hoc ca-
put a ſuperiori; ſed numeri non amplius adjecti. In
Arg. per errorem factum eſt, ut initium hujus capi-
tis non, ut aliàs, minio ſcriptum ſit, nec ſeparatum
a Simplicii verbis. Nam poſt καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ
ψευδές. continuâ lineâ ſic pergitur: ὡς ἤτοι ἡμέρα
ἢ νύξ ἐστι, πρὸς μὲν τὸ διαζευγμένον μεγάλην ἀξί-
αν ἔχειν. (ſic, non ἔχει.) πρὸς δὲ τὸ συμπεπλεγμέ-
νον ἀπαξίαν τῶν ὑποθετικῶν συλλογισμῶν &c. Eo-
demque prorſus modo ſcriptum in Pb. Pc. & Pi. &
in ed. Ven. In cod. Pa. totum quidem hoc caput,
ſicut reliqua, minio ſcriptum eſt, ſed ſuperiori capiti
Enchiridii adjectum, ita ut ſimul cum illo ad unum
caput LV. referatur: ſed in cod. Pd. diſtinguitur nu-
mero νϛ'. id eſt LVI.

τίθεται τὸ ἕτερον, ὅταν εἴπω. Sic ſcripti omnes p. 292
cum ed. Ven. ubi rurſus, ut ſupra, ὡς ὅταν εἴπω b
ſcribendum cenſuit Wolf. cui obtemperavit Heinſ.
præter neceſſitatem. ἐναργῶς nil opus eſt ut cum c
Wolfio in ἐναργὲς mutetur; intelligendum enim ἐναρ-
γῶς ἀληθές. δύο τινῶν συμπεριπεπλεγμένων.
Prætuli hoc, quod dedere Msſti Arg. Pb. Pi. Pc.

p. 292 c cum ed. Ven. ubi συμπεπλεγμένων edidit Heinſ. monente Wolf. & ſic quidem ſcriptum in Pa. δύω per ω longum ſcripſit Heinſ. Sed vulgari ſcripturâ δύο utuntur codices noſtri cum ed. Ven. ſicut p. 297. c. & alibi. οἷον συμπέπλεκται ἀληθῶς. Sic com-

p. 293 a mode Pa. Reliqui συμπλέκεται cum edd. ἔπεται τὸ Νὺξ οὐκ ἔστιν. Vulgo omnes, ſcripti editique, ſic dabant, ἕπεται τὸ, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν, e ſuperioribus perperam hic repetitis verbis illis Εἰ ἡμέρα ἐστι, quæ ejicere non dubitavi. ἐπὶ γοῦν τούτου συμπεπλεγμένου. Exſpectabam τούτου τοῦ συμπεπλ. ſed nil mutant libri.

b ὥσπερ οὖν, Φησὶ, τὸ Ἤτοι ἡμέρα ἐστιν, ἢ νύξ ἐστι, &c. Mendoſam utique videri debere hanc verborum Enchiridii lectionem, qua uſus eſt Simplicius, docui in editione critica Enchiridii ad hunc locum. Eâdem vero mendoſâ lectione factum eſt, ut idem Simplicius in ſubjecta interpretatione non ſolum ab Epicteti mente, ſi quid video, prorſus aberraverit, ſed & ea dixerit, quæ non dico probari, ſed ne intelligi quidem poſſint. Veriorem, ad meum quidem ſenſum, interpretationem tentavi in Notis ad Enchiridion cum Diſſertationibus Epicteti nuperrime editum. ἀπ' αὐτοῦ γὰρ ἤρτηται. Sic recte ed. Heinſ. ex cod. Nanſ. cum quinque noſtris Msstis, aliisque

e quibus hoc adnotatum in Vhab. & Vpabc. Perperam, εἴρηται ed. Ven. τὴν πρὸς τὸ σῶμα τὸ σὸν ὀρᾷν ἀξίαν. Corrupte τὸ σὸν ἀνορεξίαν ed. Ven. conſentientibus & quinque noſtris Msstis, & illis quibus uſi ſunt viri docti, quorum adnotationes in Vhab. & Vpabcd. leguntur. Vbi ὄρεξιν corrigendum cenſuerat Wolfius, idque ipſum in contextum recepit Heinſ. Docebat autem & orationis connexio, & ipſum Enchiridion, ὀρᾷν ἀξίαν oportuiſſe, quod & Salmaſius monuit in Præfat. ad Simpl. ſub finem, & Heynius ad Enchirid. h. l.

p. 294 a ἐπὶ ἐστιάσεως. Temere ἐσθιάσεως edd. ἐπὶ πάσης κοινωνίας. ἐπὶ πάσας maluerat Wolf. commode: at ſic dein συναναστροφὰς oportebat. Nil vero mutant libri. ἐκ τοιούτων ἀνδρων. ἐκ τῶν τοιούτων ed. Heinſ. ex cod. Nanſ. cum Arg. & Vhb. & Vpb. Delevi otioſum articulum, quem ignorant alii om-

omnes cum ed. Ven. μὴ πλεονεκ]εῖν ἀλλήλους. p. 294
Sic recte Mssti. Mendose ἀλλήλοις ed. Ven. quod b
in ἀλλήλων mutavit Heinsius, codicem puto Nansianum secutus, in quo fortasse eadem adnotatio erat quæ in Vha. & Vpa. „In ms. ἀλλήλους. Melius ἀλ„λήλων.“ At πλεονεκ]εῖν cum gen. est *plus habere*; cum acc. *fraudare*. ἀνδρείαν ed. Heins. ἀνδρίαν ed. Ven. cum Msstis. αὐτὸν παρακαλεῖ. Perperam αὐτὸν καλεῖ sola ed. Ven. τὸ πρὸς αὐτὴν ἐμπόδιον. Sic rectissime ed. Ven. cum Pb. Pi. Pc. Perperam πρὸς αὐτὸν Arg. & Pa. In Msstis, quorum lectiones adnotatæ sunt in Vhab. & Vpabcd. erat πρὸς ἑαυτὸν, quam scripturam qui adnotavit vir doctus in Vha. & Vpa. is simul perspecte adjecit: „*sed nihil „mutandum censeo.*“ Imperite vero Heinsius πρὸς ἑαυτοῦ edidit, sive quod in suo cod. Nans. hoc ipsum invenit; sive quod ἑαυτὸν, quod ibi in ora notatum erat, in ἑαυτοῦ mutandum censuisset. τὴν πλεονεξίαν εἰσηγούμενος. Nude ἡγούμενος scriptum in Arg. & in ora Vhab. & Vpab. Cæteri libri cum ed. Ven. in εἰσηγούμενος consentiunt. Omnes autem ignorant verbum φυγεῖν, quod post πλεονεξίαν adjecit Heins. ex Wolfii conjectura, cui non erat hic locus. Verterat Wolfius, *& ejus impedimenti avaritiæ fugiendæ auctor est.* At εἰσηγεῖσθαι non est *auctorem esse*, ut Wolfius accepit; sed *inducere*, *proponere*, *commemorare*, *docere*.

AD CAPVT LIX.

Nobis CAP. XXXVII. In cod. Pf. est cap. XLIV. c
In Arg. cap. L. In AA. cap. LI. In Pa. cap. LVI. In Pd. cap. LVII. Definit Arg. in καὶ ὃ. Pc. & Pi. totum habent.

οὐδὲν γὰρ ἐν ἀσυμμέτροις ὑποδοχαῖς ἐπιγίγνε]αι. Scripturæ hujus veritatem præstare equidem non ausim. Nec vero quidquam mutant libri; & certius nihil occurrit. Nec enim satis placet, quod Wolfius censuit, ὄφελος ἐπιγίγνε]αι esse legendum. Latinam quidem versionem fere tenui, qualem Wolfius dederat. διδάσκαλον εὐτελῆ, *doctorem vilem*, *medio-* p. 295
crem, *ineptum*. Sic quinque nostri Mssti. ἀτελῆ a

p. 295 edd. quod *imperfectum* interpretatus est Wolf. Confer
